00066955

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 16 January, 2016

00066955

S. CLEMENS ROMANUS.

66955

τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι.—Ep. I. §. 2.

Hieronymus, *Lib. de Viris Illustribus, cap.* 15. Opp. ii. p. 839. ed. Vallars.

Clemens,[a] de quo Apostolus Paulus[b] ad Philippenses scribens ait, *Cum Clemente et caeteris cooperatoribus meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitae,* quartus post Petrum Romae Episcopus: siquidem secundus Linus fuit, tertius Anacletus,[c] tametsi plerique Latinorum secundum post Petrum[d] Apostolum putent fuisse Clementem. Scripsit ex persona Romanae Ecclesiae[e] ad Ecclesiam Corinthiorum valde utilem Epistolam,[f] quae et in nonnullis locis publice legitur,[g] quae mihi videtur characteri Epistolae quae sub Pauli nomine ad Hebraeos fertur, convenire. Sed et multis de eadem Epistola non solum sensibus sed juxta verborum quoque ordinem

abutitur.[h] Omnino grandis in utraque similitudo est.[i] Fertur et secunda ejus nomine Epistola, quae a veteribus reprobatur;[k] et Disputatio Petri et Appionis, longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio Historiae Ecclesiasticae volumine coarguit.[l] Obiit[m] tertio Trajani anno; et nominis ejus memoriam usque hodie[n] Romae exstructa Ecclesia custodit.

[a] *CLEMENS*] De patria et genere hujusce Episcopi vere Apostolici altissimum est apud antiquiores silentium. Quali morte, et quoto suae aetatis anno exstinctus sit difficillimum dictu est. Quae sane in Clementis Romani vita conscribenda protulerunt Cavius aliique, commenta mera sunt, maxima ex parte e libris Recognitionum, qui sub Clementis nomine circumferuntur, desumpta. Ciaconius, in libro cui titulus, *Vitae et Res Gestae Pontificum Romanorum ab initio nascentis Ecclesiae usque ad Clementem IX.* Romae 1601., Oldoinus qui Ciaconii opus excepit, Romae 1677., et Rondininus, in libro *De S. Clemente Papa et Martyre, ejusque Basilica in urbe Roma,* Romae 1706., prodigia omnia et miracula a Symeone Metaphrasta, ad diem 24. Novemb. commemorata, tamquam si verissima essent, accipiunt et tradunt. Talium narrationum originem et institutum praeclare tractat cl. Neander, *Allgemeine Geschichte der Christlichen Religion und Kirche,* I. i. p. 29.

E Pontificiis vetustioribus plerique, sive ut Paparum succedentium majestati consulerent, sive quod Clementem nostrum a Flavio illo Clemente, viro consulari, qui Domitiani jussu pro Christo occubuit, (vid. Dion. Hist. Rom. lxvii.14.) parum diligenter discernerent, eum "e vetusta prosapia Senatorum atque "etiam ex stirpe Caesarum," ut Eucherii verbis utar, ortum esse perhibebant: vid. Epist. Paraen. ad Valerianum. Magn. Biblioth. Vett. Patt. III. i. p. 775. Tillemontius autem, *Mémoires,* ii. 149. ex Epistola i. §. 4. sibi visus est colligere Clementem ex stirpe Judaica esse editum. Vide sis infra p. 20. l. 13. ad quem locum notare debebam Coustantium sententiam suam postea muta-

visse. Cf. Epist. Rom. Pontif. pp. 11, et 41. Tillemontii sententiam amplexus est Herm. Venema, ut exinde argumentum deduceret contra Epistolam posteriorem, cujus scriptor sese origine Gentilem aperte prodit.

[b] *de quo Apostolus*] Cum Hieronymo stant Eusebius, H. E. iii. 4, et 15. Origenes in Johan. i. 29. Opp. iv. p. 153. ed. Ben. Epiphanius, Haer. xxvii. 6. Opp. i. p. 107. ed. Petav. Photius, Biblioth. cxiii. Quorum testimonia, gravissima sane, summo studio acceperunt, inter alios, Hammondus, c. Blondellum, p. 254; Oudinus, Comment. de Script. Eccles. i. p. 19; Wetstenius, Prolegom. in duas Epistolas Syriacas, p. ix. et Lardnerus, *Credibility*, P. ii. cap. xxxviii. §. 23. Eumdem tamen fuisse Clementem nostrum cum eo quem S. Paulus designat, (ad Philipp. iv. 3.) minime pro certo habent Wallus, *History of Infant Baptism*, i. p. 62. Oxon. 1836. Venema, Hist. Eccl. Christ. Saec. i. §. 249. Gieselerus, *Lehrbuch der Kirchengeschichte*, i. 121. Guerikeus, *Handbuch der K. G.* i. 167. aliique, quorum ad augendam dubitationem magnum accedit pondus ex eo quod Irenaeus, qui omni laude Clementem nostrum cumulat, de tali ac tanto testimonio ab ipso Spiritu Sancto dato ne verbum quidem habeat. Exstat locus, III. iii. 3. *Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους Ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν Ἀποστόλων, καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων.*

[c] *Anacletus*] *Cletus* legendum est, non Anacletus, ut Sophronius legit et Interpres. VICTORIUS.

[d] *secundum post Petrum*] Num Clemens immediatus Petri successor fuerit, necne, ipsi Pontificii secum pugnant. Vid. D. Nelleri, ICti Trevirensis, disputatio de Clemente, Episcopo Romano, Trevir. 1772. et Disquis. Critica in G. C. Nelleri, de tribus Episcopis S. Petri etiamnum viventis, in Romana cathedra successoribus, systema novum, uti et primatum pontificium S. Clementis I. ab eodem viro clariss. in jus vocatum. Coloniae 1772. Cf. *Ephem. Litter. Götting.* 1773. n. 6. HARLESIUS.

Hieronymus ipse in Comment. ad Esaiae cap. lii. Opp. iv. p. 612. ed. Vallars. et in libro adv. Jovinianum primo, cap. 12. ii. p. 258. obiter dicit Clementem successisse S. Petro. Irenaeus, qui Episcoporum Romanorum seriem et successionem ab Apostolis ad duodecimum, Eleutherium, exhibet, tertio post S. Petrum loco

Clementem ponit. Cum Irenaeo stat Eusebius; eamdemque sententiam, cunctanter quidem, tuetur Epiphanius. Augustinus autem e contrario, Epist. ad Generosum, 53. ed. Ben. et post eum Optatus, II. iii. p. 28. ed. Du Pin. Clementem Lino immediate successisse statuunt. Pontificum Romanorum, qui a Petro proximi fuerunt, perobscuram esse seriem, disertis verbis jamdudum fassus est Petavius, ad Epiphan. Haer. xxvii.

[e] *ex persona Romanae Ecclesiae*] *ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος, στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει.* Irenaeus, III. iii. 3. Vid. infra p. 214.

καὶ τοῦ Κλήμεντος ἐν τῇ ἀνωμολογημένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο. Eusebius, H. E. iii. 38.

[f] *valde utilem Epistolam*] Circa tempus, quo Epistola ista scripta est, triplex maxime exsistit opinio: prima I. E. Grabii, qui, Spicil. Patt. i. p. 254. eam Neronis persecutione desinente, proxime post Apostolorum Petri et Pauli martyrium, h. e. A. D. 68. vel etiam exeunte scriptam esse contendit; altera G. Vendelini eamdem anno Christi 95. fervente Domitiani persecutione illigantis; postrema Cotelerii atque Tillemontii, qui illam desinente ejusdem imperatoris persecutione circa A. D. 97. scriptam arbitrantur. Quartam Vir cl. Claudius Fleuri, tom. i. *Hist. Eccl.* p. 213. excogitavit, quae ad Grabii sententiam propius accedat. Nempe ad id tempus, quod Neronis interitum excepit, et Hierosolymitanum antecessit excidium referri posse opinatur; et casus adversos, in Epistolae principio memoratos, de bello civili quod Neronis mors excitavit, interpretatur. COUSTANTIUS.

Grabius, Spic. Patt. i. 254. e verbis Clementis §. 41. *Οὐ πανταχοῦ ἀδελφοί .... προειρημένων λειτουργῶν.* certo constare sibi dicit Templum Hierosolymitanum tunc stetisse, atque excidium illius, quod in annum 70. incidit, nondum contigisse. Sed omnem difficultatem solvunt duo loci Josephi, Antiq. iii. 8. de Pontificali ornatu tempore semper praesenti exponentis: *πρῶτον μὲν περιτίθεται τὸν μαναχασὴν λεγόμενον—ὅταν δὲ σπουδάζειν περὶ τὰς θυσίας δέῃ καὶ διακονεῖν—ἀναβαλλόμενος ἐπὶ τὸ λαιὸν ὠμοφορεῖ κ. τ. λ.* et vii. 14. de Sortitione Pontificum: *ἡ πρώτη μὲν ἀναβᾶσα πατριὰ ἐγράφη*

πρώτη· ἡ δὲ δευτέρα ἀκολούθως ἄχρι τῶν εἴκοσι τεσσάρων, καὶ διέμενεν οὗτος ὁ μερισμὸς ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας: atqui Josephus haec scripsit anno demum tertio decimo Domitiani, A. D. 94. ORELLIUS.

Cum Grabio stant Clericus, Gallandius, Prolegom. p. xix. Pagius, Crit. Hist. Chron. in Annal. Baronii, A. D. 78. §. 3. et Grotius in Epist. ad H. Bignonium, 154. ad Gallos. Millius, Prolegom. §. 138. anno 69. Clementis Epistolam scriptam fuisse contendit; Dodwellus anno 64. Diss. Sing. de Rom. Pontif. xi. 4. Venemae scripta videtur post annum 70. Hist. Eccl. Saec. I. §. 251. Ruchatus et Lardnerus, inter Vendelinum et Cotelerium medii, eam ad annum 96. referunt, Praefat. in *Lettres et Monumens de trois Pères Apostoliques*, et *Credibility*, P. ii. cap. 2.

[g] *publice legitur*] ἥτις ἐν φανεροῖς τόποις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται. SOPHRONIUS. Ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν. Euseb. H. E. iii. 16. Καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς, (sc. Διονύσιος ὁ τῶν Κορινθίων ἐπίσκοπος) δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. ib. IV. 23. Ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων. Epiphanius, Haer. xxx. 15. Catalogus Scriptorum Sacrorum Codici Alexandrino praefixus Epistolas Clementis Novi Foederis libris accenset, quippe qui ita explicit,

Ἐπιστολαὶ Παύλου ΙΔ.
Ἀποκάλυψις Ἰωάννου.
Κλήμεντος ἐ . . . . λη Α.
. . . . εντος ἐ . . . . . λη Β.
Ὁμου βίβλια
Ψαλμοὶ Σολομῶντος ΙΗ.

Catalogum integrum videas apud Beveregium, Cod. Canon. Eccl. Prim. Vind. Lib. ii. cap. 9.

[h] *abutitur*] Ita Erasmus consensu Codd. Malim tamen legere *utitur*. Nam Eusebius habet χρησάμενος. E. S. CYPRIAN.

[i] *similitudo est.*] Satis indicat eam Epistolam videri Clementis, etiamsi propter contentiosos, non audet palam fateri. ERASMUS. Epistolae ad Hebraeos exhibet haec tot consimiles phraseologias,

tot torrentes quasi ab isthoc fonte oriundos, ut non mirum sit utramque eidem authori antiquitatem paene omnem ascripsisse. Praetereo enim, quod eadem non pauca habet atque eodem sensu Clemens hic noster, quae ille author, quicunque fuerat plusquam humanus, nec alius praeter ipsum Novi Instrumenti scriptor nisi rarissime iisdem utitur, v. gr. *δημιουργὸς, νωθρὸς, βοηθὸς, ἡγούμενοι, παρεμβολὴ, λιθάζω, φιλοξενία, ἐγκαταλείπω, κατάσκοπος, ἀπαύγασμα, εὐλαβὴς, σκληρύνω, μαρτυρεῖν* : et siqua sunt similia utrisque communia, sententiolas etiam quasdam videtur inde sumpsisse, et in rem suam accommodasse, quarum in tuam gratiam, quicunque sis horum Authorum studiosus, exhibeo hanc qualemcunque *σκιαγραφίαν* et *πίνακα*.

Author ad Hebraeos.	*Clemens Romanus.*	
Cap. i. 3—5.	Cap. xxxvi.	Ὃς ὢν ἀπαύγασμα κ. τ. λ.
7.		
13.		
Cap. iii. 2.	Cap. xliii.	Πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ κ. τ. λ.
5.		
Cap. iv. 14.	Cap. lviii.	Διὰ τοῦ ἀρχιερέως κ. τ. λ.
Cap. vi. 13—15.	Cap. x.	Ἀβραὰμ ὁ φίλος κ. τ. λ.
	ix.	Λάβωμεν Ἐνώχ.
	x.	Ἀβραὰμ . . . πιστὸς εὑρέθη κ. τ. λ.
Cap. xi. 5—20.	Cap. xii.	διὰ πίστιν . . . ἐσώθη Ῥαὰβ κ. τ. λ.
30, 31.		
	xvii.	Οἵτινες ἐν δέρμασιν κ. τ. λ.
Cap. xiii. 1, 2.	Cap. xi.	Διὰ φιλοξενίαν . . . Λὼτ ἐσώθη κ. τ. λ.
17.	Cap. i.	ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις.

GRABIUS.

[k] *reprobatur*] ἥτις παρὰ πάντων ἀποδοκιμάζεται. SOPHRONIUS. ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται. Photius, Biblioth. cxiii. Ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή. Οὐ μὴν ἔθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα, ὅτι μηδὲ καὶ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. Euseb.

H. E. iii. 38. quae verba Hieronymum et Rufinum duriuscule interpretatos fuisse censent Bullus, Def. Fid. Nic. II. 3. 5. et Nerreterus in Dissert. Historico-Critica de Fragmento Clem. Rom. quod sub nomine Ep. 2dae ad Corinthios habetur. Altorf. 1749. Conf. Coteler. infra p. 211.

Homiliae potius quam Epistolae fragmentum esse contendunt Vendelinus, Blondellus, Grabius, Spicil. i. 268. Schroeckh. *Kirchengeschichte*, ii. 271. Munscher. *Handbuch d. Dogmengeschichte*, i. 124. Neander, *Allgemeine Geschichte der Christlichen Religion*, I. iii. 736. et Dodwellus, qui, probante Clerico, ad veterem illam Διδαχὴν Clementinam omnino referendam esse censet. Dissert. in Irenaeum, i. §. 29.

Suspectam habuerunt Morinus, Exercit. Bibl. I. ix. 4. 9. et Grotius, Epist. ad Bignon. ex characteris diversitate. Pro spuria habetur a Venema, Hist. Eccl. Saec. I. §. 252. a Grabio, Spicil. i. 265. et Orellio, Select. Patt. Capp. &c. Turici 1830. i. 8. qui illam Clementi suppositam fuisse saeculo iii. et quidem medio suspicantur; a Lardnero, *Credibility*, P. II. cap. 3. a Lessio, *Ueber die Religion*, i. 510. a Stolleo, *Leben der Kirchen Väter*. p. 18. necnon a Crednero, *Beiträge zur Einleitung*, &c. i. p. 14.

1 *coarguit*] εὐθύνει. SOPHRONIUS. Ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα ὡς τοῦ αὐτοῦ ἐχθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὴ καὶ Ἀπίωνος διαλόγους περιέχοντα· ὧν οὐδ᾽ ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται. Οὐδὲ γὰρ καθαρὸν τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας ἀποσώζει τὸν χαρακτῆρα. Euseb. H. E. iii. 38. Hanc Disputationem idem opus esse cum Recognitionibus censent Cotelerius, i. 490. ed. Cler. 1724. et Valesius in not. ad Euseb. l. c. quorum rationes neutiquam placent Grabio, Spicil. i. 272 sq. Praeter Recognitionum libros decem, Clementis nomen praeferunt alia scripta supposititia; quinque ad diversos Epistolae, Homiliae xix., Constitutionum Apostolicorum libri viii., Liturgia, et Canones Apostolorum, quae omnia collegit et illustravit Cotelerius. In quaestione de Constitutionibus Apostolicis separatim ac diligenter elaboraverunt Krabbeus, *Ueber den Ursprung und Inhalt der Apostol. Constitutionen*. Hamburg. 1829. et J. S. v. Drey. *Neue Untersuchh. ueber die Constitutionen u. Kanones der Apostel*. Tübing. 1832. "Consentiunt," inquit Bullus, "reformati Theologi omnes, neque reclamant hodie ex Pontificiis

"Critici doctiores, clamat vero res ipsa, Constitutiones illas "Clementis non esse." Def. Fid. Nic. II. iii. 6.

Wetstenius, ad calcem editionis N. T. 1752. Epistolas duas, e Codice N. T. Syriaci tum primum erutas, edidit, quae totae in Virginitate celebranda versantur. Argumentis quibus Clementi Romano eas vindicavit responsum est a Lardnero in Dissertatione peculiari Londini anno proxime sequenti emissa, quam hodie Operibus ejus subjectam legas; necnon ab Herm. Venema qui tres epistolas Wesselingio, Hemsterhusio, Cannegietero inscriptas anno 1754 vulgavit. Contra Lardnerum disseruit Wetstenius in Diario, *Bibliothèque Raisonnée*, tom. 50. Part. ii. art. 8. p. 363. cumque deinde epistolae Venemianae primae responsionem aegre conscripsisset, morbo lethali est correptus. Consulas J. G. Freudenbergeri Comment. quae Historiam recentioris controversiae de Clem. Rom. Epistolis exhibet. 1755. 4. Lips. In Museo Britannico adservatur N. T. Wetsteniani exemplar, cujus ad oram Caesar de Missy multa acute arguteque disputavit de harum epistolarum textu et interpretatione, et de locis S. Scripturae quorum haud pauca Wetstenium fugerant. Epistolarum γνησιότητα demonstrare conatus est Gallandius, Prolegom. p. 20. sq.; textum et versionem Wetstenii a Finettio castigatas exhibuit. Bibl. Vett. Patt. I. pp. i–xxv. Versionem Germanicam notis illustratam evulgavit P. P. Zingerle, Vindob. 1827.

Baraterius, De Successione antiquissimorum Episcoporum, pp. 76—78. conjecit Clementem Romanum Epistolam ad Diognetum scripsisse. De Actibus Apostolorum haec habet Chrysostomus, Homil. in Ascensionem D. N. Jesu Christi. Opp. iii. 764. ed. Ben. Ζητοῦμεν οὖν τίς ὁ συντάξας ταύτην τὴν βίβλον τῶν πράξεων· πολλοὶ γὰρ εἰς πολλὰς καὶ διαφόρους ἐμερίσθησαν ἐννοίας, οἱ μὲν εἰπόντες ὅτι Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος συνέταξεν αὐτὰς, ἄλλοι δὲ λέγουσιν Βαρνάβας, ἄλλοι δὲ ὅτι Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής. Galeus inter Clementis R. scripta retulit Hermae Pastorem. Vid. Fabric. Cod. Apocr. N. T. ii. 969.

[m] *Obiit*] Plerique inter Martyres Clementem referunt, traduntque eum sub Trajano apud Chersonesum relegatum, ancora ad collum alligata, in mare demersum fuisse. Ejus memoriam celebrant Martyrologia d. 23 Novembris; Menologium a Canisio in antiquis lectionibus editum d. 24 Novembris; Menologium ab Ughello in *Italia Sacra* editum d. 25 Novembris, ubi refer-

tur, Clementem in Ancyram Galatiae urbem relegatum, ibique janua lapidibus obstructa parieti inclusum, et leguminibus sustentatum, donec in hoc squalore vivis excederet. At Johannes Pearsonius in Operibus suis posthumis, et Dodwellus in additionibus suis omnes de Clementis martyrio narrationes fabulosas esse existimant; cum veteres, qui aliqua ex Clemente testimonia adducunt, nusquam eum martyrem appellent, omniumque primi Rufinus et Gregorius Turonensis martyrem eum faciant; nec levis sit suspicio, non minus famam de splendidis Clementis natalibus, quam traditionem de ejus martyrio inde natam esse, quod hic Clemens cum Clemente, Imperatoris Domitiani consobrino, confusus fuerit. ITTIGIUS.

[n] *usque hodie*] Quo tempore Hieronymus hunc librum emiserit, capite ultimo de se loquens notat, his verbis, *usque in praesentem annum, id est Theodosii Principis decimum quartum, haec scripsi.* Concurrere illum cum anno a Christo nato 392. non est qui dubitet; malim vero ejus anni posteriorem partem intelligi, ut caetera rectius aptentur. VALLARSIUS.

S. IGNATIUS.

ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται. Ep. ad Rom. §. 7.

HIERONYMUS, *Lib. de Viris Illustribus*, *cap.* 16. Opp. ii. p. 841. ed. Vallars.

IGNATIUS,[a] Antiochenae Ecclesiae tertius[b] post Petrum Apostolum Episcopus, persecutionem commovente Trajano, damnatus ad bestias, Romam vinctus mittitur.[c] Quumque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus, auditor Johannis,[d] Episcopus erat, scripsit unam Epistolam[e] ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos, et inde egrediens scripsit ad Philadelpheos, et ad Smyrnaeos, et proprie ad Polycarpum,[f] commendans illi Antiochensem Ecclesiam, in qua[g] et de Evangelio quod nuper a me[h] translatum est, super personam Christi ponit testimonium, dicens: *Ego vero et post resurrectionem in carne eum vidi,*[i]

et credo quia sit. Et quando venit ad Petrum et ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: *Ecce, palpate me, et videte, quia non sum daemonium incorporale.*[k] *Et statim tetigerunt eum, et crediderunt.* Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, et de Epistola ejus, quam ad Romanos scribit, pauca ponere:

De Syria usque ad Romam pugno ad bestias, in mari et in terra, nocte dieque ligatus cum decem leopardis, hoc est, militibus qui me custodiunt; quibus et quum benefeceris, pejores fiunt. Iniquitas autem eorum, mea doctrina est, sed non idcirco justificatus sum. Utinam fruar bestiis, quae mihi sunt praeparatae, quas et oro mihi veloces esse ad interitum, et alliciam eas ad comedendum me, ne sicut aliorum Martyrum non audeant corpus meum attingere. Quod si venire noluerint, ego vim faciam, ego me ingeram[l] *ut devorer. Ignoscite mihi, filioli: quid mihi prosit, ego scio. Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his quae videntur desiderans, ut Jesum Christum inveniam. Ignis, crux, bestiae, confractio ossium, membrorum divisio, et totius corporis contritio, et tota tormenta diaboli, in me veniant, tantum ut Christo fruar.*

Passus est[m] anno undecimo[n] Trajani. Reliquiae corporis ejus Antiochiae jacent extra portam Daphniticam[o] in coemeterio.

[a] *IGNATIUS*] De patria Ignatii nihil nobis servavit antiquitas. Tentzelius quidem, Exercit. Select. I. iii. 1. quem sequitur Tillemontius, *Mémoires, &c.* ii. 190. scriptorem Arabem adducit, Greg. Abulpharagium, qui, in Dynastiarum Historia, Dyn. vii.

p. 119. interprete Pocockio, tradit, *sub Trajano necatum inter alios esse Ignatium Nuraniensem, Episcopum Antiochenum, qui ad leones conjectus ab iis discerptus est.* Unde apud Noram vel Nuram, urbem Sardiniae, Ignatium primam vidisse lucem colligit. Cavius, Hist. Lit. i. p. 41. si modo fides scriptori qui claruit circa annum 1284., potius Norae alteri, quam in Cappadocia collocant Strabo et Diodorus Siculus, in Phrygia C. Nepos, in confinio Lycaoniae et Cappadociae Plutarchus, Ignatii natales ascribendos esse pronuntiat. Hydius, Linguae Hebraicae Professor Regius, 1697—1702, suspicatus est nomen Latinum Ignatio parente Judaeo apud Sardos orto, ex patria Nora sive Nura inditum, quia scilicet *Nûr* sive *Nûra* Chaldaice *Ignem* significat; quam conjecturam ipsi quoque in mentem venisse testatur Petrus Wesselingius ad Antonini Itinerarium, p. 84. Vid. Grabii Spicil. Patt. ii. 2. et Harles. in Fabric. Bibl. Graec. vii. 33. Pearsonus autem nomen Ignatii Romanum esse credit, factum ex *Egnatius*, nomine olim perquam usitato, et ab Egnatia urbe Apuliae deductum, uti ab Hadria Hadrianus, a Corfinio Corfinius, &c.

De Θεοφόρου cognomento, quo gaudet Ignatius, vid. infra p. 262.

[b] *tertius—Episcopus*] Ex Eusebii lib. iii. cap. 22. liquet locum ita intelligi debere, ut Petrus primus, Euodius secundus, tertius denique Ignatius fuisse censeatur. Nec aliud vult idem Eusebius, quando cap. 36. ejusdem libri ait: Ἰγνάτιος, τῆς κατ' Ἀντιόχειαν Πέτρου διαδοχῆς δεύτερος τὴν ἐπισκοπὴν κεκληρωμένος.

E. S. CYPRIANUS.

Socrates, H. E. vi. 8. Ἰγνάτιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας τρίτος ἀπὸ τοῦ Ἀποστόλου Πέτρου ἐπίσκοπος. Origenes in S. Lucam Homil. vi. Opp. III. p. 938. ed. Ben. *Ignatium dico, Episcopum Antiochiae post Petrum secundum.* Existit hoc loco quaestio, num Euodio, aut S. Petro immediate successerit Ignatius, quem a S. Paulo Sedi Antiochenae praefectum fuisse statuunt Constit. Apost. vii. 46. a S. Petro autem Theodoretus, Dial. i. Opp. iv. 33. ed. Sirmond. et Chrysostomus, Homil. in S. Ignat. Mart. Opp. ii. 597. ed. Ben. Quam ut dirimant controversiam, Baronius, Ann. 45. 14. et 71. 11. atque Natalis Alexander, Saec. i. Diss. xiv. Prop. 1. conjiciunt a S. Petro Euodium, a S. Paulo Ignatium esse creatos Episcopos, ut alter Judaeis, alter Ethnicis qui in Ecclesiam venerant praeesset, quibus ad concordiam

tandem adductis, Ignatium Euodio cessisse, iterumque post obitum illius sedisse.

[c] *Romam vinctus mittitur*] Historia martyrii ejus [sc. Act. Interpol. §. 8. apud Clericum, ii. 165.] hanc dedit rationem, quare non Antiochiae sed Romae fuerit coronatus, ut longiore itinere, et continuis vexationibus animus ejus frangeretur, et, ne Antiochiae occisus fideles in fide confirmaret, adeo ut eum noluerit Trajanus inter suos gloriose pugnare, et mori, sed inter ignotos, ut pro malefico haberetur. VENEMA, Hist. Eccl. Saec. ii. §. 7. Aliter Chrysostomus, Homil. in S. Ignatium, *διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς συνεχώρησεν ἐκεῖ τὸν βίον αὐτὸν καταλῦσαι, ὥστε τὴν τούτου τελευτὴν διδασκάλιον γένεσθαι εὐσεβείας τοῖς τὴν Ῥώμην οἰκοῦσιν ἅπασιν.* Romam abductum fuisse Episcopum Antiochiae ut Trajanus oblectationi plebis Romanae consuleret, statuunt Schroeckhius, *Christliche K. G.* ii. 336. et Burtonus, *Lectures,* ii. 25. Jortinus, *Remarks on Eccl. Hist.* i. 361. opinatur Trajanum ideo ad Romam duci Ignatium jussisse ut ludibrio eum exponeret, atque aliis exemplo faceret. Greswellius autem, *Dissertations,* iv. 417. conjecturam facit Ignatium civem Romanum fuisse. Cf. Plin. Ep. x. 97. *quos quia cives Romani erant, adnotavi in urbem remittendos.*

[d] *auditor Johannis*] Ignatium ipsum Johannis auditorem fuisse, Polycarpi condiscipulum, testantur Acta ejus, §. 3. vid. infra p. 542. quibus hac in re fidem adhibent Ittigius, Dissert. de Patr. Apost. p. 259. Venema, H. E. Saec. II. §. 6. Schroeckhius, *Christliche K. G.* ii. 336. Cum Apostolis familiariter versatum fuisse affirmant Socrates, H. E. vi. 8. et Chrysostomus, l. c. *Συνεγένετο τοῖς Ἀποστόλοις γνησίως, καὶ τῶν πνευματικῶν ναμάτων ἀπέλαυσεν. Ὁποῖον οὖν εἶναι εἰκὸς τὸν ἐντραφέντα ἐκείνοις, καὶ πανταχοῦ συγγενόμενον, καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων αὐτοῖς κοινωνήσαντα, καὶ τοσαύτης εἶναι δόξαντα αὐτοῖς ἀρχῆς ἄξιον ;*

[e] *unam Epistolam*] Hieronymus ordinem neglexit, et Epistolas septem enumerare contentus, promiscue retulit. In Codice Mediceo Graeco autem et veteri versione Latina hic est ordo: 1. ad Smyrnaeos. 2. ad Polycarpum. 3. ad Ephesios. 4. ad Magnesios. 5. ad Philadelphenses. 6. ad Trallianos. Nam Epistola ad Romanos, quia Actis martyrii Ignatiani inserta legitur, in illa collectione omissa est. * * * * * * Praeter has septem Ignatii *τοῦ Θεοφόρου* Epistolas, solas antiquitati primitivae cognitas, non tantum exstant illae eaedem epistolae (a quo et quo tempore,

ante A. C. 580. saltem, non sane constat) *interpolatae*; sed etiam *spuriae* aliae, antiquioribus scriptoribus ignotae: Graece quidem quinque, 1. ad Mariam Castabalitidem sive Neapolitanam prope Zarbum (Ciliciae haec oppida sunt) cujus et ipsius Mariae nomine Epistola ad Ignatium fertur, Latine primum ab Usserio, et Graece ab Is. Vossio edita. 2. ad Tarsenses. 3. ad Antiochenos. 4. ad Heronem, Diaconum Antiochenum, et 5. ad Philippenses, περὶ Βαπτίσματος. FABRICIUS.

Ego quidem ordinem Eusebii, H. E. iii. 36. secutus sum.

[f] *proprie ad Polycarpum*] Hinc liquet, Jacobum Usserium errare, dum Ignatium seorsim ad Polycarpum scripsisse negat; atque epistolam ad Polycarpum, cujus Eusebius et Hieronymus meminerunt, eandem facit cum Epistola ad Smyrnaeos; illam vero, quae hodie ab Ignatio ad Polycarpum data circumfertur, rejicit inter spurias. Nam aut sex priores simul rejiciendae sunt, aut haec cum illis retinenda. Diserte Eusebius, ἰδίως τῷ Πολυκάρπῳ ὁμιλεῖ, quod ad verbum reddit Hieronymus: *proprie ad Polycarpum*. E. S. CYPRIANUS.

Cf. Pearson. in Prooemio Vindiciarum, p. 21.

[g] *in qua*] Male ait haec in Epistola ad Polycarpum reperiri, cum deprehenduntur in Epistola ad Smyrnaeos, [§. 3.] ut ex Eusebio notatum. E. S. CYPRIANUS. Locum, si modo verba *et proprie . . . . . Antiochensem ecclesiam* parenthesi includantur, emendari posse arbitratur Fabricius.

[h] *a me*] Notandum in Graeco deesse voces ὑπ' ἐμοῦ. VALLARS. In cap. ii. hujusce de Viris Illustr. libri, Hieronymus, "Evange-" lium quoque quod appellatur secundum Hebraeos, et a me nuper "in Graecum Latinumque sermonem translatum est, quo et Ori-" genes saepe utitur."

[i] *Vidi*] Hieronymi autoritas in errorem induxit non solum antiquum illum Ignatii interpretem, et alios, qui ex hoc loco de Ignatii aetate judicium ferendum putarunt, verum etiam recentissimum doctissimumque Hieronymiani Catalogi Editorem, cl. Cyprianum, qui in notis suis p. 244. contendit, omnino istis verbis dictum velle Ignatium suis semet ipsum oculis vidisse Christum, refutatque B. Ittigium secus sentientem. Verum omnino vera est Ittigii sententia, et Valesii versione Eusebii H. E. iii. 36. confirmatur. Ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα καὶ πιστεύω ὄντα. *Ego vero post resurrectionem Dominum ipsum in carne apparuisse scio et credo.* Cl. Cyprianus vero juxta cum aliis

a recta verborum constructione abiisse videtur. Scilicet non ita cohaerent verba Ignatii: Ἐγὼ ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, sed sic: Ἐγὼ ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα ὄντα. Pari modo Vossius senior erravit, in quodam Philostrati loco τὸ οἶδα reddens per *vidi*, notatus idcirco a cl. Fabricio, Biblioth. Graec. lib. IV. cap. xxiv. §. 12. n. 1. p. 54. Sic Julianus Imp. Orat. iv. scribit: οἶδα μὲν οὖν καὶ Πλάτωνα τὸν μέγαν. E quibus verbis nemo confecerit, Julianum significare suis semet oculis vidisse Platonem Philosophum. ACTA ERUDIT. LIPS. Septemb. 1713.

Verba Ignatii male intellexerunt Maestraeus in notis ad Epistolam Ignatii, Montacutius in Origin. Eccles. ii. 457. Huetius, Demonstr. Evang. i. pp. 17, 18.

[k] *incorporale*] σωματικόν Sophronius. Ubi videtur error irrepsisse, et legendum ἀσωματικόν, *incorporale*, sicut in vetustissimis Hieronymi exemplaribus constanter legitur, et sicut ipsum Hieronymum Prooemio in lib. 18. in Esaiam etiam legisse apparet, ubi ista exstitisse in Evangelio Nazaraeorum a se nuper translato memorat. LEMOYNIUS, Var. Sacr. ii. 418.

[l] *ego me ingeram*] Haec verba nec habentur apud Sophronium, nec in vetustis exemplaribus emendatioribus. ERASMUS.

[m] *Passus est*] Acta Martyrii Ignatii *interpolata* habent Graece Metaphrastes, 20 Dec. et exinde Latine Surius et Bollandus, Calendis Februar.: Graece et Latine in Patribus Apostolicis Cotelerius. *Sinceriora* Jac. Usserius in lucem protulit *Latine* ex duplici diversa interpretatione, quam utramque e MSS. Codd. cum notis eruditis vulgavit in appendice Ignatiana, Lond. 1647. 4. Etiam *Graecum* Actorum Ignatii exemplar in Bibl. Bodleiana, sed *interpolatorum* reperit; itaque editione indignum existimavit. Haec vero a Philone, Caio, et Agathopode, diaconis, qui beatum Christi martyrem e Syria comitati erant, descripta fuisse sibi persuadet; et sane in monumentis hujus generis videntur esse fide dignissima. Post Usserium eadem dedere Bollandus in Actis Sanctor. Calendis Febr. tom. i. p. 13. sq. et Cotelerius in Patribus Apostolicis, tom. 2. Graece denique et Latine e codice Colbertino edidit Theodoricus Ruinartus, in Actis Martyrum Selectis. Paris. 1689. 4. Atque inde Jo. Ernestus Grabe, tom. 2. Spicilegii Patrum. Oxon. 1699. 8. pag. 9. Tho. Ittigius, in Bibliotheca Patrum Apostolica. Lips. 1699. 8. ac denique Tho. Smithus ad calcem Epistolarum Ignatii. Oxon. 1709. 4. In his Actis Epistola Ignatii ad Romanos Graece sincere legitur, quam

in Mediceo codice omissam videre optaverat Is. Vossius, contentus interim interpolatam ex veteri versione Latina recensere et castigare. FABRICIUS.

Acta Ignatii sinceriora contra Oudinum defendit Mamachius, Orig. et Antiq. Christian. iv. p. 402. sq. Smithi Praefationem habes infra p. 518. sq.

[n] *anno undecimo*] Ἔπαθε δεκάτῳ ἔτει Τραϊανοῦ. SOPHRONIUS.

Eusebius in Chronico, anno Trajani decimo tertiam Christianorum persecutionem consignans, in ea et Symeonem Cleophae Hierosolymorum Episcopum, et Ignatium Antiochenum Episcopum passos esse ait . . . Verum Eusebius quae gesta variis annis sunt, Epitomatorum more, uno tenore retulit. OUDINUS.

Conf. omnino Greswell. *Dissertations*, iv. 415. sq.

Anno Christi 107. Trajani decimo Ignatii martyrium illigant Usserius, Nott. in Ignatii Acta, p. 36. Tillemontius, *Mémoires*, ii. 195. Ruinartus, Act. Sinc. Mart. p. 10. Dodwellus, Dissert. Cypr. xi. 18. Baraterius, de Successione, p. 92. Gallandius, Proleg. p. lxii. Burtonus, *Lectures*, ii. 23. Pearsonus autem, vid. infra pp. 524—529. Ignatium in anno 116. occubuisse statuit, quem secuti sunt Lloydius, Pagius, Critic. in Annal. Baronii 107. num. 3—6. Grabius, Spicil. ii. 9. Le Quienius, Oriens Christianus, ii. 701. Clericus, Hist. Eccles. ann. 116. §. 7. Benedictini, in opere *L'art de vérifier les dates* inscripto ; Venema, Hist. Eccles. Saec. II. §. 7. Gieselerus, *Kirchengeschichte*, i. 117. Guerikeus, *K. G.* i. 169. In medio relinquit Schroeckhius, *K. G.* ii. 336, 337.

[o] *Daphniticam*] Sic dicta a Daphne Antiochiae suburbio ad orientem. Vid. Evagrium, lib. i. c. 16. VALLARSIUS.

JUDICIA

DE

S. IGNATII EPISTOLIS,

TUM PROLIXIORIBUS, TUM BREVIORIBUS;

Ex V. cl. Joannis Pearsoni, Cestriensis Episcopi, Vindiciis Ignatianis, excerpta.

[Ex Editione Russeliana desumpta.]

SUB Ignatii nomine primo Tres Epistolae in lucem editae sunt Parisiis Latine tantum, A. D. 1495. ad B. Mariam una, ad S. Joannem Apostolum duae. Anno 1498. undecim Epistolae aliae, Latinae pariter, ex Veteri Versione, nondum comparente exemplari Graeco, a Fabro Stapulensi typis sunt impressae[a]. Tum vero Symphorianus Champerius Lugdunensis, has a Fabro editas, cum tribus aliis ab illo rejectis, et quarta ad Mariam Cassobolitam nunquam ante publicata, edi curavit; atque ita tandem Quindecim Ignatii Epistolae exstiterunt[b].

Et haec quidem facies S. Ignatii sub initio decimi sexti saeculi fuit; cum ipse Faber Stapulensis ejus auctoritate tanquam indubitata in Libello *De triduo Christi* utitur.

[a] Et Polycarpi ad Philippenses singularis, una cum Dionysio Areopagitae adscriptis Operibus. Quae [Epistolae] cum iisdem Argentinae 1502. et Parisiis, a Judoco Clichtoveo recognitae, 1515. seorsim vero, Argentorati 1527. et alibi sunt recusae. USSER.

[b] Hae, cum Latinis Pseudo-Dionysii antiquioribus Versionibus, Coloniae 1536. cum Pseudo-Clementis Operibus, in Micropresbytico, Basileae 1550. cum nova Pseudo-Dionysii Versione per Joachimum Perionium, Coloniae 1557. et cum Pseudo-Clementis Operibus, ibidem 1570. sunt impressae.—USSER.

Joannes etiam Episcopus Roffensis, Libello cui titulus, *Petrus fuit Romae*, inter primos has Epistolas citavit. Quinetiam Joannes Driedo, celebris ea aetate Theologus, Libro *De Dogmatibus Ecclesiasticis et Apocryphis*, quamplurima Romanae Ecclesiae dogmata, longa sententiarum serie ex Epistolis Ignatii petita, confirmare nititur. Et Martinus Peresius Aiola, scriptor inter Pontificios non ignobilis, inde testimonia saepissime adhibuit; et ad confirmandas Traditiones non scriptas omnes has Epistolas defloravit. Neque quemquam novi, qui ea aetate de Duodecim praesertim Epistolis dubitavit.

Post autem sexaginta annos, *Andreas Gesnerus*, si ipsi credendum sit, Epistolas Duodecim Graece, interprete Joanne Brunnero, primus omnium edidit, A. D. 1559.[c] Ita enim in Praefatione loquitur: "Ignatium vero cum ille "(Henricus Petri scilicet) Latine tantum ediderit, ego "Graecum exemplar MS. nactus ex Bibliotheca cl. V. piae "memoriae *D. Gaspari a Nydpryck*, existimavi neque Hen-"rico Petri molestum, studiosis autem plerisque gratum "fore, si ea quae hactenus Latine tantum circumfereban-"tur, Graece simul et Latine a me fuissent edita." Sed quicquid dixerit Gesnerus, ante eum S. Ignatium Graecae ex Augustanae Bibliothecae exemplari Valentinus Pacaeus publicaverat, A. D. 1557.[d] quem primum in lucem eas edidisse testatur Morellius, qui easdem Parisiis recudendas curavit A. D. 1558[e]. Eámque a Pacaeo procuratam prin-

c Tigurina [Editio] anno 1560. ex MS. Codice Gasparis a Nydpruck, una cum Johannis Brunneri versione, vel potius paraphrasi, &c. USSER.

d Dilingana 1557. Hanc reliqui secuti sunt Editores: non ex Graeco aliquo Codice alio, sed partim ex ingenio, partim ex vetere vulgato Latino Interprete, non paucis in locis eandem corrigentes. USSER.

e Et 1562: additis tum Notulis, de iis quae ipsi mutanda visa sunt, tum Versione Latina, quae et Parisiis anno 1561. impressa prodiit. Iterum vero a Christophoro Plantino, Antuerpiae anno 1566. et 1572. seorsim, et a Joh. Jacobo Grynaeo, Basileae 1569. in Orthodoxorum volumine, *Augustanus* ille Ignatius, eo quo diximus modo correctus, recusus est: nova Interpretatione Hieronymi Vairlenii Sylvii adjecta. Quae (licet in multis locis admodum infida atque mutila) una cum brevibus ejusdem Vairlenii Scholiis, ex Plantiniana Editione in varias Bibliothecae Patrum Editiones (Parisiis et Coloniae excusas) postea traducta est. USSER.

cipem esse Graecarum Epistolarum Editionem, fidem faciunt illa Centuriatorum Magdeburgensium: "Est et hoc "annotandum, quod hoc anno 1558. Epistolae Ignatii "Graecae sint impressae et publicatae, quae hactenus per "aliquot saecula latuerunt." Quare Duodecim Epistolae ante a Stapulensi aut Champerio Latine, nunc a Pacaeo ex Augustano primum, dein a Gesnero e Nydprucciano codice editae sunt.

Cum jam Graeca exemplaria exstarent, primi omnium *Centuriatores Magdeburgici* suspiciones suas, sed caute satis moderateque proposuerunt. Quinetiam statim gravis illa *Joannis Calvini* censura prodiit, lib. i. cap. 3. *Institutionum*, jam tum in commodiorem formam redactarum; "Nihil "naeniis illis, quae sub Ignatii nomine editae sunt, putidius. "Quo minus tolerabilis est eorum impudentia, qui talibus "larvis ad fallendum se instruunt." Ita ille pro more suo acriter satis et animose. "Nec tamen offendit Calvinum "Ignatius, sed ii qui Ignatium corruperunt," inquit Rivetus: auctoritatem enim Ignatii rejicit ab Antitrinitariis objectam, ex Epistola sine dubio ad Tarsenses, quae pro genuina non agnoscitur; et Quadragesimam aliasque traditiones objicit, quae in assumentis tantum inveniuntur.

Tum *Marianus Victorius* in S. Hieronymum: Ignatius, "Vir Apostolicus, scripsit litteras ad sacratissimam Vir-"ginem, Dei genitricem Mariam, et alias quae exstant." Ac statim etiam ex Lutheri Schola celebris Theologus, *Martinus Chemnitius*, in *Examine Concilii Tridentini*, harum Epistolarum testimoniis saepe utitur, eisque multum tribuit. Sed alibi non sine censura laudat, inquiens, "transformatae "videntur in multis locis ad stabiliendum statum regni "Pontificii" &c. Primus enim observavit, locum ex Epistola ad Smyrnaeos citatum a Theodoreto, nec in Graecis Codicibus nec in Latinis reperiri, quamvis a Gulielmo Widefordo pariter citatus sit; et loca plurima ex Apostolicis Constitutionibus Epistolis Ignatii esse assuta. Post quem *Petrus Canisius*, vir eruditus, ad confirmationem Catechismi, testimonio Ignatii ex Veteri Interprete creberrime utitur.

Centuriatores et Calvinum, quod Ignatium tam parvi penderent, perstringit una sententia *Campianus*, *Ratione Quinta*. Defendit statim Calvinum *Whitakerus*, et Epistolas "obscurae dubiaeque fidei" esse notat, "quod plures Ig-"natio nunc adscribantur, de quibus Eusebius et Hierony-"mus non meminerunt, et quod ejus quoddam dictum "recitet Hieronymus, aliudque Theodoretus, quod in istis "quae circumferuntur Epistolis nusquam reperitur." Ac Bellarmino respondens, ex Duodecim Ignatii Epistolis Graece exstantibus Septem tantum memoratas Eusebio et Hieronymo animadvertit; "de quibus," inquit, "quid "statuamus, non satis constat: constat autem Quinque "esse sine dubio spurias et adulterinas." Eidem Campiano respondens *Laurentius Humfredus*, notat "Magdeburgenses "moderatissima oratione prudentissime monuisse, Haberi "quaedam in hisce Epistolis, quae ad deformes naevos "declinare videntur; et quaedam obrepsisse illis adulterina "non ferenda" asserit: aliquid eis resectum, aliquid assutum esse autumans.

Interim reverendus admodum *Whitgiftus* in Ecclesiae nostrae controversiis Ignatio multum tribuebat; et Schismaticorum coryphaeus *Thomas Cartwrightus* ejusdem auctoritatem defugiebat; et Calvinum sequi professus, aliaque argumenta ex proprio penu suppeditans, negabat auctorem Epistolarum fuisse illum Apostolorum discipulum: quod et ejus sequaces fecere, quoties aliquid ipsis objectum est, cui respondere aliter non potuerunt; quoties autem ad Presbyterium confirmandum aliquid facere videbatur, ejus auctoritate libenter frequenterque utebantur.

Tum vero eminentissimi duo Cardinales, *Baronius* atque *Bellarminus*, ita judicabant. Baronius caute primum distinguit inter Epistolas Latine tantum exstantes, et eas quae Graece etiam prodierant: priores nullius auctoritatis esse innuit; posteriores omnes avide amplectitur, incorruptas et integras esse pronunciat, easque miris effert laudibus. Non enim Septem tantum Eusebio cognitas, sed et Quinque reliquas "Ignatii esse germanas, easdemque sincerissimas, "nemo jure," inquit, "poterit dubitare." *Bellarminus*

notat "Latinas Tres gravitatem eloquii S. Ignatii omnino "non redolere: Quinque Eusebio incognitas ob styli similitudinem et spiritum vere Apostolicum, a viris doctis "omnino recipi; non esse magnam fidem habendam Codicibus Graecis, qui nunc exstant, quando discrepant a "Latinis; saepe enim emendatiores inveniri Codices Latinos quam Graecos: quod verum," inquit, "esse intelliget, qui conferet testimonia quae ex Ignatio citant S. "Athanasius et Theodoretus, cum verbis ejusdem Ignatii, "quae nunc habemus in Codicibus Latinis et Graecis."

De Epistola ad Tarsenses primo dubitat *Faustus Socinus*, *Responsione ad Wuiekum;* et sententiam suam liberius de omnibus profert *Animadversione ad Assertionem septimam Posnaniensium.* "Ignatii scripta partim adulterina, partim "admodum corrupta et additamentis quibusdam coinquinata; adeo ut eorum quoque in ipsis fiat mentio, quae "non nisi post aliquot saecula exstiterunt." Et licet Latinum Ignatii exemplar tantummodo tunc temporis vidisset, et *missarum* voce offensus ita scriberet; nactus tamen postea Graecum Codicem, ubi eum locum aliter se habere invenit, sententiam non mutavit. In hunc enim modum concludit: "Fuit, nimirum, liber iste Epistolarum Ignatii, "quandocunque id factum fuerit, ab iis partim depravatus, "partim etiam consarcinatus, qui tyrannidem Episcoporum, "non in Ecclesiam tantum, sed in Rempublicam quoque, "contra omne jus fasque, invectàm vehementer probabant, "ac stabilire volebant."

Paulo post *Rodolphus Hospinianus* Tigurinus, *Historiae Sacramentariae* lib. ii. cap. 1. Ignatium nostrum tanquam testem locupletissimum laudat.

Perkinsius autem nostras Whitakerum interim in hunc modum sequitur. "Eusebius cum Hieronymo Septem Ig-"natii pro veris numeravit Epistolas: at nunc sub illius "nomine habenter Duodecim, quarum Quinque spuriae "sunt. Etiam Epistola ad Ephesios aut spuria est, aut "saltem corrupta; quia locus a Theodoreto et Gelasio ex "illa citatus in nostris exemplaribus non invenitur."

Thomas Bilsonus nostras, Vir magni in Ecclesia nominis,

De perpetua gubernatione Ecclesiae scripsit fuse atque erudite: S. Ignatium autem in eo opere ut indubitatum Auctorem frequenter laudat, et dum in vivis esset, eas ipsas Epistolas, quas citat, scripsisse sanctissimum illum Martyrem affirmat.

Abrahamus Scultetus, in *Medulla Patrum*, ita pronunciat: "Rationibus in omnem partem probe diligenterque ex-"cussis, in tertiam nonnulli secesserunt sententiam, sta-"tueruntque esse quidem Epistolas hasce Ignatii, sed "adulteratas, sed interpolatas: quorum in judicio et nos "acquiescimus."

Possevinus autem adhaerens Baronio, "Licet S. Hiero-"nymus," inquit, "tantum meminerit Septem Epistolarum, "Duodecim tamen haud dubiae fidei habemus. Quae vero "Tres aliae feruntur, etsi non tam certae fidei sunt, citan-"tur tamen a S. Bernardo; nec defuere post illum Viri "docti, qui ipsarum meminerunt." Et *Jacobus Gretserus* eadem presse sequitur vestigia de Duodecim Epistolis genuinis; quarum Vindicias ab eodem scriptas alicubi latere testatur se audivisse Philippus Labbaeus.

Tum vero *Martialis Maestraeus*, Doctor Parisiensis, qui Ignatium ipsum edidit[f], et Notis illustravit, Tres Latinas in Commentationum Apocrypharum numero collocat; reliquas Duodecim "germanas et vere aureas Ignatii Epistolas "praedicat, sed ab Haereticis et a Graeculis posterioribus "alicubi interpolatas et depravatas fatetur."

Georgius Dounamus nostras, Vir doctissimus, saepe schismaticos et sui et prioris saeculi accusat, quod nunc Ignatii testimonia in sua causa urgent, nunc Epistolas ejus tanquam spurias rejiciunt; et Septem illas ab Eusebio memoratas doctas et pias appellat; quas vel ideo rejici non posse ait, quod ab Eusebio memorentur.

Inter Socinianos *Hieronymus Moscorovius* de vera harum

[f] Latinam Vairlenii interpretationem emendavit et supplevit; atque insuper tum suis, tum Morelii, Vairlenii et Billii in Ignatium Observationibus simul collatis, amplioribus Notis illustravit. Atque hujus Graeco-Latinus Ignatius, et separatim anno 1608. et in Bibliothecae Patrum Tomo i. Graeco-Latino, an. 1624. Parisiis habetur editus. USSER.

Epistolarum antiquitate dubitasse haud videtur, cum in *Refutatione Appendicis Martini Smiglecii* haec habeat: "Ignatius, Patrum apud Latinos, quorum quidem scripta "exstant, vetustissimus, apertissime fatetur in Epistola ad "Tarsenses, quod Christus non sit ille qui est super omnia "Deus, sed filius ipsius."

Isaaci certe *Casauboni*, veterum scriptorum peritissimi judicis, sententia in hac etiam causa maxime notanda. Quare Parkerus hunc inter eos numerat, quos omnes Ignatii Epistolas fictitias docuisse vult: sed hoc et sublesta fide tradit, et levissimo argumento suadere conatur, quod Casaubonus de prisca Ecclesiae disciplina locutus, Cyprianum testem adhibuit, Ignatium non nominavit: cum in *Exercitationibus Baronianis* S. Ignatium saepe laudet, et "nonnullarum ejus Epistolarum antiquitatem novis ratio-"nibus se tuiturum" polliceatur; quas praematura Viri maximi morte ereptas nobis fuisse dolemus.

"Sed unus quidem Vir, caetera doctissimus," ut testatur Vedelius, "extra omne dubium ponit suppositionem harum "Epistolarum: imo dicere non veretur, Ignatium nullas "unquam Epistolas scripsisse." De hoc Viro doctissimo altercantur Doctores duo, Owenus et Hammondus; quem quasi nec nomine nec scripto notum producunt, et quem *Anonymum ineditum* Hammondus vocat. Est autem ille extra omne dubium *Robertus Parkerus*, schismaticus Anglus. Omnia enim quae Vedelius a Viro illo caetera doctissimo dicta profert, in Parkeri libro secundo *De Politeia Ecclesiastica* capite decimo tertio reperiuntur. Non est igitur alius Vedelii *Vir doctissimus* quam Robertus Parkerus nostras, schismaticorum coryphaeus; quem Vedelius, cum refutare vellet, et Genevensis disciplinae summum patronum fuisse nosceret, honoris causa nominare noluit. Hic autem Parkerus tredecim rationibus Epistolas Ignatii fictitias esse probare conatur: cujus conjecturis Dallaei Dissertatio maxime locupletata est.

Post hunc *Robertus Cocus* etiam nostras edidit *Censuram quorundam Scriptorum Veterum:* in qua quotcunque aut quaecunque firma sententiae suae probandae argumenta

attulit, id tantum revera probare putavit, "Epistolas Ignatii aut esse supposititias, aut corruptas."

Cum haec ita se haberent, *Nicolaus Vedelius*, Professor Genevensis, rem totam ad examen revocavit: Apologiam pro Ignatio scripsit, novam Editionem adornavit[g], Exercitationibus et Appendice Epistolas illustravit. Tres igitur ille Latinas omnino rejecit, quod "nimis aperta ipsarum "suppositio ei videretur." Reliquas Duodecim in duos Libros distinxit, quorum prior continet Epistolas Genuinas, posterior Supposititias. Genuinas tantum agnoscit Septem illas ab Eusebio memoratas; reliquas Quinque *aut perperam inscriptas, aut plane supposititias* esse statuit. Praeterea in ipsas Septem genuinas non pauca irrepsisse stellionum audacissimorum vestigia testatur; quae Notulis quibusdam in margine positis jugulavit.

Quare *Andreas Rivetus*, licet in tertia Editione *Critici Sacri* censura Roberti Coci sit adjutus, moderatissimam tamen sententiam amplecti se profitetur, scilicet, "esse "plerasque Epistolas Ignatii, ad minimum Septem; sed "hoc tempore non haberi nisi adulteratas, et multis in "locis interpolatas." Et *Daniel Chamierus*, in Responsionibus ad Testimonia a Bellarmino adducta, auctoritatem Ignatii nunquam declinat. Semel tantum ait, "Epistola "ad Antiochenses viris doctis non videtur legitima, quia "ab Hieronymo non annotata in censu Operum Ignatii, "ipsisque adeo Veteribus sit incognita."

Daniel Heinsius ad Novum Testamentum, Epistolas quasdam earum quae editae sunt, Ignatii revera fuisse indicat, alias non item. *Gerardus Joannes Vossius*, de natali anno Christi, sect. 41.: "Alii respondent Ignatii Epistolas "esse supposititias, nec ulli ante Nicaenum Concilium "memoratas. Itane vero? Quasi non meminerit earum "Irenaeus lib. v. cap. 28. et eo antiquior ipsique par

[g] Omnium locupletissima Graeco-Latina Genevensis anni 1623. est Editio, a Nicolao Vedelio adornata: qui Latinum Maestraei textum in margine passim correxit, Exercitationes pro antiquitate Catholica adversus Baronium et Bellarminum singulis Epistolis attexuit, Apologiam pro Ignatii scriptis praemisit, et Criticas Notas vice Appendicis toti Operi subjecit. USSER.

"Ignatio Polycarpus, apud Eusebium, lib. iii. cap. 36. ut "de Origene taceam, qui quiddam inde adducit, Homil. 6. "in Lucam."

Petrus autem *Halloixius* Jesuita non tantum omnes Graecas genuinas et germanas esse operose contendit; sed et de tribus Latinis ita judicium suum profert: "Nec ita "certae sunt, ut indubitatam fidem apud omnes mereantur, "nec ita incertae, ut omnem perdant." Aliter tamen *Dionysius Petavius*, licet ejusdem ordinis. "Constat," inquit, "omnes Ignatii Epistolas Interpolatas fuisse. Nam plera- "que ex illis loca ab Antiquis laudata, vel in eis minime "reperiuntur, vel longe aliter concepta."

Et denique *Walo Messalinus*[h]: "Apud me constat omnes "illas Ignatii Epistolas supposititias esse, vel certe multis "locis interpolatas;" et aliqua recitat, quae "satis evin- "cunt," inquit, "non posse illud Opus Auctori quem "ementitur adscribi." Ac rursus, "Epistolae illae natae "et suppositae videntur, circa initium aut medium secundi "saeculi; quo tempore primus singularis Episcopatus "supra Presbyteratum introductus est."

Huc usque Virorum doctorum judicia, sive conjecturae potius progressae sunt, dum Editio una Graeca, licet ex duobus MSS. exemplaribus, et una etiam Interpretatio Latina Vetus, illi satis apte respondens, aut ab aliis ad Graecos illos Codices reformata, exstaret: de quibus conjecturis, nonnulla notatu non indigna visum est observare.

Primo, Sententia decretoria *Parkeri* et *Salmasii*, qui statuunt omnes Epistolas sub nomine Ignatii editas, esse plane supposititias, minime ferenda est: tum quod eorum argumenta nihil aliud evincunt quam quod a caeteris statuitur, nempe omnes aut supposititias esse, aut interpolatas; (cum enim adhuc nescirent qualis revera interpolatio fuerit, quicquid illis displicuit, potuit ad interpolationes pertinere;) tum quod Parkerus statuat, neminem ante Concilium Nicaenum earum meminisse, quod apertissime falsum est.

h [Sub hoc nomine Salmasius librum *de Episcopis et Presbyteris contra D. Petavium* edidit anno 1641.]

Secundo, Ingens discrimen inter tres Latinas et Duodecim Graecas Epistolas recte observatum est; et Latinae primum emissae ab universis fere merito sunt rejectae: tum quod Graecis omnibus fuerint incognitae, neque Graecismum omnino redoleant, ut non ab interprete, sed Auctore Latino videantur profectae; tum quod in vetustissimis Vulgatae Versionis MSS. Codicibus non inveniantur, et seorsim aliquando scriptae sint, et inter Latinos a Bernardo aut Pseudo-Dextro primum memoratae; tum denique quod vix rationi temporum videantur consentire, aut cum institutis Ignatii quicquam commune habere: "pro quibus "frustra nonnulli pugnare aggressi sunt ante aliquot an-"nos," ut recte judicavit Philippus Labbaeus.

Tertio, Ne ipsae quidem Graecae Duodecim parem auctoritatem sibi vindicant; et recte posita videtur distinctio inter Septem Epistolas, quae sunt ab Eusebio memoratae, reliquisque antiquissimis Patribus frequenter laudatae, et Quinque alias, quae non nisi post aliquot saecula ab ullo Graeco Scriptore agnitae sunt, atque ideo jure vel in dubium vocantur, vel etiam plane rejiciuntur: idque non tantum, quia verisimile non est, eas Eusebium, si ejus aevo exstitissent, latere potuisse, aut ab eodem, si ipsi cognitae essent, praeteriri; sed etiam, quia vel ob modum loquendi, ab Eusebianis multum discrepantes apparent, vel ob materiam doctrinae, institutis et moribus posterioris Ecclesiae magis consonae, et Ignatianis Eusebio memoratis sola imitatione, eaque nimis affectata, similes.

Quarto, Recte animadversum est a quamplurimis, etiam illas Septem antiquissimas et maxime genuinas Epistolas in Editione Graeca tunc temporis vulgata, interpolatas et corruptas fuisse: idque cum loca a veteribus Patribus adducta, quae in ea Editione aut non comparent, aut non recte repraesentantur, tum alia etiam non pauca, quae neque antiquitati neque sententiae S. Ignatii congruunt, neque tenori Epistolarum satis convenienter inseruntur, planum faciunt.

Quinto, Industria Vedelii, quam ad loca in Epistolis Eusebio memoratis corrupta et interpolata indicanda, et a

genuinis secernenda adhibuit, si conatum spectemus, laudanda, si eventum sive successum, parvi quidem aestimanda videatur. Tanta enim diligentia hoc tandem effectum est, ut ex una parte inserta et interpolata pleraque praetermittantur, ac pro genuinis retineantur; ex altera vero, germana atque genuina saepiuscule pro ascititiis notentur et rejiciantur. Quamvis igitur quamplurimi optimas Ignatii Epistolas corruptas esse judicarent, hactenus tamen ad genuinas a corruptelis certo aliquo criterio vindicandas parum aut nihil est effectum. Ut verum illud sit quod a Dallaeo observatur, "Nisi sincerius exemplar Usserius et "Vossius nacti essent, nulla plane spes superesset Inter-"polatoris aliena a veris Scriptoris internoscendi et secer-"nendi."

Quare Jacobus Usserius, Archiepiscopus Armachanus, Hiberniae Primas, Vir mirae in his rebus perspicaciae fideique, cum videret talibus conjecturis nihil effici, animadverteretque tres in Anglia nostra Theologos olim locum quendam ex Epistola Ignatii a Theodoreto citatum[h], nec in Editione Graeca aut Vulgata Versione tunc repertum, eodem plane modo, quo a Theodoreto productus fuerat, laudasse; circumspicere coepit, num forte in Anglia exemplar,

[h] In vulgatis nostris Codicibus, Latinis pariter et Graecis, luculentum illud testimonium desiderari vident omnes, ex Ignatii Epistola ad Smyrnaeos, a Theodoreto, in 3o. Dialogo qui Ἀπαθὴς inscribitur, depromptum. Εὐχαριστίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν χρηστότητι ὁ Πατὴρ ἤγειρεν. Cujus sententiae priorem partem, a Gulielmo Widefordo, sub annum Domini 1396. ita citatam invenio. "Considerate qualiter Anthropomorphi a communione et oratione Sanctorum "recedunt; propter quod non habent confiteri Eucharistiam carnem esse "Salvatoris." Posteriorem, a Roberto Lincolniensi Episcopo, circa annum 1250. ita: "Est enim Eucharistia, secundum beatum Ignatium, caro Salva-"toris nostri Jesu Christi pro peccatis nostris passa, quam benignitate Pater "resuscitavit." Utramque vero, a Johanne Tissingtono Franciscano, hunc in modum recitatam. "Considerate qualiter [Anthropomorphi] a commu-"nione et oratione Sanctorum recedunt; propter non confiteri Eucharistiam "carnem esse Salvatoris, quam Pater sua benignitate resuscitavit. Contra-"dicentes huic dono, perscrutantes moriuntur. Decens est a talibus recedere, "et nec communiter nec seorsum cum eis loqui." USSER.

aliquod Latinum adhuc delitescens reperiri posset, ex quo sua tres illi Theologi hauserunt, et loca reliqua a Theodoreto aliisque antiquis Patribus citata, integra comparerent. Cum, ecce, Libros duos MSS. nactus est, e publica Collegii Gonvilli et Caii apud Cantabrigienses nostros unum[i], e privata D. Richardi Montacutii Norvicensis nuper Episcopi

[i] In 4°. num. 37. cujus Libri titulus sic se habet:
Liber Epistolarum S. Ambrosii, Episcopi et Doctoris summi 81: *et Epistolarum S. Dionysii Martyris undecim numero: et Epistolarum S. Ignatii Episcopi et Martyris numero* 17. *Donatur communi Librariae Sociorum Collegii Annunciationis B. Mariae in Cantabrigia per Magistrum Walterum Crome, Sacrae Theologiae Professorem, quondam Socium ejusdem Collegii, anno Domini* 1444. *in festo S. Hugonis.*

Epistolae S. Ignatii ibi hoc ordine occurrunt.

1. Smyrnaeis.
2. Smyrnaeis a Troade Polycarpo.
3. Ephesiis.
4. Magnesiis.
5. Philadelphicis.
6. Trallesiis Asiae.
7. Epistola Mariae Proselytae Chassaobolorum ad Ignatium, Episcopum Antiochiae.
8. Responsio Ignatii Mariae Proselytae super eadem Epistola.
9. Tharsensibus.
10. Antiochenis.
11. Eroni, Diacono Ecclesiae Antiochenorum.
12. Martyrium S. Ignatii, Episcopi Antiochiae Syriae. Epist. xii. Sic enim ibi appellatur.
13. Romanis.

Scripsit Beatus Ignatius Smirneis a Troade, Polycarpo a Troade, Ephesiis a Smyrna, Magnesiis a Smyrna, Philadelphicis a Troade, Tralesiis a Smyrna, Mariae Proselytae ab Antiochia, Tarsensibus a Philippensibus, Antiochenis a Philippensibus: Eroni Diacono a Philippensibus, Romanis a S.... [*Smyrna*], *Martyrium Sancti Ignatii cum Epistola ad Romanos, scripta ab ipso ad populum Romanorum.*

14. Joanni Evangelistae.
15. Joanni Evangelistae.
16. S. Mariae.
17. Ignatio Sancta Maria.

De hoc Codice rectissime haec annotavit D. Pearsonus: "Ordo hic "Latinarum idem est cum ordine Graecarum in Codice Mediceo: licet Us-"serius eas ediderit eodem ordine, quo Graecae Interpolatae editae sunt. "Unde non minima Epistolae ad Polycarpum injuria facta." SMITII, in Praefat. suae Edit. Ignatii, 4°. Oxon. 1709.

Bibliotheca alterum[k], qui Ignatii Epistolarum Interpretationem a Vulgata Latina diversissimam continebant. Et statim collatione facta, testimonia Patrum omnium qui intra quinque, ut ait, post Christum saecula floruerunt, a Graecis Latinisque Codicibus dissidentia, cum hac Versione optime convenire, et multa a Graeculis posterioribus inserta et intertexta ab eadem pariter abesse conspexit. Jam vero non ex levibus conjecturis, aut ex sententia sua, ut Vedelius, sed ex Veteris Versionis fide Graecas Ignatii Epistolas recognovit, assumenta stellionum a genuinis facile et aperte secrevit; Polycarpianam illarum Syllogen ita excudendam curavit, ut minio in textu Graeco laciniae illae signarentur, quas a recentiori Interpolatore assutas fuisse, Veteris Latini Interpretis, tunc primum ab ipso editi, indicio deprehenderat. Felix hoc quidem inceptum; quo Reverendus Senex, cum ingenii, judicii et doctrinae specimen singulare exhibuit, tum Ecclesiae utilissimam, et hisce temporibus maxime salutarem operam praestitit.

Id vero ad cumulum accessit, quod vir praestantissimus et omni doctrinae genere admodum excultus, Isaacus Vossius, Graecum exemplar (quod, opinor, infinitae lectionis Turrianus centum fere annis ante viderat, et *vetustissimum emendatissimumque* esse testatus est) e Medicea bibliotheca exscriptum produceret, viris doctissimis amicissime communicaret, et quoniam Latinae versioni ab Usserio publicatae apprime consonum animadvertit, cum ea simul imprimendum ac notis illustrandum curaret. Quae cum tam amice conspirarent, non dubitavit asserere doctorum virorum Par, easdem epistolas tandem nos habere, quas habuit Eusebius, quas edidit Polycarpus, quas scripsit Ignatius.

Quam viris eruditis grata fuerit haec Vossii editio, vel inde patet, quod Claudius Sarravius, senator Parisiensis, ab ipso in notis obiter laudatus, ei haec rescripserit: "Ago "itaque gratias, ago gratias tibi summas, mi Vossi; "aeternum enim me tibi devinxisti tanto et tam praeclaro "erga immerentem testimonio. Video enim ibi famam

[k] Ubi hic codex jam reperiendus sit, ne investigando quidem expiscari possum. SMITH.

"meam aeternitati consecratam, eo monumento, quod saxa "et marmora duratione vincat."

Quare statim ex protestantibus *Andreas Rivetus*, cum ei Usserius novam Ignatii ex veteri libro editionem communicasset, in ultima *Critici* sui *Sacri* recognitione illius judicium secutus est; et ex Jesuitis *Petavius*, Graecis Vossii et Latinis Usserii conspectis, "Haec," inquit, "prudens et justa suspicio est, illas esse genuinas Ignatii "epistolas, quas antiquorum consensus illustribus testi-"moniis commendatas et approbatas reliquit." Idem etiam judicium *Nicolai Fabroti* fuit, ut ostendunt notae ejus ad Anastasium. "S. Ignatius, epistola ad Ephesios "(edidit eruditus vir Isaacus Vossius)" et statim, "pseudo-"Ignatius in epistola ad Antiochenos," et alibi, "Vetus "Interpres Epistolae ad Philippenses, quae S. Ignatio "adscribitur." Ita ille genuinas Epistolas a spuriis saepe distinguit, ut in Editione Vossii distinguuntur.

Salmasius vero, Editione Usserii perspecta, et Codice Mediceo, antequam ederetur, viso, auctoritati Ignatii iniquior factus est: Ecce enim in *Apparatu ad Libros de Primatu Papae*, (Lugd. Bat. 1645.) "Varias," inquit, "diversi temporis ejus operis interpolationes esse factas "multis ostendit Reverendissimus et doctissimus Vir Ja-"cobus Usserius Armachanus. Quale autem ab Auctore "primum prodiit, ne genuinum quidem Ignatii esse, pos-"sum omni asseveratione confirmare." Haec paulo sedatius. Quae non longe post sequuntur, Salmasium magis sapiunt. "Qua autem aetate vixerit hic Impostor, "qui nomen Ignatii ementitus est in istis Epistolis con-"scribendis, inquirendum est. Nam Ignatium non esse "earum auctorem, tam certum puto quam me haec scri-"bere." Hic sane purum putum Salmasium habemus. Ad tempus autem quod attinet, Impostorem eodem cum Valentino vixisse suspicatur; imperante, nimirum, Antonino, aut certe sub Marco Aurelio. Atque haec est summa sententiae Salmasianae. Ipse autem cum haec in *Apparatu* tam strenue asseruisset, in ipso opere auctoritate Ignatii saepiuscule utitur. Quae cum vidisset

Claudius Sarravius, aurem Salmasio vellit et admonuit: "Non placet, quod ea in *Apparatu* culpes, quae in ipso "opere laudas. De Ignatianis Epistolis intelligo, quas in "*Apparatu*, qui prior legitur, merito τῆς νοθείας revincis: "et tamen earum auctoritate postea saepiuscule uteris, "quasi essent legitimae, nec titulus auctorem mentiretur. "Saltem de ista tua sententiae mutatione aliquid signi-"ficasses." Epist. p. 181. Haec, opinor, in Sarravio, maximo Salmasii hyperaspista, etiam illi ferre possunt, qui eadem in Hammondo non ferunt.

David etiam *Blondellus*, ut ipse in Praefatione *Apologiae* (Amstel. 1646.) fatetur, quamprimum Epistolarum priorum Sex Isaacus Vossius copiam fecit, eas avidis oculis hausit, manu propria descripsit, cum citatis a Veteribus locis studiose contulit, saeculo nostro gratulatus, quod illud ipsum exemplar, quo ante 1300 annos usus erat Eusebius, novam ipsi propediem affulsuram lucem sponderet. Sed postquam attentiore animo singularum et phrasin et materiam et ordinem expendit, blandientes antea spes pudibundus abjicere coactus, bonae Patrum fidei impudenter illusum doluit, et argumentis quibusdam a priori, quam de Ignatianis Epistolis imbiberat, opinione depulsus, eas omnes supposititias credere coactus est. Ipsum autem Impostorem, qui Ignatii Martyris nomen Septem, Eusebio, Athanasio, Hieronymo laudatis, Epistolis appinxit, longe post annum centesimum quadragesimum quartum, adeoque post Clementis Alexandrini, toto fere centenario Ignatio posterioris, obitum, prodiisse tradit.

Antequam haec a Blondello ederentur, postquam vero ab opinione, quam e Mediceo Codice primum imbiberat, depulsus est, sententia ejus *Hugoni Grotio*, viro maximo, innotuit; qui, quid de ea sentiret, in Epistola ad Gerardum Vossium data protinus significavit: "Blondellus, "magnae vir diligentiae, sed suae parti super aequum "addictus, quid de Episcopis et Presbyteris sentiat, "ex scriptis ejus antehac editis non obscurum est. Im-"primitur nunc apud Blavium liber ejus specialiter de eo "argumento. Cognovi autem ex sermone ipsius, omnino

"eum hoc agere velle, ut aliquid reperiat unde famam "spargat, te in ea re plane secum sentire. Ignatii "Epistolas, quas filius tuus ex Italia attulit puras ab "omnibus iis, quae Eruditi hactenus suspecta habuere, "ideo admittere non vult, quia, Episcopatuum vetustati "clarum praebent testimonium. Argumento alio non "utitur, quam quod in illis verba quaedam appareant "elegantiora quam solent in Apostolicorum scriptis repe-"riri: quales sunt ἀξιέπαινοι, ἀξιομνημόνευτοι, et similia. "Dixi ego, paris monetae vocabula non pauca esse in "Clementis Epistola, quam suspectam non habet: ad-"haesisse haec diu ex lectione Graecorum, qui nitidius "scripserant."

Quamprimum autem Blondelliana in lucem prodirent, et Isaacus Vossius Codicem Mediceum, quem tam feliciter ediderat, tam male tractatum videret, statim Epistola ad Rivetum rationes perscripsit, "cur eum non omnino per-"movere potuerint Argumenta illa, quae David Blondellus "ad evertendam Epistolarum Ignatii veritatem attulit." Huic Epistolae Blondellus Annotata sua adspersit, et praeterea stricturas quasdam ad Vossii Notas ante editas; quibus altera prolixiori Epistola ad Rivetum pariter missa Isaacus accurate respondit.

Quinetiam Archiepiscopus Armachanus [Usserius] in *Appendice*, proximo post Blondelli *Apologiam* anno edita, mirari satis se non potuisse profitetur, duos hos magni nominis viros, Salmasium et Blondellum, conjecturis suis tantum tribuisse, cum Polycarpi ad Philippenses literas, quibus Ignatianas a se subjectas fuisse ipse confirmat, germanas fuisse fateantur, et has ipsas quae Ignatio tribuuntur Epistolas in Mediceo Codice a novitiis assumentis demum liberatas, non minus quam Polycarpi ipsam, Eusebii temporibus in omnium manibus fuisse non negent; in hisce tamen effingendis Impostorem aliquem nomen Ignatii ementitum esse, confidentissime pronuntient. Pupugit Blondellum severa haec mitissimi Senis reprehensio, admirantis tantam ex levibus conjecturis confidentiam: quare Epistola ad eum data, et quatuor

productis argumentis, quae ipsum sententiam mutare vetarent, haerere se etiamnum professus est.

Postea insignis admodum Theologus, *Henricus Hammondus*, cum videret Theologicas Theses in Gallia propositas, proclamantes, litem et controversiam de Episcoporum supra Presbyteros praerogativa definitam jam videri a Viris longe doctissimis Domino Salmasio et Blondello; *Dissertationes Quatuor*, quibus Episcopatus jura ex S. Scripturis et primaeva Antiquitate adstruuntur, edidit, (Lond. 1561.) et earum secundam de Ignatii scriptis instituit. In illa autem Dissertatione, primo quicquid ad has Ignatio abjudicandas Epistolas dictum est, solenniter ad examen vocavit: secundo quaedam addidit, quae earundem auctoritatem stabiliant.

Ad haec Hammondi nihil Salmasius, nihil Blondellus reposuit. Domi autem Theologus, *Joannes Owenus* nostras, in *Praefatione* quadam[l] Anglice scripta multa in Hammondiana Ignatii Defensione culpat; quae peculiari scripto[m], lingua etiam nostra Hammondus defendit. Non tamen Owenus eorum sententiam probat, qui Epistolas omnes Ignatianas tanquam fictas et supposititias absolute condemnant: imo in earum aliquibus "suavem et gratio-"sum," ut nostrates loquuntur, "fidei, dilectionis, sanc-"titatis, et zeli Dei spiritum spirantem et operantem" agnoscit. *Ministri* etiam *Londinenses* cum Sculteto, Vedelio, et Riveto professi sunt, se minime omnes reprobare; sed ita de corruptelis loquti sunt, ac si Editiones Usserii Vossiique nunquam vidissent: certe quid de Epistolis defaecatis sentirent, minime indicarunt.

Theophilus autem *Raynaudus* in *Erotematibus* negat Epistolam ad Mariam Deiparam esse Ignatianam. "Epi-"stolam tamen," inquit, "ad Mariam Casseboliten esse "S. Ignatii foetum genuinum, extra controversiam pono; "quicquid contrarium pauci quidam Sectarii effutiverint."

l [Vid. librum inscriptum, *The doctrine of the Saints' Perseverance explained and confirmed.* Lond. 1654. fol.]

m [*Answer to the Animadversions on the Dissertations touching Ignatius's Epistles.* Lond. 1654. 4°.]

Edmundus etiam *Albertinus* Usserii Responsionibus et Hammondi Dissertationi minime acquievit, sed in Libris *De Eucharistia* Latine editis decretoriam sententiam in haec verba protulit: "Non negaverim Ignatium Epistolas "aliquas scripsisse; sed si quas scripsit, illae perierunt; "et plures aliae sub illius nomine circa medium secundi "Saeculi compositae sunt, ac incaute et absque examine "a Veteribus receptae." Et eodem anno *Joannes Dallaeus*, Libro *De Jejuniis et Quadragesima* tertio, (Daventriae, 1654.) "Totum hoc quod Ignatii nomine circum-"fertur Epistolarum opus supposititium esse, sanctissimo-"que Martyri non paucis post ejus mortem annis falso et "per fraudem adscriptum fuisse, tam evidentibus patet "documentis, ut mirum sit, hanc imposturam homines "eruditissimos tam diu latere potuisse;" et de Sex illis, quas Usserius voluit esse vere Ignatianas, "Sed quod "magni Viri pace dictum sit, ne istae quidem, quas ille "publicavit, a meliori quam caeterae manu esse videntur."

Interim tamen non est omittendum, nobilem in Theologia Criticum, *Joannem Morinum*, collatis diversis Editionibus ex Augustano et Florentino Codicibus depromptis, in aliam plane diversam maximeque mirandam sententiam incidisse. "Antiqua," inquit, "Ignatianarum Epistola-"rum Editio genuinum textum nobis exhibet, nova vero "mancum et interpolatum."

Samuel autem *Bochartus*, vir doctissimus, in ingenti opere, *Hierozoico*, Epistolam ad Romanos, Eusebio visam, probatam, atque defloratam, non ante Constantini Imperatoris aevum scriptam fuisse, asserere non dubitavit.

Tandem *Joannes Dallaeus*, Theologus e Gallia celeberrimus, plurimisque in hoc praesertim genere controversiarum elaboratis operibus notissimus, non contentus iis quae de manifesta impostura obiter, Libro *de Jejuniis*, monuerat, et in novam plane sententiam de aetate Impostoris delapsus, miraque suae conjecturae dulcedine captus, controversiam hanc magna animi contentione redintegravit, et grandi volumine adversus omnes quarumcumque S. Ignatii Epistolarum defensores late disputavit. Sub ejus enim

nomine prodierunt "De Scriptis quae sub Dionysii Areo-"pagitae, et Ignatii Antiocheni nominibus circumferuntur, "Libri Duo: quibus demonstratur," uti praefert Titulus, "illa subdititia esse, diu post Martyrum, quibus falso "tribuuntur, obitum ficta." (Gen. 1666.)

Et quidem de indubitata suppositione scriptorum Dionysii Areopagitae Dallaeo plane assentitur Pearsonus; idque putat ante Dallaeum, Sirmondum, Petavium, Launoyum, Morinum, aliosque, vel ipsis Pontificiis persuasisse. Sed de aetate Auctoris, qui ea scripsit et Areopagitae supposuit, quicunque fuit, ab eo prorsus dissentit.

De Ignatio duplicem Dallaeus proponit quaestionem, quarum prima haec est, "An omnes Epistolae, quae sub "ejus nomine circumferuntur, ejusdem sint parentis?" Hanc negat; neque Pearsonus affirmat, aut de ea litem movet. Secunda quaestio est, "An earum Epistolarum, "quae sunt ab Eusebio et Hieronymo memoratae, vere "auctor sit vir sanctissimus Ignatius, qui anno Trajani "undecimo Martyrium Romae fecit?" Hanc ille pariter negat: Pearsonus nullo modo negandum putat, et omni asseveratione potius affirmat.

I. Scripsisse aliquas Epistolas, non negat Dallaeus; et ne talis ipsi affingatur sententia, summopere cavet.

II. Epistolas eas, quas nunc habemus in Editionibus Usserii et Vossii ab assumentis liberas, easdem omnino esse, quas habuit Eusebius, cum Blondello suo fatetur Dallaeus.

III. Epistolas illas, quas habuit Eusebius, ab Ignatio scriptas fuisse negat; ab Impostore aliquo fictas et suppositas affirmat. Impostorem illum, non circa medium secundi saeculi, ut Albertinus; non sub Antonino vel M. Aurelio, ut Salmasius; non statim post Clementis Alexandrini dormitionem, sive centum ab Ignatii morte annis, ut Blondellus; sed praecipiti tertio saeculo Epistolas effinxisse, et opus effictum in lucem exiisse circa tertii saeculi finem, vel quarti initia, hariolatur.

IV. De numero Epistolarum quae Eusebio memoratae sunt, aliquando dubitat Dallaeus, easque *Sex Septemve*

saepe nominat; ex vulgari, scilicet, opinione Septem, ex singulari Usserii sententia Sex: aliquando numerum satis confidenter assignat, et Sex tantum asserit. "Quod "vero," inquit, "vulgo putant quandam ab Eusebio me-"morari seorsum ad Polycarpum scriptam, doctissimus "Usserius hanc non diversam, sed unam et eandem "revera cum Epistola quae est ad Smyrnaeos, ab Eusebio "intelligi, et acutissime conjicit, et ex Hieronymo de-"monstrat. Et hanc merito ab Epistolarum ab Eusebio "dictarum censu expungendam colligit; numeratque inter "eas, quas nondum Eusebii et Hieronymi temporibus "exstitisse validissime probat." Hanc igitur Epistolam ad Polycarpum ab alio Impostore sub quinto saeculo fictam putat.

Pearsonus vero nec priorem, nec posteriorem hujus Epistolae Fictorem agnoscit; et inter Septem Eusebio memoratas, et a se defendendas omnino numerandam censet: easdem omnes in Polycarpiana *συναγωγῇ* collectas, Epistolae ejus, in conventu Asiae per aliquot saecula publice lectae, subjunctas, et a S. Martyre conscriptas fuisse asseveranter contendit. Sententiam Dallaei de Impostore primo, Sex Epistolas post ducentos ab Ignatii martyrio annos in lucem proferente, et secundo, illam ad Polycarpum post ducentos etiam alios parturiente, figmentum, imo portentum esse judicat.

Pro tribus Usserii, quatuor diversas Ignatii editiones olim obtinuisse statuit. Prima fuit germana, Epistolarum tantum septem; a Polycarpo edita, et ipsius Epistolae ad Philippenses subjecta, Irenaeo, Theophilo, Origeni, Eusebio, Athanasio, Chrysostomo, Hieronymo, Theodoreto, Gelasio, Ephraimo, Antiocho cognita. Secunda fuit earundem Epistolarum Septem, sed interpolata: qualis in suo [n] exemplari Graeco MS. exstat, Stephano Gobaro,

[n] Habeo exemplar MS. Graecum, mihi a Viro docto et Antiquitatum curioso communicatum, cum assumentis diu post Eusebium imo et Gelasium factis, Epistolas hoc ordine repræsentans.

Πρὸς Τραλλησίους Α.

Πρὸς Μαγνησίους Β.

Anastasio Patriarchae Antiocheno, et Chronici Alexandrini consarcinatori conspecta. Tertia editio fuit, ex Septem genuinis, et Quatuor fictis seu supposititiis conflata; qualis in Mediceo Codice, et Interprete Usseriano comparet, Joanni Damasceno, et Antonio usurpata. Quarta denique fuit, ex Septem interpolatis et Quinque supposititiis constans, addita scilicet Epistola ad Philippenses, postremo loco ficta; qualis in Augustano Codice et Nydprucciano repraesentatur, et a vulgato Interprete redditur, Anastasio Presbytero, et Adoni Viennensi visa.

Dissertationem Dallaei totam, quanta quanta est, ad examen vocavit, rationes momento suo ponderavit, singula quae Ecclesiae SS. Patres ullo modo spectant excussit, omnia quae auctoritatem S. Ignatii confirmare possint exposuit, quae labefactare videantur, refellit et refutavit. Ita fidem suam perfecte liberans, hisce verbis praestitam, "Cum magna diligentia usus sit vir doctissimus, ut nihil "ageret; ego non minori mihi utendum putavi, ut eum "nihil egisse omnibus appareat." Vindiciarum Partis 1mae. Cap. 6.

EX ALIORUM SCRIPTIS EXCERPTA.

[*J. E. Grabii: in Spic. Patr.* ii. p. 56.]—Et sane id omnibus apparet, nisi praejudicio quodam praepeditis metuque, ne, si S. Martyris Epistolas admittant, una cum iis sacrum Episcopalem Ordinem, quem semel citra necessitatem temere abjecerunt, et adhuc recusant, admittere teneantur, a S. Apostolis, et proinde ab ipso Spiritu S. institutum. Hunc enim Ecclesiasticae dignitatis apicem in omni Epistola laudat B. Martyr, huic omnes in Ecclesia subjectos esse vult, imo sine hoc ne quidem Ecclesiam dicendam autumat: sine hoc nullam Eucharistiam, quin nullum Sacramentum ratum, nullum cultum Deo placitum

Πρὸς Φιλαδελφεῖς Γ.
Πρὸς Σμυρναίους Δ.
Πρὸς Πολύκαρπον ἐπίσκοπον Σμύρνης Ε.
Πρὸς Ἐφεσίους Ϛ.
Πρὸς Ῥωμαίους Ζ.

PEARSON.

esse pronuntiat. Quicunque igitur Episcopali, ac omni forte, ordine carent, eorum omnino interest, ut S. Ignatii Epistolas impugnare haud desistant. Atque hinc factum, ut Anonymus quidam, quem jam constat *Matthaeum de la Roque* fuisse, Pearsonianas Vindicias ad examen revocare aggressus sit. "Sed," ut Johannes Clericus bene notat[o], "illarum rerum periti, utroque opere diligenter perlecto, "negarunt eruditum illum virum ulla ratione Pearsonii "argumenta labefactasse." Erat aliquando Grabio animus, exceptiones LaRoquanias peculiari scripto discutere; verum cum id partim a doctissimo Georgio Bullo, in Defensione Fidei Nicaenae, [Sect. iii. C. i. §. 10. sqq.] partim a Nicolao le Nourry, Tom. i. Apparatus ad Bibliothecam Maximam Patrum, aliisque factum vidisset, a proposito destitit.

[*J. Clerici, in Dissert. de Epp. Ignatianis. Patt. Apost.* ii. p. 501. *Amst.* 1724.]—Vir autem doctissimus *Gulielmus Whiston*, cum videret circumferri duo Ignatianarum Epistolarum Exemplaria, de quibus copiose egerat Vir longe eruditissimus Jac. Usserius Armachanus, et quorum quidem alterum brevius genuinum judicaverat, alterum vero longius, ut interpolatum, damnarat; existimavit sibi contra posterius quasi genuinum defendendum, eo quod multa in eo legantur quae Arianis dogmatibus manifesto favent; alterum vero repudiandum quasi ab Athanasiano quodam mutilatum. Quod si contra contigisset, ut in breviore Editione fuisset Arianismus, cujus nullum in longiore fuisset vestigium; continuo hanc νοθείας insimulasset, illam vero γνησιότητος titulo honestasset. Neque haec mera est divinatio: cum enim Vir clarissimus, apud se, Arianismum esse doctrinam Evangelicam statuisset, et contrariam Athanasianam; necesse pene erat eam praeferri Editionem Viri Apostolici, quae consentanea doctrinae videatur, quam ipse probasset.

[*Wottoni in Praef. Clementis R. Epp. Editionis Cantab.* 1718.]—Whistonus pro effraena, quodcunque illi libuerit,

o In Praef. Patt. Apost. vol. ii.

scribendi licentia, acriter contendit Epistolas Interpolatas, dudum a literato totoque pene Christiano orbe rejectas, veras esse ac authenticas S. Ignatii Epistolas; easque, quas ex celeberrimo Codice Mediceo edidit Isaacus Vossius, &c. esse Epitomen ab Athanasio, vel Marcello, vel alio aliquo aetatis illius viro, male confectam, ac Christianae Ecclesiae obtrusam. * * * * * Quae vero ab eo dicuntur, facile reducuntur ad Stylum vel dicendi methodum, Materiamque et internos characteres, atque externa Testimonia, viz. Patrum citationes, vel eorum, quae frequentius in Antiquiorum scriptis occurrunt, allusiones ad Ignatii Epistolas.

De Stylo autem Breviorum Epistolarum queritur, quod parum Graecus est; et quod plures his Epistolis insunt sententiae, quas si ad probatas Graece scribendi regulas exigamus, necessum est ut agnoscamus Ignatium ea non scripsisse. Quam futilis vero et nullius ponderis sit haec objectio, facile constabit, siquis ad illud animum suum advertat, S. Martyrem Syrum fuisse, non Graecum; adeo ut nemo jure miretur, si saepius apud eum frustra quaerat Graecae Linguae idioma. Et ut, quod ego sentio, dicam; si solae exstarent Epistolae Interpolatae, mihi non levis suspicio exoriretur contra earum authentiam, quod dicendi modus, verborum ordo ac methodus, ac tota denique Syntaxis, nimis Graeca sint; redoleantque magis Quartum, quo Epitomen hanc, uti vocat, confectam fuisse vult, quam Primum Ecclesiae saeculum, ac Graecum potius quam Syrum gente ac origine sua referant. E contra vero Breviorum Epistolarum stylus, dicendi methodus, sententiarum ac verborum ordo et Syntaxis apprime, multoque magis quam Interpolatarum, primaevae simplicitati rudi ac incultae, Syrorum genio, moribusque, et dicendi consuetudini, ipsique Ignatio, qui Martyrii zelo accensus totus ardebat, convenire videntur: adeo ut, siquid argumenti duci possit ex stylo, a nostra parte id omne sit; dum contendimus Breviores esse vere Genuinas et Authenticas. Nobiscum autem senserunt, qui de stylo optime judicarunt, et in rebus Criticis maxime versati fuerunt, Usserius,

Pearsonus, Cotelerius, Ludovicus Dupin, et Tillemontius, caeterique, qui ad haec animos suos unquam adverterunt: neque aliter sensisset ipse, si eas accessisset vacuus praejudiciis; aut aliquid de lingua, dicendi modo, moribusque Syrorum veterum aut hodiernorum Maronitarum novisset.

Quod ad Materiam; Ignatio optime conveniunt ea omnia, quae in Brevioribus Epistolis habentur; in quibus non est aliqua temporis violatio, nullaeque in iis condemnantur Haereses, nisi quas eo tempore invaluisse vel saltem ortas fuisse certo novimus, qualia fuerunt impia Judaizantium ac τῶν Δοκητῶν dogmata; non alius de Doctrinis Fidei Christianae dicendi mos inducitur, nisi qui invaluit in initio.—At in Interpolatis ubique nobis occurrunt haud immanifesta falsitatis indicia. Ut autem illud praetermittam, quod in iis citantur *Constitutiones*, quas eo tempore non exstitisse certo constat; adeo prope accedunt, quod ad Stylum ac Materiam in iis quae interpolata leguntur, ad Epistolas, quae licet Ignatio tribuuntur, Ignatii tamen non sunt, viz. Epist. ad Heronem, ad Philippenses, et ad Antiochenses, ut eundem Authorem videantur referre. His sane desunt tum Interni Characteres, dum ea in iis leguntur, quae neque Ignatio, neque saeculo ei, quo eas scripsisse dicitur, ullo modo conveniunt; tum Externa Testimonia, quum nemo Veterum sit, qui eas vel citat vel memorat, aut ad illas semel alludat: quod unum sufficit ad elevandam earum authoritatem ac authentiam.

Quod ad Internos Epistolarum B. Ignatii Characteres; Epistolae Breviores ubique loquuntur Sanctum Martyrem, plenum pietate, ac zelo vere Christiano exuberantem; ac in omnibus satis respondent tum Eusebianae tum Polycarpianae earum descriptioni. At multo aliter cum Interpolatis comparatum fuit, nisi iis in locis, ubi non discedunt ab Epistolis Brevioribus. Praeterea si totam orationis seriem ac texturam harum Epistolarum accurate examinemus, facile sentiemus Breviores verum esse Sancti Martyris foetum: hae enim nihil habent cum Epitome commune; dum omnia in iis probe cohaereant, eademque

sit ubique per totas Epistolas facies orationis: in Interpolatis vero facile, quae sunt Interpolatoris, a veris et genuinis secernuntur, siquis singulas earum partes critico acumine perpendat. Quae enim a Mediceo Codice non agnoscuntur, ipsa se produnt, assumenta esse aliunde petita, quae vel explicationis causa adduntur, vel more paraphrastico dicuntur; aut denique sunt sententiae quaedam, quae cum contextu male cohaerent; dum alium a Beati Martyris stylum ubique, neque raro alias doctrinas referant.

Experitur vero quid possit ad evertendam Laurentianae Bibliothecae Codicis fidem et authentiam; nimis enim Orthodoxae sunt Epistolae Ignatii, sicut ab illo Codice exhibentur, quam ut eas ferat, qui aetate nostra Arii Haeresim olim profligatam renovare, ac successus felices ausus est sibi promittere. Plures igitur sententiolas selegit, in quas dictaturam suam ac criticam artem exerceret: quarum plurimae sanae sunt, nonnullae vero vel manu medica, vel alio, eoque iis in locis emendatiore Codice egent: neque mirum est rem ita se habere; cum unus tantum sit, quantum nos scimus, Codex Manuscriptus Graecus, neque plures duobus Latinis, ad quos eas exigamus.

Quod si ab Internis utriusque Sylloges, tum Medicei Codicis tum aliorum Characteribus, ad Externa Testimonia nos ipsos conferamus, non minus facient pro authoritate ac authentia Medicei Codicis, quam Stylus, Materia, et Interni Characteres. Ut enim illud praetermittam, quod mihi sane maximi momenti esse videtur, quum plusquam duplo Interpolatae Genuinarum Epistolarum magnitudinem excedant; quod ne una est citatio intra quingentos a Christo annos, quae in Brevioribus non hodie pene totidem verbis reperitur; fieri enim vix potuit, si longiores essent verae et in initio agnitae, quin plura citarint Sancti Patres ex Ignatio, quae in iis solis habentur: Testimonia S. Athanasii, Theodoreti, ac Gelasii a nostris partibus esse, facile concedit; Eusebium vero, ac Hieronymum, velint, nolint, ad suas trahere conatur; quid autem hac in re

praestiterit, postea videbimus: neque tam levis momenti esse illorum authoritatem existimamus, licet ipsi aliter visum fuerit, ut non credamus eam plurimum conferre ad confirmandam authentiam ac veritatem Medicei Codicis, probi cum fuerint ac satis perspicaces viri, quorum testimonium minime rejiciendum est, cum sint testes idonei hac in re, qui neque ipsi facile fallerentur, neque alios nisi inviti fallerent, eorum autem authoritatem ulterius confirmat mutua illorum consensio; dum in iisdem locis citandis optime inter se ac cum Mediceo Codice conveniunt.—Quod ad citationes Eusebii et B. Hieronymi, quicquid ipsi, cum sit praejudiciis totus occupatus, visum fuerit, tantum abest, quin authentiam Breviorum Epistolarum imminuant, ut eam multum confirment. In hujusmodi enim examine instituendo, ex quo judicium feratur de duobus scriptis, quum utrumque verum esse ac authenticum prae se ferat, non tantum ad numerum discrepantium lectionum oportet attendamus; sed et insuper cogitemus, cujus sint momenti, vel ad confirmandam, vel ad elevandam scripti alicujus authentiam. Male igitur ab hoc Authore instituitur calculus suus, qui numerum potius quam pondus eorum, quibus utraque Epistolarum Sylloge ab Eusebio discrepat in iis, quae ab ipso ex Ignatio citantur, aestimandum censet; quum siqua forte in re Majores Epistolae cum Eusebio melius conveniant, levis ac nullius fere momenti sit discrepantia inter Majores ac Minores Epistolas, quaeque facile ex diversis Codd. Manuscriptis earundem Epistolarum oriri potuit; quod inita comparatione satis constabit: Hieronymus vero in his citandis melius cum Mediceo Codice convenit iis in locis, ubi Eusebius ac Majores Epistolae consentiunt inter se, dum paullulum discrepent a Minoribus Epistolis. At dum in levioribus inter se convenire videntur, quae nihili fere sunt, Eusebius et Epistolae Interpolatae, in re sane maximi momenti inter se discrepant, in qua tamen Eusebius cum Epistolis Brevioribus optime convenit; quod cuivis videre est ex noto illo ac celebri loco ex Ep. ad

Smyrnaeos [§. 3.] citato, in quo citando pene ad verbum consentiunt inter se et cum Mediceo Codice Eusebius, Hieronymus, ac Theodoretus; dum singuli plurimum dissentiant a caeteris codicibus, nisi, qui Mediceum sequuntur, Manuscriptis Coll. Gonv. et Caii ac Montacutii.—De Allusionibus Sanctorum Patrum ad Epistolas B. Ignatii hoc unum dicendum puto; quod ne una est per quingentos a Christo annos, quae non aeque cum Epistolis Brevioribus ac cum Interpolatis convenit; ea enim in quibus contendit allusionem esse ad Epistolas Ignatii, aut praecipue respiciunt Epistolas Breviores, aut ad Ignatium non pertinere videntur, aut nihil sunt ad rem.

Hactenus Excerpta Russeliana.

BARATERIUS, *Dissert.* i. *de Const. Apost.* p. 232. novam sententiam proferebat, utramque scilicet Epistolarum editionem authenticam esse. "Ignatius," inquit, "singulis "Ecclesiis Epistolas illas scripsit, quas hodie ampliores "habemus et interpolatas vocamus. Deinde ubi Poly-"carpus eum rogaret de Epistolis suis secum communi-"candis, Ignatius, qui earum exemplaria non habebat, vel "ex memoria, vel ex primo quodam et nondum digesto "conceptu, a quodam suorum illas describi curavit, quae "hodie breviores exstant. Has Polycarpus collegit, et "hae notiores erant."

Contra, J. E. C. SCHMIDTIUS a. 1795. singulari commentatione *Versuch über die gedoppelte Recension der Briefe des Ignatius* inscripta, quae prodiit in Henkii *Magazin für Religions Philosophie, Exegese und Kirchengeschichte*, probare conatus est, nec longiorem nec breviorem harum Epistolarum recensionem opus esse Ignatii. "Idem tamen "vir doctissimus," ut verbis Jani van Gilse[p] utar, "deinde

[p] In Commentatione de Patrum Apostolicorum Doctrina Morali, quam, cum duabus aliis ejusdem argumenti legas in *Annal. Acad. Lugd. Bat.* 1832, 3.

"sententiam suam ita mutavit, ut jam septem Ignatii "Epistolas, e breviore recensione, si a nonnullis serioris "temporis additamentis discedas, genuinas et veras Ignatii "esse Epistolas contra Semlerum defendere haud dubitaverit. (Cf. *Observationen über die Ignazischen Briefe* in "*der Bibliothek für Kritik und Exegese des N. T. und* "*älteste Kirchengeschichte*. I. 463. sq. *Versuch über den* "*Ursprung der Katholischen Kirche*. ib. II. i. p. 1. *über* "*den Kanon des Ignatius*. III. p. 299. sq.) Haud ita "multum ab hoc Schmidtii judicio diversa est sententia "Schroeckhii, (*Christl. K. G.* ii. 341. sq.) qui item septem "Epistolas, e breviore recensione genuinas esse censuit, "non tamen ab omni corruptione vacuas, qua, ex ejus "sententia, in primis laboravit Ep. ad Polycarpum scripta; "illam vero Schroeckhii sententiam etiam secutus est "Neander. *K. G.* I. iii. 1107. sq."

Routhius, vir magni in his literis nominis, Praef. ad Reliq. Sacr. p. xxii. an. 1814. monuit Pearsoni crisin, Vindic. Ign. P. i. cap. 7., de duobus locis Ignatii ab Origene prolatis insigniter confirmatam esse a Grabii Schedis MStis, unde Origenis Graeca exhibuit editor Benedictinus. Vid. Opp. iii. pp. 30. et 938.

N. C. Kistius, S. Theologiae in Academia Lugduno-Batava Professor, a. 1830. Dissertationem de origine dignitatis Episcopalis, sermone Belgico conscriptam edidit, in qua obiter quidem sed strenue Recensionis brevioris patrocinium suscepit. Quaestionem ipsam (pace viri hisce in rebus exercitatissimi dixerim) minus feliciter tractavit, eo quod Episcoporum regimen rem plane novam fuisse statuerit, in Ecclesiam non ante ultimum aetatis Ignatii tempus inductam. Dissertationem videas Germanice conversam in Illgenii diario cui titulus *Zeitschrift für die historische Theologie*, II. ii. pp. 47—90. vel seorsim a L. T. Moselero vulgatam, *Münster und Hamm*, 1832. 8. min.

Sententiam Morini et Whistoni paradoxam nuper in lucem revocavit Meierus in commentatione, *über die doppelte Recension der Briefe des Ignatius*, quae prodiit in

diario *Theologische Studien und Kritiken*, a. 1836. pp. 340—382.

Rotheus, S. Theologiae in Academia Vitebergensi Professor, in Appendice ad tom. i. libri inscripti *Die Anfänge der Christlichen Kirche und ihrer Verfassung*, 1837. Recensionem breviorem argumentis ex Epistolarum stylo deductis defendit, et contra Meieri sententiam multa acute disputavit.

S. POLYCARPUS.

τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ γενέσθω.—Eccles. Smyrn. Ep. §.7.

HIERONYMUS, *Lib. de Viris Illustribus, cap.* 17.
Opp. ii. p. 843. ed. Vallars.

POLYCARPUS,[a] Johannis Apostoli discipulus,[b] et ab eo Smyrnae Episcopus ordinatus,[c] totius Asiae princeps [d] fuit. Quippe qui nonnullos Apostolorum, et eorum qui viderant Dominum,[e] magistros habuerit, et viderit. Hic propter quasdam super die Paschae quaestiones,[f] sub Imperatore Antonino Pio, Ecclesiam in Urbe regente Aniceto,[g] Romam venit,[h] ubi plurimos credentium, Marcionis [i] et Valentini persuasione deceptos, reduxit ad fidem.[k] Quumque ei fortuito obviam fuisset Marcion,[l] et diceret: *Cognosce nos:* Respondit: *Cognosco primogenitum diaboli.*[m] Postea vero,[n] regnante M. Antonino et L. Aurelio Commodo, quarta post Neronem persecutione, Smyrnae,[o] sedente Proconsule, et universo populo in amphitheatro adversus eum personante,

igni traditus est.[p] Scripsit ad Philippenses[q] valde utilem Epistolam,[r] quae usque hodie[s] in Asiae conventu[t] legitur.

[a] *POLYCARPUS*] Polycarpum Angelum esse illum Ecclesiae Smyrnensis, ad quem Christus scribi jubet, Apoc. ii. 9, 10. perhibent Halloixius in Vita Polyc. Scriptt. Eccles. Orient. i. 488, 9. et Usserius; asseclas nacti Ittigium, Dissert. de Patt. Apost. 289. et Wall. *History of Infant Baptism*, i. 81.

[b] *Johannis Apostoli discipulus*] Irenaeus, Fragm. Epist. ad Florinum, Opp. p. 340. ed. Massuet. Routh. Script. Eccl. Opusc. i. p. 32. *Αἱ γὰρ ἐκ παίδων μαθήσεις συναύξουσαι τῇ ψυχῇ, ἑνοῦνται αὐτῇ· ὥστε με δύνασθαι εἰπεῖν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος διελέγετο ὁ μακάριος Πολύκαρπος, καὶ τὰς προόδους αὐτοῦ καὶ τὰς εἰσόδους καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν, καὶ τὰς διαλέξεις ἃς ἐποιεῖτο πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν μετὰ Ἰωάννου συναναστροφὴν, ὡς ἀπήγγελλε καὶ τὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν ἑωρακότων τὸν Κύριον, καὶ ὡς ἀπεμνημόνευε τοὺς λόγους αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου τίνα ἦν ἃ παρ' ἐκείνων ἀκηκόει· καὶ περὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ, καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας, ὡς παρὰ τῶν αὐτοπτῶν τῆς ζωῆς τοῦ λόγου παρειληφὼς ὁ Πολύκαρπος, ἀπήγγελλε πάντα σύμφωνα ταῖς γραφαῖς.*

[c] *Episcopus ordinatus,*] Irenaeus, III. iii. 4. p. 176. ed. Massuet. *ὑπὸ ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ, ἐπίσκοπος.* Tertullianus, de Praescript. Haeret. 32. p. 213. ed. Rigalt. "Caeterum, si quae audent interserere se aetati Apo-"stolicae, ut ideo videantur ab Apostolis traditae, quia sub "Apostolis fuerunt, possumus dicere: Edant ergo origines Ec-"clesiarum suarum: evolvant ordinem Episcoporum suorum, "ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille "episcopus aliquem ex Apostolis vel Apostolicis viris, qui tamen "cum Apostolis perseveraverit, habuerit auctorem et anteces-"sorem. Hoc enim modo Ecclesiae Apostolicae census suos "deferunt: sicut Smyrnaeorum Ecclesia Polycarpum ab Johanne "conlocatum refert; sicut Romanorum, Clementem a Petro "ordinatum itidem."

Secundum a primo Bucolo Polycarpum Smyrnaeorum Episcopum collocant Suidas, (Πολύκαρπος), et Menaea Graecorum. Aliter autem legimus in Const. Apost. vii. 46. *Σμύρνης δὲ Ἀρίστων πρῶτος, μεθ' ὃν Στραταίας ὁ Λωΐδος, καὶ τρίτος Ἀρίστων.*

[d] *Asiae princeps*] Vide sis infra, p. 592. l. 3. atque ibi notata.

[e] *qui viderant Dominum*] Irenaeus, l. c. Καὶ Πολύκαρπὸς δὲ οὐ μόνον ὑπὸ Ἀποστόλων μαθητευθεὶς, καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν.

[f] *super die Paschae quaestiones*] Irenaeus, in Fragm. Epistolae ad Victorem Papam Romae. Opp. 341. ed. Massuet. Cf. Euseb. H. E. v. 24. Καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρήνευσαν, περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλεριστήσαντες ἑαυτούς. Οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ λοιπῶν Ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα· οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι· καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων, καὶ τῶν τηρούντων, καὶ τῶν μὴ τηρούντων.

Asiatici Christiani, ut Moshemii verbis utar, Pascha suum 14[a] luna primi mensis Judaeorum, eodem nimirum tempore, quo Judaei agnum paschalem comedebant, celebrabant ideoque jejunium magnae hebdomadis interrumpebant. Ejus autem consuetudinis auctores, se Philippum et Johannem Apostolos habere dicebant. Reliqui vero Christiani, tam in Asia, quam in Europa et Africa, nefas esse ducebant magnae hebdomadis jejunium ante diem, qui memoriae in vitam redeuntis Servatoris sacer erat, solvere, et idcirco coenam paschalem in noctem diem festum Christo in vitam revocato, dicatum praecedentem differebant. Atque hunc morem Romani maxime Christiani a Petro et Paulo se accepisse perhibebant. Vid. Comment. de Rebus Christ. p. 435.

[g] *Aniceto*] Juxta Pearsoni et Dodwelli calculum, ex Eutychio haustum, Pontificatum iniit anno 142. CAVIUS.

[h] *Romam venit*] Annum, quo Romam venerit Polycarpus, definire non datur. Clericus, Hist. Eccl. p. 672. statuit A.D. 152. Pagius, ad Baron. ann. 167. et Pearsonus, Opp. Posth. p. 278. statuunt A.D. 158. Schroeckius, *K. G.* iii. p. 56. A.D. 160. Cum Pagio stant Ruchatus, et Burtonus, *Lectures*, ii. 121., Chronici Alexandrini et Fastorum Siculorum auctoritate nixi. Neander autem, *K. G.* I. ii. 343. iter Polycarpi ad A.D. 162. trahit.

[i] *Marcionis*] Marcionem, a B. Johanne Evangelista et a presbyteris de civitate Ephesi fugatum, Romae haeresim suam seminasse tradit Philastrius, Lib. de Haeresibus, §. 17. Bibl. Vett. Patt. Colon. 1618. tom. iv. p. 601.

[k] *reduxit ad fidem.*] Irenaeus, III. iii. 4. Μαρτυροῦσιν τούτοις αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι, καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν Πολύκαρπον, πόλλῳ ἀξιοπιστότερον καὶ βεβαιότερον ἀληθείας μάρτυρα ὄντα Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ τῶν λοιπῶν κακογνωμόνων. Ὃς καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ, πολλοὺς ἀπὸ τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἐπέστρεψεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, μίαν καὶ μόνην ταύτην ἀλήθειαν κηρύξας ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων παρειληφέναι, τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην.

[l] *obviam fuisset Marcion*] Irenaeus, III. iii. 4. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Πολύκαρπος, Μαρκίωνι ποτὲ εἰς ὄψιν αὐτῷ ἐλθόντι, καὶ φήσαντι, Ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς; ἀπεκρίθη· Ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ.

[m] *primogenitum diaboli.*] Non quod aetate alios Haereticos antecederet, sed malitia, erroribus, et pravissimis consiliis. Nam Diabolum inter Deum et Christum collocabat. Deum invisibilem, Christum visibilem et conditorem asserebat, Diabolum vero utriusque naturae et virtutum esse participem. Scripturas interpolabat, adulterabat, et errores erroribus cumulabat. Adeo ut in Lege, Prophetis, Evangelio, nihil intactum relinqueret, omniaque illius blasphemas et temerarias manus experiebantur, ut videre est apud Epiphanium, Haeresi xlii. Sed ea praecipua de causa mihi videtur vocatus a Polycarpo primogenitus Diaboli, quia negabat Christum in carne venisse. LEMOYNIUS, Var. Sacr. ii. 454.

Geminum est quod in Epist. ad Philippenses, §. 7. legitur. Vide sis infra, p. 500. l. 8. Cf. quae de Polycarpo, haereseos oppugnatore acerrimo, habet Irenaeus, in Fragm. Epist. ad Florinum, Opp. p. 340. ed. Massuet. apud Euseb. H. E. v. 20. et Routh. Opusc. i. 32. καὶ δύναμαι διαμαρτύρασθαι ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, ὅτι εἴ τι τοιοῦτον ἀκηκόει ἐκεῖνος ὁ μακάριος καὶ ἀποστολικὸς πρεσβύτερος, ἀνακράξας ἂν καὶ ἐμφράξας τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸ σύνηθες αὐτῷ εἰπών· Ὦ καλὲ Θεέ, εἰς οἵους με καιροὺς τετήρηκας, ἵνα τούτων ἀνέχωμαι! πεφεύγοι ἂν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος ἢ ἑστὼς τῶν τοιούτων ἀκηκόει λόγων.

[n] *Postea vero*] Irenaeus, III. iii. 4. ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ, ἐπιπολὺ γὰρ παρέμεινε· καὶ πάνυ γηραλέος, ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας, ἐξῆλθε τοῦ βίου.

[o] *Smyrnae*] Sepulchrum S. Polycarpi, quod in latere montis versus Euroaustrum adhuc conservatur, Graeci, die festo ipsius memoriae consecrato, pro more qui apud ipsos obtinet et fere a tempore ipsius martyrii obtinuit, solenniter invisunt. Situm est in quadam aedicula, Ecclesiae forte sacello, alii per quam illuc transeundum est contigua. SMITH. Septem Asiae Ecclesiarum Notitia. p. 53. 1694.

[p] *igni traditus est.*] Polycarpum anno 147. passum esse vult Pearsonus, de Successione, &c. Diss. II. capp. xiv—xx. quem sequuntur Dodwellus, Diss. ad Irenaeum. p. 382. Diss. Cypr. p. 40. Venema, Hist. Eccl. Saec. ii. §. 13. Cavius, Hist. Lit. i. p. 44. Lardnerus, *Credibility*, in ed. 2da. Juxta Baraterium, de Successione, p. 201. Polycarpi martyrium referri debet ad A.D. 161.; juxta Norrisium, et Tillemont. *Mémoires*, ii. 328. ad annum 166.; juxta Scaliger. ad Euseb. Chron. p. 221. ed. 1658. Valesium, in nott. ad Eusebium, et Gieseler. *K. G.* i. p. 124. ad annum 167.; juxta Guerickium, *K. G.* i. pp. 73, et 170. et Schulthessium, Symbol. ad internam Criticem Libb. Canon. i. p. 3. ad annum 168. Baronius, Le Nourrius, Diss. de Epistola S. Polycarpi, §. 9. Groddeckius, in Diss. peculiari de anno et die Passionis S. Polycarpi, Gedani. 1704. cum Usserio, statuunt Polycarpum martyrio coronatum fuisse A. D. 169. Petitum si audias, Polycarpi passio ad annum 175. pertinet. Basnagius in annum 178. mortem ejus confert.

[q] *Scripsit ad Philippenses*] De authentia hujus Epistolae dubitavere Centuriatores Magdeburgenses, [Cent. ii. cap. 10.] Dallaeus, [de Script. Dionys. et Ignat. ii. 32.] et maxime Semlerus, ad Baumgarten. *Untersuchung theologischer Streitigkeiten*, ii. p. 36. sq. adsentiente Röslero, *Bibliothek der Kirchenväter*. P. i. p. 93. sq. Additamentum quod in Photii Cod. cxxvi. deprehenditur, bene quadrare cum iis quae cap. 9. leguntur, monuit Danzius, p. 123. not. 24. Nostra aetate, praeeunte Du Pinio, Basnagio, Cavio, Ittigio, authentia Epistolae certior facta est. Cf. LeMoyne, Var. Sacr. i. p. 62. sq. Moshem. Comment. p. 162. Tillemont. *Mémoires*, ii. p. 327. sq. Fabric. Bibl. Graec. iv. p. 46. sq. HEINICHEN. Addas omnino Lückium, *Commentar über die Briefe des Evangelisten Johannes*. pp. 3, 4.

[r] *valde utilem Epistolam*] Ἔγραψεν ἐπιστολὴν πρὸς Φιλιππησίους πάνυ θαυμαστήν. Suidas (Πολύκαρπος).

Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη

ἱκανωτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας δύνανται μαθεῖν. Irenaeus, III. iii. 4.

[s] *usque hodie*] Vide sis supra p. xvii.

[t] *in Asiae conventu*] Quem Asiae conventum intelligat, difficulter cognoscitur. Sophronius reddit: ἐν τῇ Ἀσιάνῃ συνόδῳ. Constat igitur, non esse sermonem de conventibus Christianorum quotidianis, sed de notabili quodam totius Asiaticae gentis conventu. De provinciis Romanorum, ex Plinii libro X. epistolis 60, 103, et aliunde, novimus, quod diem illum, quo imperatores ad reipublicae gubernacula admoti essent, quotannis magna religione ludisque ac spectaculis celebraverint, praeeunte videlicet provinciae praefecto, quem sequebantur milites ac legati civitatum, quos provinciales vocant Trajanus et Plinius. Hunc morem in Asia obtinuisse dubitari non potest; credoque hunc conventum ab Aurelio Antonino, libro IV. Eusebii, cap. 13., κοινὸν τῆς Ἀσίας, *commune Asiae* appellari; ut et Valesius sentit in notis ad illum Eusebii locum. Hunc quotannis conveniendi morem in Asia retentum fuisse arbitror, quum jam Christiani imperassent, adeoque κοινὸν Ἀσίας, *commune Asiae*, hic indigitari ab Hieronymo. In conventu enim illo Christianos primo omnium de religione consultare decebat, ac praelegere acta martyrum, praecipue vero epistolam sui primarii episcopi, Polycarpi, ut gentiles, convenientium multitudine, ardore, ac zelo, inducerentur ad amplectendam doctrinam salutarem; tum etiam ut Christiani confirmarentur admirando Polycarpi monumento, ac praepararentur ad sustinendas persecutiones, si quae forte, ut Juliani tempore, supervenissent. Intelligo autem conventum Asiae proconsularis, non Asiae, quae tertiam orbis terrarum partem notat. E. S. CYPRIANUS.

INDEX EDITIONUM

FABRICIO-HARLESIANO AUCTIOR.

I. CLEMENTIS ROMANI.

1633. *Oxonii.* 4.

Clementis Romani Epistolas typis primus omnium consignandas curavit PATRICIUS JUNIUS (*Young*), Scoto-Britannus, Collegii Novi olim Capellanus, tunc vero temporis Bibliothecae Regiae Curator, cui scilicet concreditus est Codex Alexandrinus, quem a. 1628, per Thomam Roe, equitem auratum, apud Turcarum Imperatorem Angliae Regis legatum, dono ad Carolum I. transmisit Cyrillus Lucaris, primum in Alexandria, postea in Constantinopoli Ecclesiae Graecae Patriarcha.

Ex hoc Codice vetustissimo Graeca Clementis literis quadratis exscribenda esse primo judicaverat Junius. Postea vero priorem Epistolam edidit addita versione Latina, notisque illustratam. Syllabas et voces deperditas, et literas vetustate exesas, spatiis accuratissime, ut ipsemet in Praefatione profitetur, dimensis, supplevit, et minio rubro signatas expressit, ut a germano Clementis textu dignosci possent.

Ad calcem libri subjecit Epistolae posterioris reliquias Graece tantum, neque notis illustratas neque interpretatione donatas; nulla cura ad lacunarum supplementa distinguenda adhibita.

1637. Iterata est haec editio.

1650. *Londini.* 8. min.

FRANCISCUS ROUS, Collegii Etonensis Praepositus, in libro inscripto *Mella Patrum, nempe Omnium, quorum per prima nascentis et patientis Ecclesiae tria saecula, usque ad Pacem sub Constantino divinitus datam, scripta prodierunt, atque adhuc minus dubiae Fidei supersunt*, versionem Junianam Epistolae prioris exhibuit, pp. 1—11. hinc inde pro arbitrio decurtatam, locis S. Scriptorum quae profert Clemens tantum non omnibus omissis.

1654. *Helmestadii.* 4.

Curante JOACH. JO. MADERO recusa est Juniana editio, nisi quod lacunae non minio rubro sed minoribus literis notarentur.

Praemisit nonnulla quibus γνησιότης Epistolarum praecipue contra Voetium, Theologiae in Academia Ultrajectina Professorem, adstruitur. Testimoniis a Junio prolatis accedunt Grotii, G. J. Vossii, Blondelli, et Conringii de his Clementis Epistolis judicia. Loco Παροραμάτων Junii, pagina integra erratis referta ad calcem voluminis conspicitur.

1669. *Oxoniae.* 12. *A. et L. Lichfield.*

JOHANNES FELL, Aedis Christi Decanus, Episcopus Oxoniensis, "non librum adeo quam strenam medi-"tatus," editionem Junii, quoad Epistolam priorem, denuo repraesentavit.

Versionem hinc inde correxit, veterum testimonia, et notas breves subjecit. Quae in Cod. Alex. desiderata in Junii editione minio distincta erant, in unam tabellam sive syllabum ad calcem voluminis congessit.

1677. *Oxoniae.* 12. *E Theatro Sheldoniano.*

In hac editione secunda, quae priori praenitet, ea quae Junius minio distinxerat uncinulis includuntur. Capitum distinctionem Cotelerianam adhibuit Fellus, Praefationem castigavit, Epistolam posteriorem, et Indicem locorum S. S. quae a Clemente laudantur addidit.

1671. *Parisiis.* fol.

PHILIP. LABBEUS et GABR. COSSARTIUS, Soc. Jesu Presbyteri, in tomo primo *S. S. Conciliorum ad Regiam Editionem Exactorum*, pp. 116—192. utramque Clementis Epistolam inseruerunt, priorem quidem cum versione et notis Junii, posteriorem autem cum versione Vendelini, et ejusdem de Clementis atque Epistolarum tempore Divinatione.

1672. *Parisiis.* fol.

Jo. BAPT. COTELERIUS, Societatis Sorbonicae Theologus, in tomo priore *SS. Patrum qui temporibus Apostolicis floruerunt*, textum Clementis primus in capita sive sectiones instituto utilissimo distinxit, versionem novam exhibuit, pp. 91—125. notasque de suo ad calcem voluminis addidit pp. 81—112.

1698. *Antverpiae.* fol. Tom. ii.

Jo. CLERICUS Genevensis, in urbe Amstelodamensi Philosophiae et SS. Literarum inter Arminianos Professor, editionem Cotelerianam recudendam curavit, adjectis Junii, Felli, Colomesii, suisque notis; nonnullis quoque interspersis quae editionis prioris orae manu adleverat Edvardus Bernard, S. T. P. Astronomiae apud Oxonienses Praelector Savilianus, cujus nomen reticebat Clericus.

Testimoniis Veterum a Cotelerio prolatis subjectae sunt Epistolae VV. DD. e Maderi libro, necnon ipsius Maderi Praefatio.

1724. *Amstelaedami.* fol. Tom. ii.

Editionem iteravit Clericus.

Russelio et Gallandio mirum jure videbatur ne minimam quidem mentionem a Clerico factam fuisse editionis Wottonianae, quam ad manum habuisse vel ex eo constat, quod selectiores Boisii adnotationes a Wottono primum editas in hanc Amstelodamensem editionem transtulerit. Neque igitur ignorabat Clericus Wottonum notulis Bernardi, inciviliter forsitan et iniquius aliqua ex parte habitis, respondisse, ipsumque Clericum idemtidem haud immerito castigasse.

In hac editione, praeter alia additamenta ad Voluminis secundi calcem, Gulielmi (non Henrici) Burton, Boisii, et Davisii in utramque Epistolam animadversiones, notasque suas adjecit Clericus, unde non parum incommodi lectori affertur, quippe cui Epistolae in tomo primo sunt legendae, Notaeque in secundo perpetuo quaerendae.

1687.* *Londini.* 8. min.

Paulus Colomesius, Sancroftio Archiepiscopo Cantuariensi Bibliothecarius, Epistolam utramque edidit, cum versione Coteleriana priori, alteri Vendeliana apposita, atque notulis paucis. Praemittitur Vendelini de Clementis tempore Divinatio. Subjiciuntur Thomae Brunonis de Therapeutis Philonis Dissertatio, et fasciculus epistolarum singularum a variis viris doctis scriptarum.

1694. *Londini.* Repetitionem hujus editionis nesciebant Fabricius et Harlesius.

1699. *Lipsiae.* 8 min.

Thomas Ittigius, in *Bibliotheca Patrum Apostolicorum Graeco-Latina,* utramque Clementis Epistolam dedit, ex editione Colomesii, cum notarum ejus Spicilegio, et versione Coteleriana.

Praemisit eruditam de Patribus Apostolicis Dissertationem.

1718. *Cantabrigiae.* 8. *Typis Academicis.*

Henricus Wotton, e Coll. S. Johan. Evang. A. M. MStum de novo contulit, quem, cum unicus esset Codex, praeterquam in abbreviationibus usitatioribus, usque ad literam secutus est, ubi a vulgari ratione discedit. Textum, plurimis in locis a Junio parum recte descriptum, integritati suae restituit. Notas, quibus partim Bernardi objectionibus respondetur, partim

* Cum autem jam ab anno 1633. toties istae Clementis Epistolae prodierint, mirari subit, eas nonnullis incognitas mansisse. Exemplo esto Johannes Palatius, qui A. C. 1687. Gesta Pontificum Romanorum edidit, et in notis ad gesta Clementis duas Clementis Epistolas commemorari, sed non exstare dicit: tom. i. p. 26. ITTIGIUS.

citationes ex S. S. cum LXX. Intt. aliisque optimae notae versionibus, necnon veritate Hebraica conferuntur, infra posuit: Adnotationes Junii, Cotelerii, et Boisii* non antehac editas, ad finem adjecit. Praefixae sunt Praefatio, pp. ccviii. de Usu Patrum, praecipue Apostolicorum, ac Dissertationes duae, altera de Divinitus instituto Clero, de Unitate Ecclesiae altera.

Hujus editionis accuratissimae exemplaria pauca charta majori sunt impressa.

1721. *Parisiis.* fol.

PETRUS COUSTANTIUS, Presbyter et Monachus Ord. S. Benedicti e Congregatione S. Mauri, in *Epistolarum Pontificum Romanorum* &c. tomo primo, (eodemque ultimo,) recensionem Coteleriananı presse secutus est, notis paucis perutilibus adjectis. Reliquiae Clementinae paginas sibi vindicant 9—50.

1742. *Basileae.* 8.

JOH. LUDOV. FREY, S. Theol. Prof. Basiliensis, textum ex editione Ittigiana expressit, sed ita ut ad alias castigatas editiones, praecipue ad primam illam a Junio excusam perpetuo respiceret. Versione Latina in priore Epistola usus est Ittigiana: alteri versionem Godof. Vendelini adjunxit.

Wottoniani libri exemplar primum obtinuit Freyius cum epistola prior typis jam esset descripta, ut proinde posteriori tantummodo editoris Cantabrigiensis curae prodesse potuerint.

"Qualemcunque tamen," ut verbis Gallandii utar, "hujus editionis Freyanae, alioqui satis nitidae, defec-

* Joannes Boisius, postea Canonicus Eliensis, unus e Theologis qui Regis Jacobi I. auspiciis S. Bibliorum versionem vernaculam emendaverunt, a Savilio, in Chrysostomi editione adornanda, in operis societatem ascitus est. Defensionem Versionis Vulgatae conscripsit sub hoc titulo, *Veteris Interpretis cum Beza aliisque recentioribus collatio.* Lond. 8. 1655. Septuagenario, ut ipse profitetur, jam proximus, jussu Johannis Williams Episcopi Lincolniensis, notis illustravit apographum quoddam Epistolarum Clementinarum vitiis refertum; quod inde constat, quod non tantum eas mendas quae a Junio praeter MSti fidem exhibentur conatus sit emendare, sed et multas alias, quae recte se habent in editione Juniana.

"tum supplere annisus est vir eruditus ANTONIUS BIR-"RIUS in *publico specimine* itidem Basileae, anno 1744. "edito, atque conjecturis haud poenitendis ad textum "Clementinum editionis Wottonianae ulterius adhuc "detergendum referto."

1746. *Londini.* 8.

RICARDUS RUSSEL, A. M. editionem Wottonianam prae caeteris sibi sequendam duxit in *S. S. Patrum Apostolicorum, Barnabae, Hermae, Clementis, Ignatii, Polycarpi, Operibus Genuinis*, tom. ii.

Textui Graeco Epistolae prioris, in pagina sinistra cum variantibus lectionibus collocato, ex adverso respondet Versio Coteleriana; quibus minore charactere subjicitur Juniana, a cl. Fello recensita, cum Wottonianis variationibus in margine positis. Infra ordine subjiciuntur variorum animadversiones. Alterius Epistolae interpretationem Cotelerianam tantum exhibuit. Ad calcem voluminis primi pleraque subjecit adnotata, e cel. Millii apographo accurate ad Cod. Alex. fidem exacto descripta; quae quidem adnotata Wottonum praetermisisse jure miratur Gallandius, Proleg. p. xii.

Hujus editionis exstat censura in Act. Nov. Erud. Lips. a. 1749. mens. Octob.

1765. *Venetiis.* fol.

ANDREAS GALLANDIUS, Presbyter Congreg. Oratorii Venet. in tomo primo, pp. 1—47. operis amplissimi atque elaboratissimi, *Bibliothecae Vett. Patrum antiquorumque Scriptorum Ecclesiasticorum*, Clementis reliquias typis consignavit, Versionem Cotelerianam, quam utrique Epistolae adjecit, passim ubi textus reformati ratio id suadebat, immutavit.

Animadversionibus Variorum et suis textui subjectis immiscuit Gallandius emendationes Antonii Birrii, supra memoratas. Contenta hujus Bibliothecae, secundum tomos xiv. digesta, exhibent Walchius, Bibl. Patrist. p. 217. ed. Danz. et Dowlingius, Notit. Script. SS. Patt. p. 192. Tomo xiii. qui a. 1779. e prelo evasit, immortuus est editor.

1788. *Fuldae*. 8.

CONRADUS EBERTH priorem Epistolam edidit, cujus librum quum ipsi mihi inspicere non licuerit, statim pergo ad

1796. *Gottingae*. 8.

C. T. G. SCHOENEMANNUM, qui Coustantii librum denuo edidit. Interpretationem Latinam identidem, rarius tamen quam a Gallandio factum erat, correxit, notasque paucas interspersit.

1828. *Hafniae*. 4. *typis J. H. Schultz, Aulae et Universitatis Typographi*.

CL. FR. HORNEMANNUS, Theol. D. et Prof. Havn. C.O.D. in particula primi libri, *Scripta Genuina Graeca Patrum Apostolicorum* inscripti, non sine dedecore ipsius et typographi sui, priorem Epistolam, nova interpretatione donatam, evulgavit.

Plura qui cupit adeat Rettigii censuram, in *Theologische Studien und Kritiken*, 1830. p. 920.

1839. *Tubingae*. 8.

CAR. JOS. HEFELE, Theol. D. ejusdemque in Acad. Tubing. Prof. P. Extr. in libro *Patrum Apostolicorum Opera* inscripto, ad fidem editionis Wottonianae textum utriusque Clementinae Epistolae, cum notulis, excudendum curavit, pp. 29—76.

VERSIONES ANGLICAE.

1647. *Londini*. 4.

GULIELMUS BURTON, Epistolam priorem vertit, annotationesque uberrimas adjecit.

1693. *Londini*. 8.

GULIELMUS WAKE, postea Archiepiscopus Cantuariensis, Epistolae utriusque versionem edidit, una cum Barnabae, Ignatii, et Polycarpi Epistolis, atque Hermae Pastore.

Iterum *Lond.* 1710, 1719, 1737; *Mancunii*, 1799; *Lond.* 1817, 1833; et 1838, Clementis, Ignatii, et Polycarpi reliquias sec. versionem Wakii exhibuit EDV. BICKERSTETH, in libro inscripto, *The Christian Fathers of the first and second Centuries.*

1768. *Aberdoniae.* 12.

"The First Epistle of Clemens Romanus to the "Church at Corinth."

Interpres anonymus conversionem suam a Wakiana hoc differre profitetur, quod verbum pro verbo reddiderit, neque Clementi vim intulerit ut ex ejus Epistola argumenta peteret quibus Ecclesiae Anglicanae disciplinam defenderet.

1833. *Cantabrigiae.* 8.

TEMPLË CHEVALLIER S. T. B. Epistolae prioris versionem Wakianam passim castigatam, notulis illustratam, edidit una cum Polycarpi et Ignatii Epistolis, atque Apologiis Justini Martyris et Tertulliani.

VERSIONES GALLICAE.

1717. *Parisiis.* 8. min.

"Ouvrages des S. Pères qui ont vécu du tems des "Apôtres; contenans la Lettre de S. Barnabé, le "Pasteur de S. Hermas, les Lettres de S. Clément, "de S. Ignace, et de S. Polycarpe, avec des notes."

Quae conversio, a Grassio Oratorii sodale facta, exstat quoque in quarto Gallicorum Bibliorum tomo, quae Parisiis eodem anno prodierunt. fol.

1738. *Lugduni Batavorum.* 8. min. Tom. ii.

"Lettres et Monumens de trois Pères Apostoliques. "S. Clément, Évêque de Rome, S. Ignace, Évêque "d'Antioche, S. Polycarpe, Évêque de Smyrne. Avec "la Relation du Martyre des deux derniers. Le tout "traduit fidèlement sur le Texte Original, avec des

"Remarques, et quatre petites Dissertations, par
"ABRAHAM RUCHAT, M. D. S. E. Professeur en Théo-
"logie à Lausanne, et Recteur de l'Académie."

VERSIONES GERMANICAE.

1696. *Francofurti et Lipsiae.* 12.
GODOF. ARNOLD Epistolam priorem edidit una cum Barnabae Epistola.

1711. *Schifbecae prope Hamburgum.* 12. Exstant Epistolae PP. Apostolicorum Germanice ad calcem N. T. editae.

1723. *Hamburgi.* 8.
JO. OTT. GLUSING vertit et notis illustravit in *Briefen und Schriften der Apostolischen Männer.* pp. 1—43.

1817. *Oeniponti.* 8. min. R. UNTERKIRCHER.
"Die echten Schriften der Apostolischen Väter, des
"Clemens von Rom, der MM. Ignaz und Polykarp,
"nebst den echten Martyrgeschichten der zwey letz-
"tern, aus der Grundsprache übersetzt, und mit An-
"merkungen et Bemerkungen versehen."

1825. *Vratislaviae.* 8. EDUARD HERZOG.
"Des heiligen Clemens vom Rom Brief an die Ko-
"rinther, und des heiligen Polykarpus Brief an die
"Philipper. Aus dem Griechischen übersetzt und
"mit den nöthigen Anmerkungen versehen. Nebst
"den Lebensbeschreibungen beider Heiligen."

Belgica versio, referente Sandio, Amstelodami, anno 1646, et iterum 1656, prodiit.

II. IGNATII.

1646. *Amstelodami.* 4.

ISAACUS VOSSIUS, qui, venia Magni Ducis Etruriae impetrata, Bibliothecae Mediceo-Laurentianae recessus intimos penetravit, ex uno superstite Codice Epistolas genuinas sex edidit; septimam autem ad Romanos, e vulgatis antea Epistolarum Interpolatarum editionibus, adjunxit, ope versionis antiquae ab Usserio editae recensitam et castigatam. Interpretationem veterem Latinam addidit, quam, Graeco exemplari propemodum in omnibus respondentem, jam in lucem extulerat Usserius, *Oxon.* 1644.

Subjiciuntur Epistolae Ignatio perperam tributae, pp. 63—114. Epistolae Interpolatae, pp. 115—206. Barnabae Epistola, pp. 207—254. Notae in Epp. Ignatii, pp. 255—306. et Barnabae, 307—318.

1680. *Londini.* 4.

Recusa est haec editio, ita ut pagina paginae responderet. Nihil omissum praeter brevem operis dedicationem. Exstat in Bibliotheca Bodleiana exemplum editionis Vossianae cum scripto codice ab Ant. Biscionio collatum. (D'Orville. X. 2. 5. 13.)

1647. *Londini.* 4.

USSERIUS, in *Appendice Ignatiana*, textum Vossianum recudendum curavit, cum interpretatione nova, postquam Epistolas interpolatas Graece et Latine antea evulgasset, cum eruditis Prolegomenis Annotationibusque et sinceriorum veteri versione. *Oxon.* 1644. 4.

1650. *Londini.* Vid. supra p. lxi.

ROUSIUS, Epp. ad Eph. Magn. Trall. Rom. Philad. et Smyrn. curtatas et truncatas Latine edidit. pp. 13—21.

1672. *Parisiis.* fol. (vid. supra p. lxii.)

Jo. BAPT. COTELERIUS Epistolas genuinas ab adulteratis, utrasque a supposititiis distinctas, inter se et cum antiquis versionibus contulit, interpretatione nova donavit, et annotationibus illustravit.

1698. *Antverpiae.* fol.

Jo. CLERICUS notis Cotelerii, animadversiones Usserii et Vossii, Prolegomena Usserii, necnon Pearsoni Vindicias subjunxit.

1724. *Amstelaedami.* fol.

In hac secunda Editione Clericus textum Ep. ad Romanos et Actorum Martyrii subinde refinxit; eidemque prout sibi libuit immutato suam interpretationem adjecit. Smithi editionem eadem negligentia praeteriit qua in Clemente edendo curas Wottonianas insuper habuerat.

1689. *Parisiis.* 4.

THEODORICUS RUINARTUS, Presbyter et Monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri, ad calcem libri *Acta Primorum Martyrum Sincera et Selecta* inscripti, publici juris fecit Epistolam ad Romanos qualem in Cod. Colbertino invenit, cum nova versione, quum veterem interpretationem jam suo loco in Collectionem ejus inseruerat. pp. 695—708.

1699. *Lipsiae.* 8. min. (vid. supra p. lxiii.)

THOMAS ITTIGIUS Epistolas septem dedit cum Cotelerii versione. Subsequuntur interpretatio antiqua, et Epistolae, tum interpolatae, tum spuriae.

1699. *Oxoniae.* 8. *e Theatro Sheldoniano.*

J. E. GRABIUS, in tomo 2do *Spicilegii Patrum*, Epistolam ad Romanos juxta Ruinarti exemplar verbo tenus exhibuit, variasque lectiones Usserianas in cujusque paginae limbum conjecit. Fragmenta quaedam addidit, cum praefatione de Ignatio et ejus scriptis. pp. 1—26. et 225—230.

1714. *Oxoniae.* 8.

Prodiit editio altera auctior et emendatior.

1708. *Oxonii.* 8. *e Theatro Sheldoniano.*

Carolus Aldrich imprimendum curavit apographum Codicis Medicei ab A. M. Salvinio, Linguae Graecae in Florentino Gymnasio Professore, descriptum. (MS. Bodl. 227.) In margine contextus apposuit conjecturas Salvinii et Vossii; versionem veterem castigavit; versionis margini adlevit citationes Cotelerii; ipsa loca citata in fine libri apposuit. Praemisit Polycarpi ad Philippenses Epistolam: tres etiam pseudepigraphas Ignatii Epistolas quae in Cod. Med. continentur, nempe Mariae Castabalitidis ad Ignatium, Ignatii ad illam responsoria, et tandem Ignatii ad Tarsenses epistola, quae quidem sub finem mutila est, publicandas duxit.

Hujus editionis centum duntaxat exemplaria sunt formulis descripta typographicis. Censuram Smithi videas ad calcem Chronicorum Johannis Glastoniensis ab Hearnio editorum, p. 461. sq. Cf. Act. Erud. Lips. a. 1713. mens. Sept. p. 399. sq.

1709. *Oxonii.* 4. *e Theatro Sheldoniano.*

Thomas Smith, S. T. P. Coll. B. Mariae Magdalenae olim Socius, quum editionem quam Pearsonus, Vindic. Ign. P. ii. cap. 15. p. 203., se adornaturum receperat, mors praevertisset, edendas accepit annotationes ejus posthumas, et schedas Ledgardi complexas varietates lectionis quas olim Florentiae, rogatu Pearsoni, e collatione editionis Vossianae comparaverat.

In ima pagina addidit conjecturas criticas et perbrevia Scholia: apposuit versionem veterem quam Pearsonus in annotationibus suis subinde correxerat: subjunxit Acta Martyrii S. Ignatii, S. Polycarpi ad Philippenses Epistolam, et Ecclesiae Smyrnensis Epistolam de S. Polycarpi Martyrio. Annotationes Pearsoni Ignatianas solum Epistolas spectant; Smithi vero notae Epistolam quoque Polycarpi, et utriusque Acta illustrant.

Hujus libri, quem Christ. Aug. Heumannus, in Act.

Erudit. Lips. a. 1710. mense Maio, recensuit, exemplaria pauca charta majori sunt impressa.

*1711. *Londini.* 8.

GUL. WHISTON, in tomo priore libri cui titulus, *Primitive Christianity revived*, pp. 1—391. utramque recensionem Epistolarum exhibuit. Longiorem ex Usserii editione desumptam nova versione donavit: breviori ex editione Aldrichiana interpretationem Wakii apposuit. Dissertationem praemisit qua probare conatus est Epistolas longiores solas genuinas esse, breviores autem non nisi excerpta ex illis, ab Haereticis Saeculi 4[ti] facta.

1741. *Basileae.* 8. (vid. supra, p. lxiv.)

J. L. FREY. Smithi editionem integram, una cum praefationibus, denuo repraesentavit. Mendas typographicas emendavit, multa loca e veteribus citata, instituta diligenti inquisitione, suis auctoribus restituit, aut correxit. Antiquas versiones ad finem cujusque scripti rejecit, ad latus textus Graeci novam aliquam, ut in Ignatianis Cotelerianam, subinde emendatam apposuit.

1746. *Londini.* 8. (Vid. supra p. lxv.)

RIC. RUSSEL, A. M. contextum Graecum ex omnium Editionum collatione emendatum, una cum variis lectionibus in sinistris paginis exhibuit, cui in dextris Interpres Vetus respondet: Cotelerii versione utrique subjecta, in cujus locum in Ep. ad Romanos versio Clerici substituitur; inferius positis Usserii, Vossii, Cotelerii, Clericique notis, quibus Pearsoni et Smithi annotationes sunt insertae.

Leguntur etiam Epistolae longiores, tum spuriae tum interpolatae, cum variantibus lectionibus, vetere vulgato Interprete, item Cotelerii versione, ejusdemque ut et Usserii annotationibus subjectis: necnon

* Anno 1710. Whistonus emisit libellum peculiarem, *An Essay on the Epistles of Ignatius;* cui respondit J. Edwards, S. T. P. in libro inscripto, *Some brief Observations and Reflections on Mr. Whiston's late Writings, falsely intitled* Primitive Christianity revived.

S. Ignatii Martyrium, cum Smithi praefatione, versione antiqua Graecis obverse collocata, et Clerici interpretatione.

1765. *Venetiis.* fol. (Vid. supra p. lxv.)
GALLANDIUS, tomo i. pp. 243—303. *Bibl. Vett. Patt.* Epistolas genuinas ex ed. Smithiana inseruit, una cum Fragmentis et Actis Martyrii. Epistolarum textui duplicem apposuit utrinque versionem, alteram quidem Int. Vet. alteram Cotelerii. Actorum Graecis similiter utraque ex parte adest Int. Vet. et versio Ruinarti. Observationes, e Pearsoni, Smithi, aliorumque notis, subjiciendas contexerat eadem ferme ratione qua ad Clementis Epp. usus erat; verum casu vel typothetarum incuria omissae sunt.

1821. *Halae.* 8. min. *In Libraria Orphanotrophei.*
JOH. CAR. THILO, in usum Praelectionum Academicarum, Vossii textum omnino immutatum typis repetendum curavit, et lectionis diversitatem ex Ittigii delectu adscripsit. Collationem praemisit eorum quibus Smithi recensio a Vossiana differt.

1829. *Hafniae.* 4.
C. F. HORNEMANNUS, in particula secunda libri supra, p. lxii. memorati, Epp. ad Romanos, et ad Polycarpum edidit e recensione longiore, Epp. ad Ephesios, Smyrnaeos, Trallianos e recensione breviore, omnes interpretatione nova donatas; Epistolis ad Magnesianos et Philadelphenos penitus omissis.

1839. *Tubingae.* 8. (Vid. supra, p. lxvi.)
CAR. JOS. HEFELE, textui ad Gallandii fere mentem exhibito, notulas quasdam, partim suas, partim e Cotelerio et Vossio desumptas subdidit pp. 77—116.

VERSIONES ANGLICAE.

1693. WAKIUS, (vid. supra, p. lxvi.)

1708. *Edini.* 8. min.
ROB. CALDER. "The Genuine Epistles of S. Ignatius, translated into English by W. Wake, D.D. as also a Vindication of them by L. E. Du Pin. To which is added, A short Answer to Mr. W. Jameson's *Nazianzeni Querela*, where he impugns the authority of the foresaid Epistles."

1827. *Brighton.* 8.
W. K. CLEMENTSON, M. A. "The Epistles of Ignatius and Polycarp, &c. A new translation, with an Appendix containing notes, in which the leading arguments of Mr. Cobbett's History of the Reformation are refuted, and the fundamental doctrines of the Church of Rome proved to be contrary to the Holy Scriptures," &c. &c.

1833. CHEVALLIER. (vid. supra, p. lxvii.)

VERSIONES GALLICAE.

1717. *Parisiis.* 8. min.
1738. *Lugduni Batavorum.* 8. min.
} Vid. supra, p. lxvii.

VERSIONES GERMANICAE.

1578. *Gorlicii Lusatiorum.* 8. M. MOLLER.

1696.
1711.
1723.
1817.
} Vid. supra, p. lxviii.

1829. *Tubingae.* 8.

M. J. Wocher. "Die Briefe des heiligen Ignatius "von Antiochien. Neu übersetzt und erklärt."

1799. *Venetiis.* 8.

Giambattista Gallicioli emisit versionem Italicam Epistolarum septem genuinarum, atque Actorum Martyrii.

III. POLYCARPI.

1498. *Parisiis.*

Epistolam ad Philippenses primus Jacobus Faber Stapulensis Latine vulgavit, una cum undecim Ignatii Epistolis et Pseudo-Dionysii Scriptis.

Saepius inde cum iisdem recusa est: *Argentinae,* 1502. *Basileae,* 1520. *Coloniae,* 1536.

1550. In *Micropresbytico Basiliensi* legitur, p. 27.

1633. *Duaci.* fol.

Graece primus extulit Petrus Halloixius in *Illustrium Orientalis Ecclesiae Scriptorum Vitis et Documentis.* tom. i. pp. 525—532. e Jacobi Sirmondi exemplari, quod ille e Turriani codice descripserat.

1644. *Oxoniae.* 4. (vid. supra, p. lxix.)

Usserius, aliud nactus exemplar quod ex Andreae Schotti apographo manu sua descriptum cum Isaaco Vossio communicaverat Salmasius, hoc cum edito Halloixiano contulit, atque interpolatis Ignatii Epistolis Polycarpianam cum vetere Interprete praemisit, annotationibus suis notulisque Pat. Junii illustratam.

Ecclesiae Smyrnensis de Martyrio Polycarpi Epistolam edidit Usserius, *Londini,* 1647. 4.

1650. (Vid. supra, p. lxi.) Rousius capita 1, 2, 7, 8. Epistolae exhibet. p. 12.

1653. *Helmestadii.* 4. (Vide supra, p. lxi.)
JOACH. JO. MADERS Epistolam seorsim edidit una cum Martyrio, et tam veterum quam recentiorum testimoniis; suas in Martyrium, Usserii et Pat. Junii in Epistolam notas adjecit. Martyrii Graeca ex Euseb. H. E. iv. 15. ed. Rob. Steph. *Paris.* 1544. desumpsit, versionem ex ed. Lat. Grynaei Basiliensi.

1672. *Parisiis.* fol. (Vid. supra, pp. lxii, lxx.)
J. B. COTELERIUS in tomo secundo *Patrum Apostolicorum* novam versionem suam notasque, et veteri versioni itidem notas addidit.

1698. *Antverpiae.* fol.
J. CLERICUS Usserii et Pat. Junii notas Coterianis adjunctas et singulis paginis substratas exhibuit.

1724. *Amstelaedami.* fol. iterum.

1685. *Lugduni Batavorum.* 4.
STEPHANUS LEMOYNE, inter *Varia Sacra*, cum Versione antiqua, tom. i. pp. 1—10. notisque et observationibus. ii. pp. 1—524.

1694. Iterum.

1690. *Lipsiae.* 8. min. (Vid. supra, pp. lxiii, lxx.) ITTIGIUS Epistolam et Fragmenta edidit, pp. 369—390. quibus Martyrium adjunxit, pp. 392—430.

1708. *Oxonii.* 8. *E Theatro Sheldoniano.* (Vid. supra, p. lxxi.) ALDRICHIUS Epistolam Polycarpi Ignatianis praemisit.

1709. *Oxonii.* 4. *E Theatro Sheldoniano.*
SMITHUS Ignatianis Epp. subjecit. Ad Martyrium in ima pagina apposuit variationes paucas Cod. Vindob. quas exhibet Lambecius in Catalogo.

1741. *Basileae.* 8. (Vid. supra, pp. lxiv, lxxii.) FREYIUS recudendam curavit editionem Smithianam.

1746. *Londini.* 8. (Vid. supra, pp. lxv, lxxii.) RIC. RUSSEL. inter *S. S. Patrum Apost. Opera Genuina.*

1765. *Venetiis.* fol. (Vid. supra, pp. lxv, lxxiii.) GALLANDIUS Smithum secutus est, adjectis quinque fragmentis.

1829. *Hafniae.* 4. (Vid. supra, pp. lxvi, lxxiii.) HORNEMANNUS in Particula secunda, pp. 2—16.

1832. *Oxonii.* 8. *E Typographeo Academico.*
M. J. ROUTHIUS, S.T.P. inter Scriptorum Ecclesiasticorum Opuscula, i. pp. 1—28. testimonia praemisit, textum recensuit, notis aliorum et suis illustravit.

1839. *Tubingae.* 8. (Vid. supra, p. lxvi.) HEFELIUS Gallandium secutus est. pp. 117—124.

VERSIONES.

1677. *Londini.*
Polycarpi Epistolam *Anglice* conversam exhibet CAVAEUS, *Lives of the Primitive Fathers*, i. p. 126.

1693.} Epistolam et Martyrium WAKIUS et CHEVALLIER.
1833.} Vid. supra, pp. lxvi, lxvii.

1827. Epistolam seorsim CLEMENTSON. Vid. p. lxxiv.

1776. *Edini.* 8. min.
DALRYMPLIUS, (Dominus de Hailes) Martyrii novam interpretationem dedit, notis illustratam, in tomo primo libri cui titulus, *Remains of Christian Antiquity.*

Gallice, 1717. GRASSIUS. } Vid. supra, p. lxvii.
1738. RUCHATUS. }

Germanice, 1592. MOLLER.
1701. *Bremae.* 4. Anon.
1772. *Basileae.*
1774. *Augustae Vindelicorum.* 8.
1817. UNTERKIRCHER. } Vid. supra, p. lxviii.
1825. HERZOGIUS. }

S. CLEMENS.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α.

Praemissa salutatione [Ἡ ἐκκλη]σία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα [Ῥώμην,]

1. ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ] Istius ἐπιγραφῆς præter ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Α. ne verbum quidem exhibet Codex Alexandrinus. Cotelerius, quem sequitur Russelius, de suo dedit Τοῦ ἁγίου Κλημέντος τοῦ Ῥώμης Ἐπισκόπου Ἐπιστολὴ πρὸς Κορινθίους πρώτη, ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας γραφεῖσα.

4. Ἡ ἐκκλησία] Miseret me doctorum virorum, quod odio Catholicae veritatis, studioque vanae haereseos adducti, existiment per hanc superscriptionem adjuvari errorem suum, quo Episcopis coaequant Presbyteros. Quia 'nulla peculiaris vel scribentis mentio, vel Cleri Romani praerogativa, vel Corinthiaci Presbyterii a plebe discretio appareat, sed omnes ad omnes confertim scribant.' Blondellus, Apol. pro Sentent. Hieronymi de Episc. et Presb. p. 9. At si recte ex principiis suis voluissent argumentari, concludere oportebat, idem jus fuisse Laicis, ac Presbyteris et Episcopis; atque hoc modo deterrimum rerum statum invehere, ἀναρχίαν, adversus quam Clemens tota pugnat Epistola. Praeclara vero hac ratiocinatione conficietur, ut Paulus, quia scribit Epistolas una cum Sosthene, Timotheo, Silvano, et fratribus universis, majorem non obtinuerit, quam ultimus Christianorum, in Ecclesiae regimine, auctoritatem. COTEL. Irenaeus III. iii. [3. p. 176. ed. Bened.] *ab Ecclesia quae est Romae* scriptam hanc Epistolam dicit, [sic quoque Clemens Alex. Strom. v. 12. p. 693. ed. Potter. ἀλλὰ κἂν τῇ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολῇ] licet caeteri Clementem ejus scriptorem fuisse sentiant. Maluit autem Clemens Ecclesiae suae quam proprio eam nomine inscribere: vel quia tum Praesules nihil sine Ecclesiae suae concilio agere solerent, ut Cyprianus de se nominatim, Ep. 5. ad Clerum suum, [Ep. 14. ed. Fell.] memoravit his verbis, 'Solus rescribere non potui: quando a primordio Episcopatus mei statuerim, nihil sine consilio vestro et consensu

S. CLEMENTIS

EPISTOLA AD CORINTHIOS I.

DEI Ecclesia, quae Romae peregrinatur, Ecclesiae

'plebis, mea privatim sententia, gerere:' vel etiam ne proprias partes tueri videretur, si ubi restauranda erat apud Corinthios ecclesiasticis viris competens dignitas atque reverentia, aut ipse solus, aut cum eo Clerus sine plebe Ecclesiam illam alloqueretur. Postulabat praeterea recta ratio, ut si quidem prius Corinthii non ad Clementem unum, sed ad Romanos scripserant, Romanorum nomine Clemens, non proprio rescriberet. COUST. Eo tempore, nulla quidem fuit Romanae Ecclesiae in Corinthiam potestas; nec res Christiana eo in statu erat, ut posset ullus Episcopus in alium jus adsumere, qui paris esset ordinis. Sed nihil vetat, quamvis unus caeteris praeesset, singulari quodam jure, eum tamen auctoritatem dissimulasse; ne qui in superiorem potestatem Corinthi consurrexerunt, putarent rem agi τῶν ἡγουμένων, non ipsius Ecclesiae; atque ipsum Romanae Ecclesiae corpus id probare, quod factum erat Corinthi, quidquid de eo Ecclesiae ἡγούμενοι sentirent. Haec causa videtur fuisse, cur Ecclesia scriberet ad Ecclesiam, omissis Rectorum nominibus, quicumque essent. CLER. Vide sis Thomam Rennell in libello cui titulus, *Proofs of Inspiration, or the Grounds of Distinction between the New Testament and the Apocryphal Volume.* Lond. 1822. p. 58.

4. ἡ παροικοῦσα] Dionysius τῆς ἐν Κορίνθῳ παροικίας, Philippus τῆς Γορτυναίων παροικίας, Episcopi perhibentur; utrobique regiones omnes istis matricibus ecclesiis, et eidem episcopali curae subjectae, intelligendae veniunt. Priscis siquidem temporibus, idem fere erat *Paroecia,* quod nunc *Dioecesis* diceretur. Sic Can. xviii. Concil. Ancyrani: [A.D. 358.] εἴ τινες ἐπίσκοποι κατασταθέντες, καὶ μὴ δεχθέντες ὑπὸ παροικίας ἐκείνης εἰς ἣν ὠνομάσθησαν, ἑτέραις βούλοιντο παροικίαις εἰσιέναι, καὶ βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας, καὶ στάσεις κινεῖν κατ' αὐτῶν, τούτους ἀφορίζεσθαι. Frustra itaque sunt

τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ πα[ροικοῦ]σῃ Κόρινθον, κλητοῖς, ἡγι[ασμέν]οις ἐν θελήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ [Κυρίου ἡμ]ῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· [Χάρις ὑ]μῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντο[κράτ]ορος Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

laudat Corinthiorum pietatem, fi-

Α΄. [Διὰ τὰς] αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους [γενομ]ένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ [περ]ιπτώσεις, ἀδελφοί,

ii, qui, ex plurium Presbyterorum hac in Epistola mentione, rem hierarchicam concidisse autumant, et Presbyteranae ἰσοτιμίας imaginem et typum exhiberi gloriantur. FELL. Minus feliciter Cotelerius, *Ecclesia Dei quae incolit Romam.* Infra Ep. II. §. 5. καταλείψαντες τὴν παροικίαν τοῦ κοσμοῦ τούτου. In Inscript. Ep. Polycarpi ad Philipp. τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ Φιλίππους. Et in Inscript. Ep. Circularis Ecclesiae Smyrnensis, Ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ. Comparandus quoque Epistolae ad Diognetum auctor, a Fello indicatus, Πατρίδας ἔχουσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι κ. τ. λ. Vita humana a Sacris Scriptoribus peregrinationis habitu frequentius sistitur, e. g. Ps. xxxix. 12. 1 Pet. i. 17. ii. 11. Sic Hermas, Past. III. i. 1. 'Scitis vos, Domini servos 'in *peregrinatione morari?*' Tertullianus, Apol. §. 1. 'Scit '(Religio Christiana) se *pere-* '*grinam* in terris agere,' &c. Augustin. de Civ. Dei, I. Praef. 'inter impios *peregrinatur* ex 'fide vivens.' De voce παροικεῖν, omnia more suo, h. e. ὅλῳ τῷ θυλάκῳ, congessit LeMoynius, Var. Sacr. tom. ii. pp. 48—61. Consulendi omnino sunt Suicerus in voc. et Valesius ad Eusebium. H. E. i. 1. Lineam primam usque ad hanc vocem παροικοῦσα literis miniatis exhibet Cod. MStus.

1. τῇ ἐκκλησίᾳ—Κόρινθον] Rectissime statuit eruditissimus Junius, "Veteres primitivae Ecclesiae Episcopos, quos viva voce propter locorum distantiam erudire non poterant, per epistolas monere, consulere, objurgare, interdum et universam fraternitatem alloqui et hortari non desiisse." At non solum singulares personae, aut ecclesiarum praefecti, sed tota ecclesiarum universitas hoc ipsum praestabat. Sic Smyrnensis ecclesiae, sic etiam ecclesiae Viennae et Lugduni Galliarum Epistolae apud Eusebium occurrunt [H. E. iv. 15. v. 1–3.] Adeo non singularis exempli res est praesentis epistolae formula, ecclesiae Romanae nomine perscriptae. FELL.

ib. τῇ παροικούσῃ] Articulus, quem ex ingenio reposuerat Boisius, deest in edd. ante Wotton. necnon in Russelii libro.

3. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη] Sic in cunctis Epistolis Paulinis, ad

Dei, quae Corinthi peregrinatur, vocatis, sanctificatis voluntate Divina, per Dominum nostrum Jesum Christum: Gratia vobis et pax ab omnipotente Deo per Jesum Christum multiplicetur.

I. Propter subitas ac sibi invicem succedentes calamitates et casus adversos, qui nobis acciderunt,

Ecclesias inscriptis, necnon in Ep. ad Philemonem. Cum Timotheum et Titum salutat, ἔλεος quoque apprecatur Apostolus. Optimo jure monet Wottonus sententiam, quocumque modo legatur, cum πληθυνθείη claudi. Caeteri, si Gallandium excipias, Junio praeeunte, legunt...πληθυνθείη [ἐφ' ὑ]μῶν ἰδίους καὶ ἐπ' ἀλλήλους...adeo ut finita salutatione Epistola incipiat cum Διὰ γενομένας κ. τ. λ.

6. Διὰ τὰς αἰφνιδίους] Ad hanc lectionem, proculdubio veram, quam proxime conjectando accessit ὁ πάνυ Pearsonus, Vindic. Ignat. Part. ii. cap. 3. cujus conjecturam, a Colomesio probatam, in contextum recepit Wottonus. Literae autem illae duae vel tres, quas, damno hoc in loco Codici MSto casu vel vetustate illato, se vix dignoscere potuisse questus est Editor Cantabrigiensis, mihi saepius, et summa qua potui cura, Codicem inspicienti, oculis nudis et armatis, manifeste tandem visae sunt Α Ι Φ; et certissime Cod. MS. totam vocem ΑΙΦΝΗΔΙΟΥΣ usque adhuc exhibet, Η pro Ι posito, quae quidem frequens est mutatio. Neque vero casu aut tempore tantum laborat Codex Alexandrinus. Hic et alibi paginas vel totas vel ex parte gallis tinctoriis olim oblevit nescio quis, vana spe literas vetustate fere exesas revocandi adductus.

ib. ἐπαλλήλους] *repeated*, Chevallier. De hac voce audiendus cl. Hermannus ad Sophocl. Antig. 57. 'Propria verbi significatio ea postulat intelligi, 'quae sibi invicem accedunt. 'Primus fortasse usus est hac 'voce Sophocles. Unde non 'mirum, si, ut solent rariora, 'recentioribus demum frequentari coepta est, translata ad 'crebram iterationem.' Cf. Euseb. H. E. i. 8. ταῖς κατὰ τὸν οἶκον ἐπαλλήλοις ἠμαύρωσε συμφοραῖς. Longin. de Subl. xx. 3. τὴν διάνοιαν τῶν δικαστῶν τῇ ἐπαλλήλῳ πλήττει φορᾷ.

7. συμφορὰς καὶ περιπτώσεις,] De tempore harum calamitatum, satis sit ex acervo sententiarum a viris doctis prolatarum nonnullas breviter recensere. Et primum quidem falsus est Gulielmus Burton in eo quod putaverit universam Antiquitatem de tempore quo haec scripta fuerit epistola prorsus tacuisse; scriptor enim omnium antiquissimus, Hegesippus, diserte posuit dissentionem Corinthiacam intra quinque ultimos Domitiani imperii annos, [scil. A. D. 92—96.] uti testatur Eusebius, H. E. iii. 15, 16. Baronius, qui si eundem Clementis nostri interpretem audias, haud ullam opinionis

dem, et εὐταξίαν, quæ ante natum schisma obtinuerint.

βράδιον [νομ]ίζομεν ἐπιστροφὴν πεποιη[κέν]αι περὶ τῶν ἐπιζητουμένων [πα]ρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπητοί, τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ ξένης τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου στάσεως, ἣν ὀλίγα πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας

suae rationem dignatus est proferre, testimonium Hegesippi adducit ad annum 95. 1. quod scriptionem hujus epistolae ad annum duodecimum Domitiani refert. Junius, cum ex hisce verbis, tum etiam ex eo quod Clemens habet de S. Petri martyrio, conjicit, fuisse hanc epistolam Corinthum missam eo tempore quo Clemens exilio mulctatus fuerat, circa initium Trajani, aut non multo post, et duobus quidem annis vel circiter ante ejus martyrium. At ne dicamus fabulam meram esse totam illam Symeonis Metaphrastae narrationem de exilio et martyrio Clementis, licet certe cum Clerico quaerere, 'Quis credat, Clementem exsulantem, nomine Ecclesiae cui praefuerat, epistolam scripsisse; cum multo commodius ab iis, qui Romae erant, scribi posset? An credibile etiam est Clementem exsilii sui ne minimam quidem mentionem facturum fuisse?' Dodwellus, cum quo faciunt tum Pagius tum Orsius, calamitates istas ad Neronis tempora retrahit, in Dissertatione Posteriore adjecta Operibus Posthumis Pearsoni, p. 219. sq. In eamdem sententiam concesserunt Wottonus, Freyius, et Gallandius, atque hanc epistolam Neroniana persecutione desinente, stante adhuc Templo Hierosolymitano, nempe circa Aerae vulgaris annum 68 a Clemente scriptam fuisse censent. Quibus rationibus nitatur haec sententia videas apud Wotton. Praef. ad Clem. p. cciii. sq. vel apud Galland. Prolegom. ad Biblioth. Patt. p. xix.

1. βράδιον] Ita legendum viderunt Mill. et Wott. Cod. MS. exhibet ΒΡΑΔΕΙΟΝ, quod ita corrigunt Clericus et Birrius, βραδεῖαν . . . hoc scilicet sensu, *seram nos adversionem* (animi) *fecisse intelligimus.*

ib. νομίζομεν] Legit Junius δυσοίζομεν, satis incommode proculdubio, poeticum cum sit vocabulum, nec usquam nisi apud Poetas, raroque apud ipsos occurrat. Ο ante Ι, vel saltem vestigium aliquod τοῦ Ο, MS. Cod. accuratioribus oculis intuenti visum fuisse adfirmat. Quam accurate hoc in loco MS. Cod. sit intuitus, ipse nescio: mihi quam accurate eum inspicienti nihil hujusmodi visum fuit, neque Millio, qui et ipse contulit, et in suo Codice hoc in loco observavit: 'Imo vero in MSto Cod. neutiquam certo deprehendas Ο, sed obscurum nescio quid, quod aeque sit pars literae Μ: certe in voce νομίζομεν postea Μ et Ο parum admodum differunt,

tardius, fratres, nosmetipsos convertisse existimamus ad ea, quae fuerunt quaesita a vobis, dilecti, et seditionem impiam ac detestandam, inter vos ortam, Deique electis peregrinam et alienam, quam pauci homines temerarii et audaces in tantum insolentiae

'ita ut facile credam ex vestigio 'literae, quod occurrit, collato 'cum M in voce νομίζομεν p. 35. 'ed. Junianae [§. 26.] etiam et 'hic legi debere νομίζομεν.' Grabius etiam in suo Cod. reposuit νομίζομεν; nullus igitur dubito, quin legendum sit νομίζομεν. WOTT. ἀναγκαζόμεθα mavult Boisius. νομίζομεν, quam vocem et Junius ipse primum dederat, ni fallor, genuina est lectio. Codex MS. adhuc exhibet partem dextram literae M, et lacuna non est plurium quam trium literarum. Vana ergo est conjectura Clerici δοκήσομεν, neque admittenda γνωρίζομεν, quam emendationem, a Freyio tanquam propriam datam, et a Birrio, Gallandio, et Schoenemanno, utpote pressius accedentem ad B. Pauli stylum quem passim usurpat S. Pater, probatam, iram vix cohibens sibi vindicat Wetstenius, Prolegom. ad Nov. Test. p. 65.

ib. ἐπιστροφὴν πεποιηκέναι] Ἐπιστρέφεσθαι, et ἐπιστροφὴν ποιεῖν est, *curare*, *animadvertere*, *animum adhibere vel adjicere*. JUNIUS. Ruchatus confert epistolam Philippi ad Athen. inter Philipp. Demosthenis, πολλάκις μου πρέσβεις ἀποστείλαντος . . . . οὐδεμίαν ἐποιεῖσθε ἐπιστροφήν.

2. ἀγαπητοί,] De hoc loco amovendum esse censet Junius [quemadmodum Boisius quoque legi debere pertendit] et cum praecedente ἀδελφοί conjungendum: neutiquam vero probanda est haec critica nimis emendatio. WOTT.

3. καὶ ξένης] Ita corrigendum viderunt vulgatum ξένοις, Boisius, Cotel. et Wotton. Lectionis alterius patrocinium sibi suscipiendum existimavit Gallandius, praeeunte Millio; quos si audias, S. Pater schisma exhinc reprehendit, quod sit Christianis, ξένοις scilicet, et, antecessorum fidelium more, *advenis in terra electisque a Deo*, maxime abominandum. Cum Millio stant Schoeneman. et Hefelius.

4. πρόσωπα] Hanc vocem πρόσωπον eodem sensu pro homine usurpatam habes in Epistola secunda S. Pauli ad Corinthios i. 11. ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν: quem sequitur Clemens hic et infra §. 47. Cf. Ignatium in Ep. ad Magn. §. 6. Sic Concil. Chalced. Can. 3. τῶν προσώπων τῶν μάλιστα τῆς ἐκκλησιαστικῆς δεομένων βοηθείας. ap. Routh. Script. Eccles. Opusc. p. 403.

5. εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας] Hanc loquendi rationem viris eruditis tolerabilem visam fuisse miror; non enim seditionem in tantum vecordiae, vel superbiae inflammarunt Schismatici; sed hoc eorum fastu, vel temeritate,

ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπητον ὄνομα ὑμῶν μεγάλως βλασφημηθῆναι. Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν; ἀπροσωπολήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ τοῖς νόμοις τοῦ Θεοῦ

contigit. Id olim videns Boisius legendum conjecit, εἰς τοσοῦτον, ὑπὸ ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, *usque adeo, prae superbia accenderunt:* ad auctoris mentem recte quidem. Sed minore mutatione reponendum, εἰς τοσοῦτον ἀπονοίᾳ vel ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, *in tantum, per adrogantiam,* vel *stultam audaciam, inflammarunt.* Nam ἀπόνοια σημαίνει δύο, τὴν ὑπερηφανίαν, καὶ τὴν θρασύτητα, sicut ait Etymologici Magni scriptor; et huc convenit vel haec, vel illa significatio. DAVIS. ἄνοια proprie amentiam, insaniam significat; nec inficior ἀπόνοιαν idem significare, vid. Suid. ut et desperationem ortam ex rebus malis; hoc tamen in loco innui videtur superbia illa et elatio animi, unde praecipue oriuntur Schismata et Haereses, et qua, proculcata Ecclesiae authoritate, plerumque propagantur; quae quidem significatio S. Chrysostomo est adeo familiaris, ut dubitem, an unquam hac voce aliter utatur. Vol. v. Homil. xxiii. xxiv. [ed. Savil. Homil. iii. iv. in illud, *Vidi Dominum,* &c. Esai. vi. 1. ed. Bened. tom. vi. p. 112. et sq.] Idem etiam et apud Clem. Alexand. significat ἡ ἀπόνοια. Cohort. ad Gent. [§. 9. p. 69. ed. Potter.] ὁ μὲν γὰρ (Θεὸς) ἐκ δούλων υἱοὺς ἡμᾶς γενέσθαι βούλεται, οἱ δὲ καὶ υἱοὶ γενέσθαι ὑπερηφανήκασιν. Ὦ τῆς ἀπονοίας πολλῆς! τὸν Κύριον ἐπαισχύνεσθε; κ. τ. λ. neque alia hoc in loco aptior esse potest hujus vocis significatio, sive cum MSto et editis codicibus legamus εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας, sive cum Boisio εἰς τοσοῦτον ὑπὸ ἀπονοίας. Eodem in sensu explicanda est haec vox §. 46. hujus Epistolae. WOTT. Optime, ut in Vet. Glossis: 'Ἀπό-'νοια, *contumacia, dementia:* 'ἀπονοίᾳ, *temeritate.* Ἀπονενοη-'μένος, *temerarius, demens.*' Vide Theophrasti Char. c. vii. περὶ ἀπονοίας, et c. xxv. περὶ ὑπερηφανίας, et ad illa Casaubonum. CLER. Ad locos a Wottono indicatos, addas Chrysost. de Sacerdot. iii. §. 1. vi. §. 12. Plura dabit Matthaei, *J. Chrysostomi Homiliae IV.* Hom. iii. not. 3. ἄνοια Schutzius vertit *superba stultitia* apud Aeschyl. Sept. c. Theb. 402.

1. τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον] Sic quoque infra §. 47. τὸ σε-

accenderunt, ut honorificum et illustre nomen vestrum, et ab omnibus amari dignum, vehementer blasphemetur. Quis enim apud vos diversatus omni virtute plenam firmamque ac stabilem fidem vestram non probavit? sobriamque et moderatam in Christo pietatem non est admiratus? et splendidos ac liberales hospitalitatis vestrae mores non praedicavit? et perfectam certamque cognitionem vestram non beatam existimavit? Omnia enim sine personarum intuitu a vobis fiebant, et in Dei legibus ambulabatis,

μνὸν τῆς περιβοήτου φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμείωσαν.

3. Τίς γὰρ παρεπιδημήσας] Hic locus usque ad vocem ἐπορεύεσθε legitur ap. Clem. Alex. Strom. iv. 17. p. 610. ed. Potter.

4. πανάρετον] Eusebius, H. E. i. 2. τὴν τοῦ Χριστοῦ πάνσοφον καὶ πανάρετον διδασκαλίαν.

ib. ὑμῶν πίστιν] πίστιν ὑμῶν Clem. Alex.

5. καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ] Codex MS. exhibet ΕΠΙΕΙΚΗΝΝΧΩ.

8. καὶ ἀσφαλῆ] Apud Gallandium καὶ non legitur, typographi forsitan potius quam editoris errore. Cod. MS. exhibet ΑΣΦΑΛΗΝ.

9. τοῖς νόμοις] Clem. Alex. ἐν τοῖς νομίμοις. Quae genuina lectio, ut ex cap. iii. et xl. liquet. COLOM. Nuspiam, quod memini, apud LXX. vel in Novo Testamento, νόμοι effertur pluraliter pro legibus vel praeceptis Dei, sed tantum singulariter, et denotat Dispensationem sive Legem, vel Moralem, vel Mosaicam, vel Christianam, praecipue vero Mosaicam; cum Christiana Dispensatio fere ubique vocetur Evangelium. Divinae autem leges ubique nuncupantur ἐντολαὶ, προστάγματα, κρίματα, κρίσεις, διατάγματα, μαρτύρια, et δικαιώματα, nusquam νόμοι. Nec absimile est Clementem hunc morem νόμος nonnisi singulariter efferendi observasse inviolatum: aliter enim videretur occasionem praebuisse Judaizantibus Christianis obligationem utriusque Legis, Christianae scilicet ac Mosaicae jugum non ponendum fidelibus imposuisse, dum Corinthios docet ἐν τοῖς νόμοις πορεύεσθαι. Me sane haud fugit ἐν τοῖς νόμοις ἐπορεύεσθε in libro Danielis semel reperiri; [ix. 10.] nullus tamen hanc ob causam a mea sententia discedo; versio enim illa Danielis, quae hodie habetur, quaeque temporibus S. Hieronymi in usu fuit, neque est LXX virorum, neque Apostolica authoritate (quod quidem de caeteris partibus Bibliorum Graecorum, quae hodie leguntur, jure adfirmetur) neque Ecclesiastica munita; cum sit versio Theodotionis, transfugae a Christiana fide. Vide S. Hieron. Praef. in Dan. Apud Ezechielem legimus, ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορευέσθε. xx. 13. et ἐν τοῖς

ἐπορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις· νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε· γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν, ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας, τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουργεῖν ἐδιδάσκετε, πάνυ σωφρονούσας.

Continuatio laudis Corinthiorum.

Β'. Πάντες τε ἐταπεινοφρονεῖτε, μηδὲν ἀλαζονευόμενοι, ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες, ἥδιον

προστάγμασί μου οὐκ ἐπορεύθησαν. vers. 16. et ἐν τοῖς νομίμοις τῶν πατέρων ὑμῶν μὴ πορεύεσθε. vers. 18. νομίμοις igitur veram esse lectionem, non est locus dubitandi, si quid habeat authoritatis Clem. Alex. si quid perpetuus et usitatus apud LXX Interpretes dicendi mos, siquid Novi Testamenti phraseologia, siquid pene ipsa verba apud Ezechielem, siquid denique Clemens ipse, qui paulo inferius [§. 3.] habet ἐν τοῖς νομίμοις τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ πορεύεσθαι. Lego igitur, refragante licet Cod. MSto, cum Clem. Alex. ἐν τοῖς νομίμοις. WOTT. Equidem in Wottoni partes discedo. Tu vide quae habet Clemens noster infra §. 40. τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ Δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν. Emendationi favet Pastor seu Hermas, a Coustantio indicatus, Vis. i. Num. 3. 'ut reddat 'illis repromissionem, cum ser- 'vaverint *legitima Dei*.'

1. ἡγουμένοις] [Gulielmus] Burtonus vocem ἡγούμενοι hic et alibi interpretatur magistratus civiles; affirmatque, voce πρεσβύτεροι, quae in sequentibus verbis legitur, intelligendos esse, non Ecclesiae Presbyteros, sed tantum grandiores natu, prout opponuntur νέοις, juvenibus, qui sequuntur. Haec vero sunt violenter detorta a viro docto, dum ὑποθέσει δουλεύει. Si Clemens ageret de seditione erga magistratus ethnicos, in quos surrexissent Christiani, speciosius obtrudi hic posset vox ἡγούμενοι pro magistratibus. Nunc, cum ea vox significet omnes, qui in quavis re praeeunt, sive in Republica, sive in Ecclesia, voci tribuenda est alterutra potestas, prout res, quae agitur, postulat. Vide Hammondum ad Heb. xiii. 7. Jam autem nullius seditionis in magistratus civiles insimulat Corinthios Clemens, sed tantum discordiae in Ecclesia, qua fiebat, ut nonnulli adversarentur ἡγουμένοις, qua voce proinde significantur tantum ii qui praeerant Ecclesiae. Eadem ratio suadet, τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις intelligendum de Ec-

praepositis vestris subditi, et presbyteros qui sunt inter vos debito honore prosequentes. Juvenibus, ut moderata et honesta sectarentur, mandastis; mulieres in inculpabili, honesta, et casta conscientia omnia peragere jussistis, diligentes maritos suos, prout officium postulat; et in obedientiae canone se continentes, res domesticas cum gravitate administrare docebatis, omnino honeste se gerentes.

II. Omnes humili animo eratis, in nullo inani Eph. v. 21.
gloriationi dediti, aliorum jugo subjecti potius quam 1 Pet. v. 5.

clesiae Presbyteris, non de magistratibus Corinthiorum, qui erant ethnici. Nec vetat oppositio τῶν νέων, quae sequitur; potuere enim juniores quidem Christiani in seniores, munere, non minus quam aetate, insurgere. CLER. Cf. Ign. ad Magn. 6. τοῖς προκαθημένοις.

3. ἐπετρέπετε] Vanae sunt Junii conjecturae προυτρέπετε, vel ἐπετρέφετε, aut potius ἐξετρέφετε, neque magis placet Boisii ἐπεσκήπτετε. Nam verbum ἐπιτρέπειν *jubendi, injungendi* vim habet, e. g. apud Xenoph. Anab. VI. iii. 11. Quod orthographiam attinet fallitur Wottonus. ΝΕΟΙΣ non ΝΑΙΟΙΣ exhibet Codex MStus.

5. στεργούσας καθηκόντως] Similia sunt quae habet Polycarpus in Ep. ad Philipp. §. 4. Eaque, si Gul. Burtonum audias, a Clemente nostro mutuatus est priscus ille Smyrnaeorum Episcopus.

6. τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς] Sic infra §. 7. τῆς κλήσεως κανόνα. et §. 41. τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα. Cf. Ep. ad Gal. vi. 16.

7. τὰ κατὰ τὸν οἶκον] τὰ μετὰ τὸν οἶκον apud Clericum ex operarum incuria natum videtur.

ib. σεμνῶς] Hanc vocem in versione sua omittit Junius.

8. οἰκουργεῖν] αὐτουργεῖν huic loco convenientius esse arbitratur Junius, et lectorem remittit ad Clementem Alex. in Paedagogo, lib. III. [cap. xi. p. 292. ed. Potter.] ἡ δὲ αὐτουργία ταῖς γυναιξὶ μάλιστα τὸ γνήσιον ἐπιφέρει κάλλος κ. τ. λ. Boisius mavult οἰκουρεῖν. Emendationem Junii probat Sancroftius. ὑπουργεῖν legendum censet Davisius. Nihil autem mutandum, quum, quod et cl. Millius jamdudum observavit, hic ipse librarius, qui Biblia integra quibus Epistola haec Clementis appenditur transcripsit, in Ep. ad Tit. ii. 5. pro οἰκουροὺς, quemadmodum alii Codices exhibent, scripserit οἰκουργούς.

ib. πάνυ σωφρονούσας] Haec verba priore linea post ὑπαρχούσας collocanda videntur, addita copulandi particula: in hunc modum, ὑπαρχούσας καὶ πάνυ σωφρονούσας, τὰ κατὰ τὸν κ. τ. λ. BOIS.

10. ἥδιον] Hanc veram MSti lectionem exhibuerunt Grabius,

διδόντες ἢ λαμβάνοντες· τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι, καὶ προσέχοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς, ἐστερνισμένοι ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Οὕτως εἰρήνη βαθεῖα καὶ λιπαρὰ ἐδέδοτο πᾶσιν, καὶ ἀκόρεστος

Wott. Gall. Schoenem. Hefelius. Caeteri omnes cum Junio μᾶλλον. Allusisse videtur S. Pater ad Act. xx. 35. ubi conferendus Wetstenius.

1. ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι] Forte doctrinam salutis, ex Sacris Scripturis haustam, intelligit, ut Basilius ad Meletium, Ep. 56. ὠφέλιμα διδάγματα ἢ ἐφόδια πρός τε τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα, καὶ τὸν μέλλοντα. Sic Cyrillus Hierosol. Catech. v. vult Catechumenos suos fidem in cordibus insculptam habere, καὶ ἐπ' αὐτῆς λέξεως μνημονεῦσαι, i. e. verba ipsa symboli mente et memoria tenere, καὶ ἐφόδιον ἔχειν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς. Vel potius τὰ βιωτικὰ, ad victum et vestitum necessaria, τῶν ἐφοδίων nomine intelligenda sunt, ut Paulus, I Tim. vi. 8. Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. et Heb. xiii. 5. ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν. JUNIUS. Perinde est, sive de animi, sive etiam corporis, viatico [sicut Gul. Burtono et Wakio visum est] haec intelligantur; sensus enim de utrovis recte constabit. FELL. In Prooemio Constit. Apost. ubi ad hunc locum allusisse ejus operis autorem conjicit Pearsonus, Vindic. Ignat. p. 63. ὡπλισμένοι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ respondent his vocibus τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι . . . et recte, ni fallor, ista ἐφόδια interpretatur Wottonus commeatus et apparatus, quibus opus est in militia nostra Christiana. ἐφόδια δοῦναι, *subsidia* argumentorum scil. *ministrare*, interp. ap. Irenaeum, I. Praef. §. 3. p. 4. ed. Massuet.

2. προσέχοντες τοὺς λόγους] Apud LXX. saepe conjungitur hoc verbum cum accusativo. Ad λόγους referri debet ἐστερνισμένοι vel ἐνεστερνισμένοι. CLER.

3. ἐστερνισμένοι] *dilatati eratis in visceribus vestris.* Clementi ἐστερνισμένοι sunt qui Latinis *pectorosi, homines lati capacisque pectoris.* Respexit dubio procul ad II Cor. vi. 11—13. ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται· οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν· στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν . . . πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. Quocirca suspicari quis possit, particulam ἐν e Clementino textu excidisse. COTELER. Hesychius et Suidas interpretantur ἐνστερνισάμενος, περιπτυξάμενος, *complexus*, quia hoc fit pectora conjungendo. Hinc *complexi* hic *visceribus* dicentur, qui in intima viscera id, de quo sermo est, admiserint. Postea verbum hoc ἐνστερνίζομαι frequentius a Scriptoribus Christianis usurpari coepit, hoc scilicet sensu, *in pectus admitto*, cujus etiam intenditur significatio additis verbis τοῖς σπλάγχνοις. CLER. ἐστερνισμένοι ἦτε

alios vobis subjicientes, lubentius dantes quam accipientes: Dei viatico contenti, et 'ad verba ejus diligenter attendentes intime recondita' in visceribus servabatis, ejusque passiones vobis prae oculis erant. Gal. iii. 1.
Sic alta et beata pax, cum inexplebili benefaciendi

(subintelligitur τοὺς λόγους vel αὐτοὺς) τοῖς σπλάγχνοις, *ad verba ejus diligenter attendentes recondita servabatis intime in visceribus;* quo in sensu legimus Const. Apost. καὶ ἐνεστερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ. [Prooem. Lib. I. ubi Cotel. in versione Turrianum sequitur, *timorem ejus toto pectore amplexi,* in notis autem passivo sensui favet, '*circumdati ac pectus muniti* '*timore Dei.*'] Clem. Alex. καινῆς δὲ ἄλλης τῆς Χριστοῦ διαίτης μεταλαμβάνοντας, ἐκεῖνον, εἰ δυνατὸν, ἀναλαμβάνοντας ἐν ἑαυτοῖς ἀποτίθεσθαι, καὶ τὸν Σωτῆρα ἐνστερνίσασθαι. [Paed. i. 6. p. 123. ed. Potter.] huic etiam accedit Zonaras, qui cap. i. Concil. Gen. 7. ἐνστερνιζόμεθα explicat, ἀγαπητικῶς δεχόμεθα, καὶ κατασπαζόμεθα. S. Chrysostomus, ὁ ταύτην (δικαιοσύνην) ἐνστερνισάμενος, et ἐνστερνισάμενοι δίκαια πράγματα. WOTT. Ad calcem paginae Wakius, *ye embraced.* In contextu dederat, *were enlarged in your bowels.* Herzogius, *Euere Brust war geöffnet der Liebe.* Ruchatus, *vous aviez le coeur plein de compassion,* qui felicissime conferri jubet Euseb. de Mart. Palaest. 8. γυνὴ μείζονα τοῦ σώματος τὸν λογισμὸν ἐνεστερνισμένη. et 11. τοσαύτας ...μνήμας αὐτῶν (γραφῶν) ἐνεστέρνιστο, ὡς μὴ ἐνδεῖν τῆς ἀπὸ γραμμάτων ἐντεύξεως.

ib. τὰ παθήματα αὐτοῦ] Hoc αὐτοῦ, ut Cotel. Wott. et Freyio visum, non potest ad aliud referri quam ad praecedens Θεοῦ, unde facile evinci potest, si fides Clementi sit habenda, Christum esse Deum; immeritoque a Photio, Cod. CXXVI. male haberi Sanctum Patrem, quod nimis humiliter de Divina Christi natura sensisse videatur. Ex hoc autem loco, judice Coustantio, aperte praevertitur haeresis Nestoriana. Freyius confert S. Ignatii verba ad Rom. §. 6. ἐπιτρέψατέ μοι μιμητὴν εἶναι τοῦ πάθους τοῦ Θεοῦ μου. A mentione αἵματος Θεοῦ multi in Ecclesia non abhorruerunt, uti videre est apud Wetstenium in notis ad Act. xx. 28. Junius in μαθήματα mutatam voluit MSti lectionem, quam e Caii Fragmento firmari docet Routhius, Reliq. Sacr. ii. 27. ὁ γὰρ εὔσπλαγχνος Θεὸς καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐκ ἐβούλετο ἔξω ἐκκλησίας γενόμενον ἀπολέσθαι μάρτυρα τῶν ἰδίων παθῶν. Fleurius tamen, Hist. Eccl. ii. 33. t. i. p. 277. ed. Lat. in 8°. Junii conjecturam secutus est.

4. εἰρήνη βαθεῖα] Imperatoribus Antonino et Commodo de οἰκουμένης εἰρήνῃ βαθείᾳ gratulatur Athenagoras, Legat. §. 1. Cf. Euseb. H. E. i. 2. εἰρήνην βαθεῖαν φιλίας.

5. ἐδέδοτο] Cod. MS. ΕΔΕΔΕΤΟ, et mox, p. 14. l. 3. ΠΕΠΟΙΗΘΗΣΕΩΣ.

πόθος εἰς ἀγαθοποιΐαν, καὶ πλήρης Πνεύματος Ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο· μεστοί τε ὁσίας βουλῆς ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ' εὐσεβοῦς πεποιθήσεως ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα Θεὸν, ἱκετεύοντες αὐτὸν ἱλέως γενέσθαι, εἴ τι ἄκοντες ἡμάρτετε. Ἀγὼν ἦν ὑμῖν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὑπὲρ πάσης τῆς ἀδελφότητος, εἰς τὸ σώζεσθαι μετ' ἐλέους καὶ συνειδήσεως τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ· εἰλικρινεῖς καὶ ἀκέραιοι ἦτε, καὶ †ἀναμνησίκακοι† εἰς ἀλλήλους. Πᾶσα στάσις, καὶ πᾶν σχίσμα βδελυκτὸν ὑμῖν· ἐπὶ τοῖς παραπτώμασι τοῖς πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ ὑστερήματα αὐτῶν ἴδια ἐκρίνετε· ἀμεταμέλητοι ἦτε ἐπὶ πάσῃ ἀγαθοποιΐᾳ, ἕτοιμοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Τῇ παναρέτῳ καὶ σεβασμίῳ πολιτείᾳ κεκοσμημένοι πάντα ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ ἐπετελεῖτε· τὰ προστάγματα καὶ τὰ δικαιώματα τοῦ Κυρίου ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς καρδίας ὑμῶν ἐγέγραπτο.

1. ἀγαθοιΐαν] Cf. S. Pet. I. iv. 19. ἐν ἀγαθοποιΐᾳ. Vocem frequentat Clemens noster.

5. ἱλέως γενέσθαι] Junius, Fell. Cotel. Colom. Ittig. et Coust. malunt ἵλεων. Nihil autem muto; ἱλέως enim, ut post Wotton. vidit Gallandius, adverbialiter usurpatum, *propitie*, vel *animo propitio*, satis consonum est τῷ γενέσθαι.

ib. εἴ τι ἄκοντες ἡμάρτετε] Similia sunt quae legas infra §. 51.

6. ὑπὲρ πάσης τῆς ἀδελφότητος] Sic I Pet. ii. 17. Τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε.

8. καὶ συνειδήσεως] Recte se non habet oratio; συνείδησις enim vox est media; proque epitheti ratione, bonum fit, vel malum. Boisius legit, συνειδήσεως ἀγαθῆς· Junius vero, συνδέσεως, [*cum misericordia et concordia*] quod melius. Forsan vero optime rescripseris, καὶ συνευδοκήσεως. Haec vox animorum veluti harmoniam denotat, et huic loco adprime convenit. DAVIS. Codici MSto cum Wottono adhaeret Gallandius, verteret autem potius *unanimi consensu*. Vid. §. 34. ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες τῇ συνειδήσει—atque ibi notata.

9. †ἀναμνησίκακοι†] Rectius ἀμνησίκακοι. BOIS. ITTIG. Optime; nam ἀναμνησίκακοι si dicerentur, ii significarentur, qui revocarent in memoriam injurias ab aliis acceptas. Hinc atque ex innumeris aliis depre-

desiderio, omnibus data fuit; plena etiam super omnes Spiritus Sancti effusio facta est; sanctaque voluntate pleni, bona animi promptitudine, cum pia confidentia, manus vestras ad Deum omnipotentem extendistis, supplicantes ei, ut esset erga vos animo propitio, si quid inviti peccassetis. Labor omnis et contentio vestra diu noctuque pro universa fraternitate erat, ut numerus electorum ejus cum commiseratione et conscientia salvaretur. Sinceri inter vos invicem, innoxii, et omnis injuriae immemores eratis. Seditio omnis et scissura vobis abominanda erat; proximorum delicta lugebatis, illorum defectus vestros censebatis: propter benefacta nulla poenitentia ducti, ad omne bonum opus prompti eratis. Ornati Tit. iii. 1.
veneranda et omnibus numeris absoluta conversatione, omnia in timore ejus peragebatis: mandata et praecepta Domini in latitudine cordis vestri altius Prov. vii. 3.
insculpebantur.

hendimus locis, eum qui Cod. MStum Alexandrinum exscripsit, non satis adtente officio suo defunctum, qui talia menda plane contraria Clementis animo reliquerit. CLER. MSti lectionem mendosam Wottonus cum aliis sic emendat, ἀμνησίκακοι. Mallem cum Birrio παναμνησίκακοι: *omnis inter vos offensae immemores.* Delectatur certe hujuscemodi compositis S. Pater. Sic mox hic τῇ παναρέτῳ...πολιτείᾳ. §. 33. τῷ παμμεγεθεστάτῳ αὐτοῦ κράτει. Et post pauca, τὸ ἐξοχώτατον καὶ παμμεγεθὲς κατὰ διάνοιαν. §. 35. ὁ πανάγιος. §. 45. τῷ παναρέτῳ ὀνόματι αὐτοῦ. §. 57. ἡ πανάρετος σοφία. GALL.

11. τοῖς πλησίον] Junius et Fellus malunt τῶν πλησίον. Cotel. et Colom. τῶν, vel πλησίων, et nihil quidem frequentius quam a librario nostro O cum Ω permutari. Rectius autem, opinor, Boisius, qui legit τοῖς τῶν πλησίον. Eamdem ellipsin habes apud Eurip. Hec. 975. ed. Matth. Σῶσόν νυν αὐτὸν, μηδ' ἔρα τῶν πλησίον.

13. ἕτοιμοι εἰς πᾶν] Hermas, Past. III. ix. 24. "in omnes homines ad faciendam misericordiam prompti."

15. ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ] Malim ἐν τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, ut deinde linea sequente, pro τὰ δικαιώματα τοῦ Κυρίου, scribatur τὰ δικαιώματα αὐτοῦ· rectius enim subjicitur relativum, quam praecedit. BOIS.

16. καὶ τὰ δικαιώματα] Haec

Quomodo proruperit schisma.

Γ΄. Πᾶσα δόξα καὶ πλατυσμὸς ἐδόθη ὑμῖν, καὶ ἐπετελέσθη τὸ γεγραμμένον, "Ἔφαγεν καὶ ἔπιεν, καὶ ἐπλατύνθη καὶ ἐπαχύνθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπη-

verba, quae desunt Edd. restituit ex MSto Wottonus. Ea legebat Boisius quoque in suo exemplari, uti ex notis illius patet. Quin et illa legisse Junium, ex ejus versione, *mandata et praecepta Domini*, constare recte monet Gallandius.

ib. ἐπὶ τὰ πλάτη] Junius, Boisius, et Fellus, malunt, ἐπὶ τὰς πλάκας, proculdubio respicientes ad II Cor. iii. 3. οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. Ipse retineo πλάτη; legitur enim in Proverbiis, ἐπίγραψον δὲ ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας, cap. vii. 3. et passim apud LXX Intt. Irenaeus, ἐν τῷ πλάτει σου τοῦ νοῦ. Origenes, Comm. in S. Matt., ἐπίγραψον ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας. [ἀπογράψασθαι κ. τ. λ. tom. iii. p. 445. ed. Ben.] Chrysostom. τῷ πλάτει τῆς διανοίας ἐναποθέμενος. Comm. in Genes. p. 17. [tom. i. ed. Savil.] εὐρύναντες ὑμῶν τὸ πλάτος τῆς διανοίας, p. 51. et in alio, ἐν τῷ πλάτει τῆς ψυχῆς, apud S. Hippolytum de Anti-Christo, ἐσκατασπείρῃς τῷ πλάτει τῆς καρδίας σου, ὡσπεροῦν καθαρᾷ γῇ. Et apud S. Hieronymum ad Eustochium, 'Et mirum in 'modum illi, quem in *latitudine* 'pectoris tui paulo ante descrip- 'seras.' Et in versione Hieronym. Ezech. [Jeremiae] xvii. 1. *Peccatum Judae scriptum est stylo ferreo—exaratum super latitudinem cordis eorum.* WOTT. Apud LXX. Jeremiae locus exhibet in ed. Complut. ἐπὶ πλακὸς τῆς καρδίας αὐτῶν, in aliis libris ἐπὶ τοῦ στήθους τῆς καρδίας αὐτῶν. Notandum autem est quatuor priores versus hujus capitis e Codd. Vatic. et Alex. abesse, neque eos ponere Augustinum hunc locum citantem capp. vii. et viii. Lib. 13. contra Faustum. Opp. tom. viii. p. 183. ed. Antverp. 1700.

1. Πᾶσα δόξα] Huc usque laudantur Corinthii; et illorum pii, sancti, et religiosi mores ipsis ob oculos ponuntur; ut vituperium, propter vitia in quae degenerarunt, acrius illorum animos pungeret. Transitio autem paulo abruptior est; et majoris evidentiae causa, quaedam addi posse videntur, ut, Ἀλλὰ νῦν οἷα ἐξ οἵων, vel tale aliquid. JUNIUS. Ante haec verba, Καὶ τοιοῦτοι μέν ποτε ἦτε, νῦν δὲ τί; inserendum esse putat Boisius. Abruptam nimis esse hanc transitionem non diffiteor. Nihil tamen interponendum esse censeo, cum Photius dudum notavit, esse tam in priore, quam in posteriore Epistola, νοήματα ἐρριμμένα πως, καὶ οὐ συνεχῆ τὴν ἀκολουθίαν φυλάττοντα. WOTT.

ib. πλατυσμὸς] Ut Cyrillus in Catena nostra in Psalmos interpretatur, est πραγμάτων εὐθυμία [ἴσ. εὐθηνία. COTEL.] καὶ εὐρυχωρία. Corinthus enim illis temporibus, ut Chrysostomus in argumento prioris ad Corinth. Epistolae author est, urbs magna fuit καὶ πολυάνθρωπος, πλούτου καὶ σοφίας ἕνεκεν θαυμαστή, καὶ τῆς Ἑλλάδος τὸ

III. Omnis honor et dilatatio vobis data est, et scriptum illud impletum est, *Edit, bibit, dilatatus* Deut. xxxii.
et incrassatus est, et recalcitravit dilectus. Ab hoc 15.

κεφάλαιον· τὰ γὰρ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων ἀθλίως διέκειτο λοιπὸν, τῆς ἀρχῆς πάλαι μεταπεσούσης. [tom. x. p. 2. ed. Ben.] JUNIUS. Haec vox apud profanos authores significat *dilatatio, diductio*, vel *distensio in latum:* [de vini facultate Dioscorides, V. 11.] item *jactantia, ostentatio, loquacitas.* [Accipiunt pro *Jactatio*, etiam pro *Loquacitas* ap. Athenaeum, xiii. 9.] Apud Patres frequentius denotat *laetos animi affectus*, qui piorum mentibus oboriuntur ex conscientia rite et sincere praestiti officii sui, iis divinitus a Sancto Spiritu immissos; hinc Origenes περὶ Εὐχῆς. [§. 30. Opp. i. 265, D. ed. Ben.] θλίψει ἐπλάτυνές με. Συνεργίᾳ γὰρ καὶ παρουσίᾳ τοῦ παραμυθουμένου καὶ σώζοντος ἡμᾶς Λόγου Θεοῦ, τὸ τῆς διανοίας ἡμῶν ἱλαρὸν καὶ εὔθυμον ἐν τῷ καιρῷ τῶν περιστατικῶν ἀπὸ Θεοῦ γινόμενον πλατυσμὸς ὠνόμασται. *Dilatatio* apud Latinos Patres eamdem significationem obtinet. WOTT. Cum Junio facit Boisius, *Opulentia et Libertas.* Wakius et Chevall. *enlargement.* D. Paulus ad Cor. Ep. II. vi. 11. ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται, quae verba ita interpretantur nonnulli, *animus noster solatium sentit atque hilaritatem.* ib. 13. πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. Sic Hermas, Past. II. v. 1. "Spiritus Sanctus qui habi-"tat in te....gaudens *dilata-*"*bitur.*" In malo sensu accipit Herzogius, *Aller Ruhm und eitle Prahlerei;* quam notionem illustrabit Scholiastes in Aristoph. Equit. 830. ed. Brunck. τί θαλαττοκοπεῖς καὶ πλατυγίζεις; .... ἄμφω μεγαλοῤῥημοσύνης δείγματα· καὶ πλατύνῃ καὶ ἀλαζονεύῃ.

2. Ἔφαγεν καὶ ἔπιεν] Haec verba citantur ex Deut. xxxii. 15. paululum aliter quam apud LXX. Καὶ ἔφαγεν Ἰακὼβ, καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος· ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη. S. Chrysostomus, propius ad Clementis lectionem, Hom. i. in Gen. Ἔφαγεν καὶ ἔπιε, καὶ ἐλιπάνθη, καὶ ἐπαχύνθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. Uterque Pater ex LXX. citasse videtur memoriter. WOTT. Semel in gratiam juniorum observandum, Clementem ut et reliquos Patres ad exemplum Apostolorum (1°) plerumque LXX. Graecam versionem sequi, ubi etiam parum accurate fontes Hebraicos exprimunt, modo summa rei conveniat; non quod crederent corruptos esse fontes, sed quod usitatam et receptam versionem sequi mallent, quam infirmioribus illi assuetis scandalum praebere. (2°) conjungere nonnunquam plura testimonia, tametsi ex diversis petita locis, quasi eodem perscripta essent loco, nonnunquam etiam paullulum immutare, et ad rem suam accommodare. FREY.

3. ἀπελάκτισεν] Sic dedi pro ἀπεγαλάκτισεν, Cod. MSti lectione, quam ita corrigendam esse Editores jamdiu omnes viderunt. Neque enim aliter Fello placet, qui tamen libra-

“μένος.” Ἐκ τούτου ζῆλος, καὶ φθόνος, καὶ ἔρις, καὶ στάσις, διωγμὸς καὶ ἀκαταστασία, πόλεμος καὶ αἰχμαλωσία· οὕτως ἐπηγέρθησαν οἱ ἄτιμοι ἐπὶ τοὺς ἐντίμους, οἱ ἄδοξοι ἐπὶ τοὺς ἐνδόξους, οἱ ἄφρονες ἐπὶ τοὺς φρονίμους, οἱ νέοι ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους. Διὰ τοῦτο πόρρω ἄπεστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, ἐν τῷ ἀπολείπειν ἕκαστον τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ ἀμβλυωπῆσαι, μηδὲ ἐν τοῖς νομίμοις τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ πορεύεσθαι, μηδὲ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ καθῆκον τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ ἕκαστον βαδίζειν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ τὰς πονηράς, ζῆλον ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἀνειληφότας, δι' οὗ καὶ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον.

Aemulatio et invidia causa schismatis et turbarum; quanta mala ex hoc fonte promanave-

Δ'. Γέγραπται γὰρ οὕτως· “Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέ-“ρας, ἤνεγκεν Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν “τῷ Θεῷ· καὶ Ἄβελ ἤνεγκεν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν “πρωτοτόκων τῶν προβάτων, καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων “αὐτῶν. Καὶ ἐπίδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς

rium tueri videtur his verbis... ‘notissimum est infantes ube‘ribus abstractos, protervos, ‘importunos, querulosque, et ‘prorsus implacabiles esse.’ Fallitur autem V. D.; vox enim ἀπογαλακτίζειν significat *a lacte depellere*, quo sensu eam usurpat Diphilus ap. Athenaeum, VI. 51. minime vero *ablactati in morem se gerere.*

1. καὶ φθόνος] Has voces addidi ex MSto, quae a nullo lib. impr. ante Wott. habentur. At versio Junii ea agnoscit, unde typographi potius quam ipsius error esse videtur. Gallandius quidem haec verba in contextu posuit; at in Russelii libro non reperiuntur. Cf. infra §. 4. Hermas, Past. III. viii. 7. ‘habentes inter se quandam *invidiam et zelum.*’

2. αἰχμαλωσία] ‘Qui autem ‘nefanda cogitant in cordibus ‘suis, mortem et *captivitatem* ‘sibi assumunt.’ Hermas, Past. I. i. 1.

6. πόρρω ἄπεστιν ἡ δικαιοσύνη] Conf. Esai. lix. 14. καὶ ἡ δικαιοσύνη μακρὰν ἀφέστηκεν.

8. νομίμοις] Vide supra §. 1. p. 8. et ibi notata.

9. πολιτεύεσθαι] Sic infra §. 6. ὁσίως πολιτευσαμένοις. Hoc verbo usus est Apostolus, Act. xxiii. 1. et in Ep. ad Philipp. i. 27. Sic Clem. Alex. de Joanne Bapt. εἰς δὲ τὴν ἔρημον τῆς ἐρημίας, κατὰ γαλήνην Θεῷ συμπεπο-

fonte zelus, et invidia, et contentio, et seditio, persecutio, et commotio, bellum, et captivitas, manarunt. Sic viles et inglorii contra honoratos et gloriosos, Esa. iii. 5. sic insipientes contra sapientes, et juvenes contra seniores insurrexerunt. Hanc ob causam, procul absunt justitia et pax, dum unusquisque Dei timorem deserat, et in fide ejus caecutiat, neque in institutis praeceptorum ejus ambulet, aut vitam Christo dignam degat; sed secundum pravas ipsius concupiscentias incedat, iniquam et impiam invidiam fovens et amplectens, *per quam mors in mundum* Sap. ii. 24. *intravit.*

IV. Sic enim scriptum est, *Et factum est post* Gen. iv. 3—8. *dies, obtulit Cain ex fructibus terrae sacrificium Domino. Abel autem obtulit et ipse de primogenitis ovium suarum, et adipibus earum. Et respexit Deus super Abel, et super munera ejus.*

λιτευμένος. Paedag. ii. 10. p. 237. ed. Potter.

10. τῷ Χριστῷ] Junius mavult Χριστιανῷ. Davis. τῷ ἐν Χριστῷ. Metonymice loquitur B. Clemens, sicut D. Paulus in II. ad Cor. i. 21. ad Eph. iv. 20, aliisque in locis, ubi vox Χριστὸς Christianam tum fidem tum praxin complectitur.

11. ζῆλον] Locum hunc Clementis respexerunt, ut opinor, delirantes Gnostici, apud Irenaeum. Sic enim ille de Caine: 'dum fratrem suum Abel occideret, primus *zelum* et mortem 'ostendit.' I. xxxiv. [xxx. 9. ed. Massuet.] Quin et Clementem secutus Irenaeus ipse nequitiam hanc Cainis *zelum* vocat. III. xxxvi. [xxiii. 4.] et IV. xxxiv. [xviii. 3.] MILL.

12. ἀνειληφότας] Forte ἀνειληφότα, nihil tamen muto; ἕκαστος enim, cum sit nomen πληθυντικὸν, singulare saepius apud poetas, et in prosa oratione nonnunquam, jungitur verbo vel adjectivo plurali. WOTT. Fortasse dicit ἀνειληφότας, respectu habito ad seditionem D. Pauli tempore natam; de qua sub Epistolae finem data opera disserit: ut sensus sit, illos ad iniquam et impiam aemulationem denuo reversos. Vide I. Cor. xi. Ratio insuper habenda particulae καὶ, quae immediate sequitur, δι' οὗ καὶ θάνατος κ. τ. λ. FELL. Eamdem locutionem habes infra, §. 45; neque solicitandam esse lectionem, inter alia ista suadent, S. Matt. xxvi. 22. Act. ii. 6, 8.

18. ἐπίδεν] Libb. impr. tantum non omnes exhibent ἐπεῖδεν

rint, exemplis vetustis docetur.

“ δώροις αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ Κάϊν, καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις “ αὐτοῦ οὐ προσέσχεν· καὶ ἐλυπήθη Κάϊν λίαν, καὶ “ συνέπεσεν τῷ προσώπῳ αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς “ πρὸς Κάϊν, Ἵνα τί περίλυπος ἐγένου; καὶ ἵνα τί “ συνέπεσεν τὸ πρόσωπόν σου; οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσ-“ ενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον· “ πρός σε ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. “ Καὶ εἶπε Κάϊν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, “ Διέλθωμεν εἰς τὸ πέδιον· καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι “ αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, ἀνέστη Κάϊν ἐπὶ Ἄβελ τὸν “ ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν.” Ὁρᾶτε, ἀδελφοί, ζῆλος καὶ φθόνος ἀδελφοκτονίαν κατειργάσατο. Διὰ ζῆλος ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰακὼβ ἀπέδρα ἀπὸ

juxta LXX. exemplar Vatic. Codex autem Alex. ut Gen. iv. 4. ita hic quoque ἐπίδεν habet. Aquila dat ἀπεκηλήθη vel ἀπεκλήθη. Symmachus ἐτέρφθη. Theodotion ἐνεπύρισε.

2. λίαν] Ita Cod. MS. sicut et LXX. Gen. iv. 5. non ἄγαν ut Junius dederat, quem secuti sunt Fell. Colom. Cotel. Russel.

3. προσώπῳ αὐτοῦ.] αὐτοῦ abest a MSto Alex. Gen. iv. at agnoscit Vaticanus. WOTT.

5. οὐκ ἐὰν ὀρθῶς . . .] Hunc locum sic illustrat Pearsonus in Praefatione Paraenetica ad versionem LXX. ‘Si Graecos ‘Patres consuluerimus, quis ‘eos de rebus Divinis disseren‘tes intelliget, qui normam, ‘quam semper in animo dum ‘scriberent habuere, non ante ‘cognitam atque perspectam ‘habeat? aut quae illis Scrip‘tura Veteris Testamenti in‘notuit, praeter eam quae a ‘LXX senioribus edita est? ‘Illam sane, illam ubique re‘spiciunt; illius auctoritate ‘nituntur, illius verba reci‘tant, sententiam referunt, ut ‘in Patrum operibus legendis ‘caecus plane sit qui eandem ‘non noverit. Quis illa Cle‘mentis Romani, apostolorum ‘discipuli, intelligit, Οὐκ ἐὰν ‘ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ ‘διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον· Quis ‘illa quae sequuntur ut ex ‘Sacris Oraculis deprompta ‘agnoscet, καὶ εἶπεν Κάϊν πρὸς ‘Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, Διέλθω‘μεν εἰς τὸ πεδίον, nisi lacunam ‘Hebraeorum codicum obser‘vet, et LXX. versionem con‘sulat, cui et Samaritanus et ‘Syrus suffragantur?’

9. Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον·] Non in LXX. versione tantum legitur hoc additamentum. Idem habent textus Samaritanus, Vulgatus, Syrus, ac binae Chaldaicae Paraphrases, Jonathanis nempe et Hierosolymi-

Super Cain autem, et super sacrificia ejus non advertit: et contristatus est Cain valde, et concidit vultu suo. Et dixit Dominus Deus ad Cain, Quare tristis factus es? Et quare concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, non autem recte dividas, peccasti? Quiesce; ad te conversio ejus, et tu principatum habebis ipsius. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum, Transeamus in campum. Et factum est, dum essent in campo, surrexit Cain super Abel fratrem suum, et occidit eum. Videtis, fratres, propter zelum et invidiam fratricidium commissum. Propter zelum pater noster Jacob a facie Gen. xxviii.

tana. Nullus autem Judaicorum codicum, qui hucusque noti ac collati sunt, tale quid servat. Nec legebant haec verba Onkelos, Symmachus, Theodotion, et uterque Arabs. Ipsi Masorethae dissentiunt, dum alii codicibus Hebraeis notam adscripserunt deesse aliquid, alii, et quidem plerique, eam omiserunt, alii contrariam addiderunt, monentes lectorem nihil deesse. Plura dabit De Rossius, Var. Lect. Vet. Test. ad hunc locum.

12. ζῆλος καὶ φθόνος] Ζῆλος plerumque in bono sensu, nonnunquam autem in malo accipitur, et idem significat quod φθόνος, Hesiod. Opp. et Di. [195. Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν Δυσκέλαδος κακόχαρτος ὁμαρτήσει στυγερώπης.] Herodian. ζήλῳ καὶ ἔριδι τῇ πρὸς ἀλλήλας. [III. ii. 13. Addas ejusdem libri iii. 3. ἐστασίασαν δὲ πρὸς ἀλλήλους τῷ αὐτῷ ζήλῳ καὶ μίσει.] Et in Nov. Test. ἐπλήσθησαν ζήλου, Act. v. [17.] et in Ep. ad Gal. [v. 20.] annumeratur inter opera carnis. Videntur autem tum S. Cypriano, in libro de Zelo et Livore, tum S. Basilio, περὶ Φθόνου, haec Clementis ante oculos obversata fuisse. WOTT.

ib. κατειργάσατο] Ita Cod. MS. non κατειργάσαντο, quod post Wottonum dedit Gallandius.

13. Διὰ ζῆλος] Neutro saepius legitur hoc vocabulum apud Clementem nostrum. Et bis quidem infra in hoc capite. Neutro bis ponitur in §. 7. Cf. §. 9. τὸ εἰς θάνατον ἄγον ζῆλος— et §. 14. μυσαροῦ ζήλους. Contra autem masculini tria exempla praebet §. 5. eamque usitatiorem formam habes §§. 43, 45. Casus recti, articulo non praefixo, quatuor exempla habes in §. 4. et duo in §. 6. τὸ γὰρ ζῆλος, Ignat. ad Trall. §. 4. Similiter LXX. saepius dicunt τὸ ἔλεος, interdum tamen ὁ ἔλεος, uti et Matt. ix. 13. xii. 7. xxiii. 23. Tit. iii. 5. Heb. iv. 16. Forma masculina occurrit apud Thucyd. iii. 40. Aristot. Eth. ii. 5. et Demosth. c. Meidiam.

προσώπου Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ζῆλος ἐποίησεν Ἰωσὴφ μέχρι θανάτου διωχθῆναι, καὶ μέχρι δουλείας εἰσελθεῖν. Ζῆλος φυγεῖν ἠνάγκασε Μωϋσῆν ἀπὸ προσώπου Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, ἐν τῷ ἀκοῦσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὁμοφύλου, "Τίς σε κατέστησεν κριτὴν ἢ δικαστὴν ἐφ' ἡμῶν; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες ἐχθὲς τὸν Αἰγύπτιον;" Διὰ ζῆλος Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ ἔξω τῆς παρεμβολῆς ηὐλίσθησαν. Ζῆλος Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν ζῶντας κατήγαγεν εἰς ᾅδου, διὰ τὸ στασιάσαι αὐτοὺς πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν. Διὰ ζῆλος Δαβὶδ φθόνον ἔσχεν, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Σαοὺλ βασιλέως Ἰσραὴλ ἐδιώχθη.

Non minora novissimis tem-

Ε'. Ἀλλ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς·

§. 54. Aliorum vocabulorum masculinum et neutrum promiscue in usu erant, e. g. σάλος, Vid. Pauw. ad Hephaest. p. 99. σκύφος, ὄχος, ῥύπος. τὸ, Hippocr. Greg. Naz. ap. Steph. ed. Valpy. τὸ ῥύπον, Suidas. et σκότος, de quo plura dabit Pierson. ad Moeridis Lexicon. p. 355. τοῦ σκότους legitur apud Barnab. Ep. §§. 14, 18. D. Petr. I. ii. 9. D. Paul. Col. i. 13. I Thess. v. 5. Infra §. 13. MS. exhibet τὸ τῦφος.

ib. ὁ πατὴρ ἡμῶν] Non ex hoc loco nobis, cum Tillemontio et Coustantio, temere colligendum Clementem Judaeum fuisse. Ad normam D. Pauli loquitur B. Pater. Rom. ix. 6—8. Gal. vi. 15, 16. Ita Theophilus quoque, non ab Abrahami stirpe ortus, ad Autolycum, III. §. 23. τὰ γράμματα τοῦ θείου νόμου, τοῦ διὰ Μωσέως ἡμῖν δεδομένου. §. 24. Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης ἡμῶν. §. 27. ... Ἀβραὰμ τοῦ προπάτορος ἡμῶν. §. 94. Δαβὶδ ὁ πρόγονος ἡμῶν.

1. Ζῆλος ἐποίησεν Ἰωσὴφ κ.τ.λ.] Male hoc in loco se habet Junii versio, *aemulatione factum est, ut Joseph ad mortem usque in persecutione viveret*; contrariatur enim tum fidei historicae, tum idiomati Graecae linguae: tantum abfuit, quin ad mortem usque in persecutione viveret, ut ad summam dignitatem fuerit erectus, et tantum non consortium regiae majestatis obtinuerit. WOTT.

3. φυγεῖν] Ita cum Cod. MSto Wott. et Gall. Caeteri φεύγειν.

5. Τίς σε κατέστησε κριτὴν] LXX. Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν κ. τ. λ. Et sic

fratris sui Esau aufugit. Zelus effecit ut Joseph ad Gen. xxxvii.
mortem usque exagitaretur et usque ad servitutem accederet. Zelus Moysen a facie Pharaonis regis Aegypti fugere compulit, cum popularem suum dicentem audiret, *Quis te constituit arbitrum aut* Exod. ii. 14.
judicem super nos? numquid tu vis me occidere, quemadmodum occidisti heri Aegyptium? Propter zelum Aaron et Mariam extra castra stabulati sunt. Zelus Dathan et Abiron vivos ad inferos detrusit, Num. xii. 15.
quod cum Moyse Dei famulo seditiose contenderent. Num. xvi. 33.
Propter zelum David non tantum alienigenarum invidiam sustinuit, sed regem etiam Saul persequutorem expertus est. 1 Sam. xviii. 8. sq.

V. Sed ut vetera exempla relinquamus, ad proximos athletas veniamus; saeculi nostri generosa exempla

etiam D. Lucas, Act. vii. 27. Mox pro ἐχθὲς LXX. et D. Lucas χθὲς, quam formam usitatiorem, lectore non monito, dedit Clericus.

8. Διὰ ζῆλος Ἀαρὼν] Librarii oscitantia dedit hic Ζῆλος Ἀαρὼν κ. τ. λ. in Cod. MSto, et mox Διὰ ζῆλος Δαθὰν κ. τ. λ.

ib. Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ] De Miriam ex textu sacro constat eam castris exclusam, de Aarone non item; sed S. Literae, cum de pluribus loquuntur, ea generatim solent proferre, quae parti tantum revera conveniunt. Sic de latronibus dictum, Matt. xxvii. 44. utrosque Domino maledixisse; cum D. Lucas unum solum ea in noxa fuisse distincte pronunciet. Sic D. Lucas et Johannes milites illudentes acetum Domino obtulisse aiunt: D. Matthaeus unum ex iis id praestitisse narrat. Ita D. Paulus Christum post resurrectionem ejus apparuisse refert τοῖς δώδεκα, cum tamen nec Judas qui suspendio vitam finiverat, imo nec Petrus, nec Thomas, nec Jacobus, tunc temporis interfuere. Simili ritu, in epistola ad Hebraeos de pluribus dicitur, quod clauserunt ora leonum, et serra erant dissecti; quorum tamen unum soli Danieli, alterum Esaiae pertinet. FELL. Sic fere Gul. Burton; at satius forsitan est, cum Clerico, hic apud Clementem μνημονικὸν ἁμάρτημα in re tantilla agnoscere.

9. Ἀβειρὼν] Ita cum MS. et LXX. Wott. et Gall. Caeteri Edd. Ἀβειρώμ.

11. Δαβὶδ φθόνον ἔσχεν] Forte ὑπέσχεν. JUN. Nihil mutandum; nam φθόνον ἔχειν est phrasis bene Graeca, significatque *invideri*; ut docebit H. Stephanus in Thesauro, ex Aristide et Isocrate. CLER.

poribus inde orta sunt mala.

λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα. Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον, [οἱ μέγι]στοι καὶ δικαιότατοι στύλ[οι ἐδιώ]χθησαν καὶ ἕως θανάτο[υ ἦλθον]. Λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶ[ν ἡμῶν] τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλου[ς]. Ὁ Πέτρ]ος διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ [ἕνα οὐ]δὲ δύο, ἀλλὰ πλείονας ὑπ[ήνεγκεν] πόνους, καὶ οὕτω μαρτυρ[ήσας] ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλ[όμε-

S. Petri et S. Pauli Martyrium.

2. [οἱ μέγι]στοι] Junius supplevit [ἐκκλησίας πι]στοί, cujus conjecturam secuti sunt editores omnes. Expectares forsitan οἱ τῆς ἐκκλησίας πιστοί. Lacuna autem haec non major est quam quae proxime sequitur, ubi proculdubio sex tantum literae desiderantur. Birrius conjecit ἄριστοι, vel μέγιστοι, aut κράτιστοι.

3. στύλοι] Sic Apostolus ad Gal. ii. 9. Ἰάκωβος καὶ Κηφᾶς καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι. Junius inter alia conferri jubet Ignatium ad Philad. στύλοι τοῦ κόσμου οἱ ἀπόστολοι. quam vero locutionem non reperies nisi apud Interpolatorem, §. 9. Melioris frugis sunt Chrysostomi loci quos pergit V. D. indicare, Hom. x. ad Ephes. [§. 2. Opp. tom. xi. p. 78. ed. Ben.] Πολλοὺς ἔστιν ἰδεῖν ὡς στύλους ἑστῶτας· οἶδε γὰρ καὶ ἀνθρώπους στύλους καλεῖν, οὐ τῇ δυνάμει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ κάλλει πολὺν παρέχοντας κόσμον, κεφαλὰς ἔχοντας κεχρυσωμένας. Sic Hom. xxxii. ad Rom. [§. 1. Opp. tom. ix. p. 757. ed. Ben.] ubi urbis Romae, in qua Petrus et Paulus passi et sepulti sunt, encomium elegantissimum habetur. Διὰ τοῦτο θαυμάζω τὴν πόλιν, οὐ διὰ τὸν χρυσὸν τὸν πολὺν, οὐ διὰ τοὺς κίονας, οὐ διὰ τὴν ἄλλην φαντασίαν, ἀλλὰ διὰ τοὺς στύλους τῆς ἐκκλησίας τούτους. Addas, a Ruchato indicatum, Eusebium, H. E. v. 1. στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῶν ἐνταῦθα ἀεὶ γεγονότα. vi. 41. οἱ δὲ στεῤῥοὶ καὶ μακάριοι στύλοι τοῦ Κυρίου.

ib. ἕως θανάτου ἦλθον.] Edd. ἕως θανάτου δεινοῦ, uti hiatum MSti supplevit Junius. Admisi Wottoni conjecturam, atque hanc etiam Gallandio arrisisse video, qui lectorem remittit ad §. 4. Ἰωσὴφ μέχρι θανάτου διωχθῆναι κ. τ. λ.

4. τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους] τοὺς ἁγίους, vel αους, i. e. per contractionem πρώτους aut κορυφαίους Junius. [Sic ἀνοταρίῳ, ἀτόκου scribebant librarii pro πρωτονοταρίῳ, πρωτοτόκου. In versione tamen sua Junius, *sanctos*.] τοὺς ἁγίους Fellus et Colomesius. [τοὺς ἀγαύους vel τοὺς ἀγαστοὺς Davisius.] ἁγίους hoc in loco legendum non esse quis vel primo intuitu non videt? Eo enim tempore, quo Clemens scripsit hanc epistolam, vox ἅγιος omnibus fidelibus communis fuit, non secus ac πιστὸς et ἀδελφός; nec obtinuerat peculiaris illa hujus vocis significatio, quae postea recepta fuit in Ecclesia, qua

proponamus. Propter zelum et invidiam, qui maximae et justissimae [Ecclesiae] columnae erant, persequutionem passi sunt, et venerunt usque ad mortem. Ponamus nobis ante oculos bonos Apostolos. Propter zelum iniquum Petrus non unum aut alterum, sed plures labores sustulit, atque ita martyrium passus

denotabat eos, qui hac vita defuncti quiescunt in Christo. Neque magis huic aetati convenit vel πρώτους, vel κορυφαίους ἀποστόλους: hae voces referunt quartum vel quintum saeculum potius quam simplicitatem saeculi apostolici; alienae sunt ab apostolicis Patribus, licet hac utatur S. Chrysostomus, oratorem magis quam Patrem agens: Πέτρος, ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων κορύφαιος, τὸ στόμα τῶν μαθητῶν, κ.τ.λ. [in Hom. de decem millium talentorum Debitore. §. 3. Opp. tom. iii. p. 4. ed. Ben.] ἀγαθοὺς igitur omnino retinendum est. WOTT. Wetstenius, Prolegom. in duas Epistolas Syriacas, p. ix. conjicit τοὺς θείους ἀποστόλους.

5. Ὁ Πέτρος] Articulum non supplevit Junius; lacuna autem est sex, ni fallor, literarum. Sic infra p. 26. l. i. libb. impr. Διὰ ζῆλον [ὁ] Παῦλος...ubi quatuor ad minimum literae perierunt.

6. ὑπήνεγκεν] Sic dedi cum Gall. post Mill. et Wott. qui Cod. MStum acriter inspicientes H videre poterant. Hodie nihil nisi ΥΠ restat. Edd. cum Junio ὑπ[έμεινεν].

7. μαρτυρήσας] De Petri et Pauli passionis tempore non liquet. Synodus Romana sub Gelasio PP. haereticos garrire ait Petrum et Paulum diverso tempore martyrio fuisse coronatos. Et tamen sic sentiebant Justinus Martyr et Irenaeus, qui, anonymo Graeco MS. teste, in Libello de Certaminibus Petri et Pauli, Paulum quinque annis post Petrum martyrio sublatum esse, tradiderunt. Sic Philastrius inter haereticos reponit, qui hebdomadis dies septem a planetis nominabant, cum tamen B. Ignatium et Justinum M. ita loqui solitos constet. COLOM. Eusebius, H.E. iii. 25..ex Dionysio Corinthiorum episcopo scribit Petrum et Paulum passos esse κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν, quod de plurium dierum intervallo explicari potest. Prudentius περὶ Στεφάνων, Hymn. xii. eodem quidem die caesos ait, sed non eodem anno. Cum Prudentio consentit Augustinus in Sermone 28. de Sanctis, (in Appendicem ab Edd. Ben. relegato, v. 241.) S. Paulum an. 66. S. Petrum autem 65. passum fuisse statuit Greswellius, *Dissertations*, iv. 258. Symeon Metaphrastes in Commentario de Peregrinationibus Petri ac Pauli, (ap. Surium ad 29 Junii,) verba Dionysii ita accipit quasi dicere voluisset Petrum et Paulum eodem die simul subiisse martyrium. In quam sententiam, ab Hieronymo olim habitam, uti constat ex ejus libello de Viris Illustr. capp. 1. et 5, dis-

νου] τόπον τῆς δόξης. Διὰ ζῆλον [καὶ ὁ] Παῦλος ὑπομονῆς βραβεῖον ὑ[πέσχ]εν, ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας, φ[υγα]δευθεὶς, λιθασθεὶς, κήρυξ γ[ενό]μενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν [τῇ] δύσει, τὸ γενναῖον τῆς

cedit Burtonus noster, et annum dat 67 vel 68 aerae vulg. *Lectures upon the Ecclesiastical History of the First Three Centuries*, vol. i. p. 320. Cf. Neander, *Geschichte der Pflanzung und Leitung der Ch. Kirche*, 312.

ib. ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης] Polycarpus in Ep. ad Philipp. §. 9. hanc locutionem usurpat, a Clemente, si Gul. Burton. audias, mutuo sumptam. Similem phrasin, τὸν ἴδιον τόπον, legas apud Ignat. Ep. ad Magn. §. 5. Cf. Act. i. 25.

2. βραβεῖον] Gallandius, qui Hesychii verba, a Suicero voce βραβεῖον indicata, male intellexerat, versionem Wottonianam ita reformandam voluit: *patientiæ certamen sustinuit*. Tu vero conf. D. Paul. ad Cor. I. ix. 24. Οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον; et Tertull. ad Martyras §. 3. 'Bonum agmen subituri 'estis, in quo agonothetes Deus 'vivus est, xystarches Spiritus 'Sanctus; corona aeternitas; 'brabium angelicae substantiae 'politia in caelis, gloria in sae-'cula saeculorum.' Opp. p. 138. ed. Rigalt.

ib. ὑ[πέσχ]εν] Libri tantum non omnes ἀπέσχεν exhibent. In MSto autem legimus Υ...ΕΝ, quare ὑπέσχεν dedi cum Millio in ejus Nov. Test. Gr. editione p. 327. Ita Wott. et Gall. quoque, qui tamen lectionem impressorum mallet si hoc permitteret Cod. MS.

ib. ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας] Discimus ex hoc loco, Paulum septies in vincula fuisse conjectum: quod apud alium auctorem non memini me legere. COTEL. Boisius interpretatur πολλάκις, numerum certum pro incerto.

3. φ[υγα]δευθεὶς] Junius legit παιδευθεὶς, atque ita Fellus et Colomesius. Cotelerius ῥαβδευθεὶς, respiciens ad II Cor. xi. 25. Sed Cod. MS. usque adhuc Φ exhibet. Wottonus τοῦ Υ quoque majorem partem se vidisse testatur. Lectionem igitur ab illo restitutam, a Gallandio probatam, dedi. Consulas Act. xiii. 50. xiv. 6. II Cor. xi. 22, 23. Sic in Ep. ad Tarsenses S. Ignatio adscripta, §. 3. Ἰωάννης δὲ ἐφυγαδεύετο ἐν Πάτμῳ. Vocem φυγαδεύειν usurpat Demosthenes in Orat. in Boeot. de Dote Matris, p. 1018. 5, 10. ed. Reiske. Si cupias plura, adeas Lobeck. ad Phrynichum, p. 385.

4. τὸ γενναῖον τῆς πίστεως ... μέγιστος ὑπογραμμός.] Ex Glossa haec esse suspicatur vir doctus; ita Anonymus [Bernardus sc.] Huic conjecturae locus non est; non enim dissentiunt ab iis quae de S. Paulo dicuntur in Sacris Scripturis, et cum re ipsa et fide historica optime conveniunt; neque quenquam male habere possunt, nisi cui in

in debitum gloriae locum ascendit. Paulus propter zelum in vincula septies conjectus, fugatus, lapi- 2 Cor. xi.
datus, patientiae praemium sustinuit; et in oriente 23—27.
ac occidente verbi praeco factus, illustrem fidei suae Rom. xv.
famam sortitus est, in justitia mundum universum 19.

animo est omnia improbare ea quae hoc in loco a S. Patre de B. Apostolo habentur. Displicet forte V. D. quod de S. Paulo dicitur, ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν, et δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον. Plurimas in oriente inter Asiaticos Graecosque B. Apostolum fundasse ecclesias docent nos Acta Apost. et Epistolae Paulinae ad ecclesias Graecas et Asiaticas missae. Inde reversus Hierosolyma, et a praefecto Judaeae ad Caesarem appellatione facta, Act. xxv. 11. Romam missus est: ibique per biennium Evangelium praedicavit, et fideles instituit: Act. xxviii. 30, 31. Postea vero, Caesaris sententia liberatus, petiit occidentales Europae partes, sicut testantur veteres. 'Sciendum autem in prima satisfactione, necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant Historiae, Paulum a Nerone dimissum, ut Evangelium Christi in occidentis quoque partibus praedicaret.' Hieron. de Eccles. Script. [§. 5. Opp. tom. ii. p. 823.] ed. Vallars.] 'Paulus Apostolus ... vocatus a Domino, effusus est super faciem universae terrae, ut praedicaret Evangelium de Hierosolymis usque ad Illyricum; et aedificaret non super alterius fundamentum, ubi jam fuerat praedicatum; sed usque ad Hispanias tenderet; et a Mari Rubro, imo ab Oceano usque ad Oceanum curreret, imitans Dominum suum, et solem justitiae, de quo legimus, *A summo coelo egressio ejus, et occursus ejus ad summum ejus;* ut ante eum terra deficeret, quam studium praedicandi.' Idem Comment. in Amos. v. [8, 9. Opp. tom. vi. p. 291. ed. Vallars.] Ὁ δὲ μακάριος Παῦλος διδάσκει συντόμως, ὅσοις ἔθνεσιν προσενήνοχε τὰ θεῖα κηρύγματα· 'ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, καὶ κύκλῳ, μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.' Ὕστερον μέντοι καὶ τῆς Ἰταλίας ἐπέβη, καὶ εἰς τὰς Σπανίας ἀφίκετο, καὶ ταῖς ἐν τῷ πελάγει διακειμέναις νήσοις τὴν ὠφέλειαν προσήνεγκεν. Theod. in Ps. cxvi. Et ἡνίκα τῇ ἀφέσει χρησάμενος εἰς τὴν Ῥώμην ὑπὸ τοῦ Φήστου παρεπέμφθη, ἀπολογισάμενος ὡς ἀθῷος ἀφείθη, καὶ τὰς Σπανίας κατέλαβε, καὶ εἰς ἕτερα ἔθνη δραμὼν, τὴν τῆς διδασκαλίας λαμπάδα προσήνεγκεν. Idem in Comm. in II Tim. iv. 17. Sic Cyrillus Hierosol. Catech. xvii. et Epiphanius Haer. xxvii. p. 107. S. Chrysostomus [Hom. i. Opp. tom. ii. p. 477. ed. Bened.] de laudibus Pauli. Τὴν οἰκουμένην προσήνεγκεν, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, καὶ Ἑλλάδα, καὶ βάρβαρον, καὶ πᾶσαν ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν, ταύτην καθάπερ ὑπόπτερός τις γενόμενος ἐπῆλθε πά-

πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν, δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν, καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου, καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός.

Plures alii Martyres.

ϛʹ. Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ὁσίως πολιτευσαμένοις

σαν, οὐχ ἁπλῶς ὁδοιπορῶν, ἀλλὰ τὰς ἀκάνθας ἁμαρτημάτων ἀνασπῶν, καὶ τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας ἀνασπείρων, τὴν πλάνην ἀπελαύνων, τὴν ἀλήθειαν ἐπανάγων. WOTT. Addas ejusdem Chrysostomi Hom. xxv. in Ep. II. ad Cor. passim. Opp. tom. x. pp. 612—617. et locum insignem de laboribus et certaminibus B. Pauli, in Hom. ix. in II. Ep. ad Tim. Opp. tom. xi. p. 717. ed. Ben.

2. ὅλον τὸν κόσμον] i. e. totum imperium Romanum, vel eos qui sunt ab Oriente ad Occidentem usque, i. e. Hispaniam caeterasque gentes ad ultimas Occidentales oras; ab Hierosolymis ad Gades usque ... τὰ δὲ Γάδειρα κεῖται μὲν κατὰ τὸ τῆς Εὐρώπης τέρμα. Philostratus. [Vit. Apollonii Tyan. §. 3.] WOTT.

ib. καὶ ἐπὶ] Junius literis miniatis; quae tamen in MSto adhuc exhibentur.

ib. τὸ τέρμα τῆς δύσεως] Italiam interpretantur Fellus, et Ruchatus qui confert Mart. Ign. 2. εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος. Hispaniam posse intelligi ostendit cl. Pearsonus in Diss. i. de Successu primorum Episcoporum, cap. viii. §. 9. Cum quo faciunt Neander, *Geschichte d. Pflanzung, &c.* 265, 268. et Guerickius, *Handbuch der Kirchengeschichte*, p. 53. De Britannia exponunt Usserius in Britann. Eccles. Antiquit. cap. i. et Stillingfleet. in Orig. Brit. cap. i. quorum sententiam, si quae particularis provincia aut regio intelligatur, praeferrent Clericus et Freyius. Arnobius autem Junior (in Ps. cxlvii.) ab his illustribus praesulibus indicatus, recentior est quam ut in hac quaestione auctoritatem illi concedere possimus.

3. ἐπὶ τῶν ἡγουμένων] Cotelerius vertit *sub principibus:* Junius, Colomesius, et Fellus, *sub Imperatoribus. Sub Nerone* explicat Salmasius. Sic etiam Coustantius, qui dubitat an locus sic vertendus sit, *cum sub principibus martyrium passus esset*, vel *cum coram principibus testimonium dixisset.* Tu vide Pearsonum ad illa verba Symboli Apostolici ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. Sin autem Neronis jussu occisi fuissent Apostoli, expectares potius ἐπὶ τοῦ Ἡγουμένου vel Αὐτοκράτορος vel Καισάρος vel denique Σεβαστοῦ. Diversa nec meliora habet Surius, qui de Galba, Othone et Vitellio exponit. Neronem et Helium intelligit Greswellius, qui locum nostrum felicissime e Dion. lxiii. 12. illustrat. οὕτω μὲν δὴ τότε ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ δύο αὐτοκράτορσιν ἅμα ἐδούλευσε, Νέ-

instruens, et ad occidentis terminos veniens; et sub praefectis urbis martyrium subiens, sic e mundo migravit, et in locum sanctum abiit, patientiae summum exemplar existens.

VI. Viris istis sancte vitam instituentibus magna

ρωνι καὶ Ἡλίῳ. *Dissertations*, iv. 257. Haec quidem vox ἡγούμενος non necessario imperatorem denotat. Wottonus et Freyius, Pearsonum secuti, Praefectos intelligunt, quales erant Romae, ultimo Neronis anno, duo Praefecti Praetorio Tigellinus et Sabinus, et cum summa potestate Helius. Vide sis libellum de Successione Pontif. Rom. I. viii. 9. Sic Tertullianus de Corona, §. 1. Opp. p. 100. ed. Rigalt. 'et reus ad 'praefectos.' Sic Cyprianus in Ep. ad Successum. Ep. 80. p. 238. ed. Fell. 'Sed et huic 'persecutioni quotidie insistunt 'praefecti in urbe, *Romana scilicet*, ut si qui sibi oblati 'fuerint, animadvertantur, et 'bona eorum fisco vindicentur.' Duos praefectos praetoriis cohortibus imposuit Nero post mortem Burri. A.C. 63. Tacit. Annal. xiv. 51.

5. μέγιστος ὑπογραμμός.] ὑπογραμμός· τύπος, μίμημα, Hesych. Hanc vocem habes infra §§. 16, 33. et apud D. Petrum in I. Ep. ii. 21. unde eamdem sumsisse videtur Polycarpus in Ep. ad Philipp. §. 8. Occurrit quoque apud auctorem II. Macc. ii. 28. ὑπογραμμὸς, inquit Le Moynius, Var. Sacr. ii. p. 512. est *parva linea vel delineatio, cui ut formae debent insistere operarii, ut recte procedat illorum opus.* Sic Clemens Alex. Paed. i. p. 148. ed. Potter. παρατιθέμενος εὐλόγου φροντίδος ὑπογραμμόν. Strom. v. p. 675. ὑπογραμμὸς παιδικός. Ad quem locum consulendus omnino magnus Bentleius in Epistola ad Joan. Millium.

6. ὁσίως] Ita se habet Cod. MStus, non quomodo a Junio et libris impressis exhibetur θείως, tam in hac, quam in altera Epistola [§ 5.] : Τί οὖν ἔστιν ποιήσαντας ἐπιτυχεῖν αὐτῶν; εἰ μὴ ὁσίως [Libb. impr. θείως], καὶ δικαίως ἀναστρέφεσθαι. Quum enim Σ et Ε haud facile a se invicem distinguantur, nemo miretur, si vel accuratissimus librarius Θ pro O, et E pro Σ legat: praesertim cum in hoc MSto, haud dubio omnium quos extare novimus vetustissimo Sacrarum Literarum Codice, transversa linea vel temporis tractu deleta, vel exesa tinea, Θ exhibet O. Neque aliunde oriri videtur varia ista in antiquissimis codicibus lectio I Tim. iii. 16. Θεὸς ἐφανερώθη· quum enim hoc modo perpetuo in hisce codicibus scribatur $\overline{\Theta\Sigma}$, transversa linea τοῦ Θ cum superiore deleta, $\overline{\Theta\Sigma}$ exhibet ΟΣ, adeo ut legatur ΟΣ ἐφανερώθη pro $\overline{\Theta\Sigma}$ (i. e. Θεὸς) ἐφανερώθη; in hoc enim MSto dubio procul semper legebatur $\overline{\Theta\Sigma}$, quod, siquis eum accuratioribus oculis inspiciat, ei facile constabit: licet illo in loco, necnon in aliis

συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες πολλὰς αἰκίας καὶ βασάνους διὰ ζῆλον παθόντες, ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν. Διὰ ζῆλος διωχθεῖσαι γυναῖκες †Δαναΐδες καὶ Δίρκαι† αἰκίσματα δεινὰ καὶ ἀνόσια παθοῦσαι, ἐπὶ τὸν τῆς π[ί]στεως βέβαιον δρόμον κατήντη[σαν], καὶ ἔλαβον γέρας γενναῖον αἱ ἀσθενεῖς τῷ σώματι. Ζῆλος ἀπηλλοτρίωσεν γαμετὰς ἀνδρῶν, καὶ ἠλλοίωσεν τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀδάμ, "Τοῦτ[ο] νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν

haud paucis, Junius, diligentia minime probanda, recentiore calamo utramque lineam duxerit. WOTT. De hac correctione primus conquestus est Grabius. Millius et Berrimannus affirmant se vestigia virgulae per literam *Theta* ductae videre potuisse. Contra autem Wetstenius, Prolegom. p. 22. contendit nullam talem lineolam extare, veramque lectionem Codicis Alex. esse ΟΣ non ΘΣ. Tu confer omnino Woidii Notitiam Codicis Alexandrini, ed. Spohn. Lips. 1788. p. 181.

1. πολλὰς αἰκίας καὶ βασάνους] Ita rescribendum viderunt editores omnes pro lectione plane vitiosa quam praebet Cod. MStus, πολλαῖς αἰκίαις καὶ βασάνοις.

3. ἐγένοντο ἐν ἡμῖν.] Russelius ex his verbis colligit, S. Petrum Romae fuisse, et ibidem martyrium subisse.

4. Δαναΐδες καὶ Δίρκαι] Ita Cod. MS. atque ita cum Wottono Gallandius. Caeteri omnes cum Junio exhibent Δίρκη. Has voces, tanquam prorsus alienas a S. Patre, Wakius et Chevallierius in versionibus suis penitus omittunt. Si omnino retinendae sunt, Junius particulam ὡς praemissam vult. Δανάη τε καὶ Δίρκη emendat Cotelerius, probante Colomesio. Legendum esse εὐσεβεῖς καὶ πισταί conjicit Boisius; ἁγναί τε καὶ δίκαιαι Davisius. Clericus, Artis Criticae Part. III. Sect. iii. Cap. 5. §§. 14, 15. jubet nos scribere ἄνευ αἰδοῦς καὶ δίκης *sine reverentia et jure*, h. e. irreverenter habito sexu inferiore, et contra jus et fas. Suschkius ex Act. xvii. 34. et ix. 36. Δάμαρις καὶ Δορκὰς restituendum esse conjectat. Feuerleinius suspicatur locum culpa librarii laborare, et nomina haec e loco suo paullo infra sursum mota fuisse; lectionem igitur ita refingit...Ζῆλος ἀπηλλοτρίωσεν Δαναΐδας καὶ Δίρκην γαμετὰς ἀνδρῶν. Sed hisce et talibus conjecturis neminem facile subscripturum esse puto. Wottonus, hoc nisus argumento, sc. nomina non minus Ethnica legi in Ep. ad Rom. xvi., Coustant., et Tillemont. *Mémoires*, ii. 119. quibus, si recte memini, adstipulatur vir doctissimus mihique amicissimus Bleekius, Professor Bonnensis, satis verisimile esse ducunt Danaën et

electorum multitudo aggregata est, qui supplicia multa et tormenta propter zelum passi, exemplar optimum inter nos exstiterunt. Propter zelum mulieres persequutionem passae Danaides et Dircae postquam gravia et nefanda supplicia sustinuissent, ad firmum fidei cursum pertigerunt, et debiles corpore nobile praemium acceperunt. Zelus uxorum animos a maritis abalienavit, et dictum patris nostri Adami mutavit: *Hoc jam os ex ossibus meis, et* Gen. ii. 23.

Dircen illustres fuisse foeminas aliunde quidem nobis ignotas, quae prima persecutione a Nerone excitata martyrio coronatae fuerint. Ego sane, cum Ruchato, et Ruinarto, Act. Sinc. Mart. p. 2., nullus dubito quin haec nomina in contextum a margine irrepserint. Errori autem huic Junius suspicatur ansam praebuisse Clem. Alex. lectionem, qui iv. Strom. [§. 19. Opp. pp. 617, 618. ed. Potter.] dum repetit quae infra sub finem hujus epistolae habentur [§. 55.] et hujus loci ἐξηγητικά sunt, post exempla Judith et Esther, addit e prophana historia, et poetarum fabulis, fortium mulierum facta nonnulla, quae gladios, ignes, et tormentorum cruciatus, constanti animo et masculo contempserunt, (quod etiam in libro ad Martyras [§. 4.] a Tertulliano factum esse deprehenditur) inter quas, Danai filias, et Danaidis authorem memorat, qui illarum historiam carmine heroico conscripsit. Audiendus autem omnino est Birrius, qui contra monet, Dirces quidem mentionem nullam fieri a Clemente Alexandrino, Danaidas vero non in patientiae, sed audaciae muliebris in armis tractandis exemplum proponi.

5. τὸν τῆς πίστεως] τῆς omisit Wottonus, et post eum Gallandius. Legitur autem in Cod. MSto. Junius, deleta praepositione, mavult, τὸν τῆς πίστεως βέβαιον δρόμον κατήντησαν legere, alludendo ad illud D. Pauli in Epistola secunda ad Timotheum iv. 7. vel ἐπὶ in εἰς mutatum vult, ut infra §. 23. εἰς πέπειρον καταντᾷ, et ut D. Paulus ad Ephes. iv. 13. et ad Philipp. iii. 11. Nihil autem mutandum recte vidit Wottonus, qui confert Cyprianum [Epist. vi. ed. Fell.] 'Beatas etiam foe-'minas, quae vobiscum sunt in 'eadem confessionis gloria con-'stitutae, quae Dominicam fi-'dem tenentes, et sexu suo 'fortiores, non solum ipsae ad 'coronam proximae sunt, sed 'et caeteris quoque foeminis 'exemplum de sua constantia 'praebuerunt.'

7. αἱ ἀσθενεῖς] Cyprian. de Lapsis. p. 122. T. ed. Fell. 'foeminae...quae cum saeculo 'dimicantes sexum quoque 'vicerunt.'

9. Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν] Ita Cod. Alex. Gen. ii. licet aliter exhibeatur in Bibliis Po-

"ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου." Ζῆλος καὶ ἔρις πόλεις μεγάλας κατέστρεψεν, καὶ ἔθνη μεγάλα ἐξερρίζωσεν.

Ad resipiscentiam hortatur, veniae spem promittens.

Ζ′. Ταῦτα, ἀγαπητοί, οὐ μόνον ὑμᾶς νουθετοῦντες ἐπιστέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς ὑπομιμνήσκον[τες]· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐσμεν σκάμμα[τι,] καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ἐπίκει[ται.] Διὸ ἀπολείπωμεν τὰς κενὰς [καὶ] ματαίας φροντίδας, καὶ ἔλθω[μεν] ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τ[ῆς ἁγίας κλή]σεως ἡμῶν κανόνα.

lyglottis: τοῦτο νῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου. omisso ὀστοῦν. Agnoscit enim ὀστοῦν eo in loco Cod. MStus eadem manu, licet minutiori charactere, in margine exaratum. Cf. Grabium, Proleg. in LXX. cap. i. §. 8. WOTT.

1. Ζῆλος καὶ ἔρις] S. Paulus ad Cor. II. xii. 20. μήπως ἔρεις, ζῆλοι, κ. τ. λ. ad Galat. v. 20. ἔρεις, ζῆλοι....

3. ἐξερρίζωσεν] Wottonus ἐξερίσωσεν, Codex enim MStus duplicem ρ in hujusmodi vocibus non exhibet; et quidem in Codd. vetustioribus geminatio hujus literae saepissime locum non habet, uti docet Bastius in Comm. Palaeogr. Jortinus opinatur Clementem Horatii Carm. I. xvi. 16—20. in animo habuisse. Sirachides, xxviii. 14. Γλῶσσα....πόλεις ὀχυρὰς καθεῖλε, καὶ οἰκίας μεγιστάνων κατέστρεψε.

4. Ταῦτα, ἀγαπητοὶ κ. τ. λ.] Hic, mutato stylo, superioris objurgationis asperitatem, blandiore alloquio lenit et emollit. Sic Christus exemplo suo Apostolos instituit; quos interdum laudat, et beatos praedicat, interdum vero acriter increpat et objurgat. Sic Apostolus Clementem docuit, qui saepenumero in epistolis suis, ut Chrysostomus in Epist. ad Galat. [cap. 1. §. 1. Opp. tom. x. 658. ed. Ben.] κατ' ἴχνος τοῦ διδασκάλου βαίνων ποικίλλει τὸν λόγον, πρὸς τὴν τῶν μαθητευομένων χρείαν, νῦν μὲν καίων καὶ τέμνων, νῦν δὲ προσηνῆ φάρμακα ἐπιτιθείς· νῦν μὲν ἐν ῥάβδῳ νῦν δὲ ἐν ἀγάπῃ καὶ πνεύματι πραότητος ἐρχόμενος, ut de seipso ad Corinthios loquitur. JUN. Videtur innuere non tantum in Corinthiaca, sed et Romana Ecclesia consimiles subortas esse contentiones insurgentium inferiorum in superiores, aut saltem semina ambitionis nonnulla jam observari, quae sint mature reprimenda. FREY.

5. ὑπομιμνήσκοντες] Ita dedit Colomesius, lectore non monito. Jun., Fell., et Cotel, ὑπομνήσκοντες, quam vocem non Graecam exhibet Cod. MS. ex oscitantia librarii, qui a priore M ad posteriorem oculos suos convertit, lapsis literis I M. Clericus emendat in futuro ὑπομνήσοντες, quod, ut vidit Gallandius, minus apte cohaeret cum praecedente νουθετοῦντες.

6. σκάμματι] ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι σκάμματι proverbialis est

caro ex carne mea. Zelus et contentio urbes magnas evertit, et gentes magnas funditus delevit.

VII. Haec, charissimi, non tantum ut vos officii vestri admoneamus, scribimus, sed ut nos ipsos commonefaciamus; in eadem enim arena versamur, et certamen idem nobis impendet. Quare inanes et vanas curas relinquamus, et ad gloriosam et venerandam sanctae vocationis nostrae lineam veniamus:

locutio, aut similis proverbiali; et eo haec spectant omnia, ut et praecedentium mitigetur asperitas, et ad ea quae sequuntur mollior aditus praestruatur. Ἐν τῷ αὐτῷ ἐσμεν σκάμματι inquiunt Romani ad Corinthios, hoc est, non haec securis animis scribimus, ac si extra teli jactum positi essemus ipsi, aut a nullis nobis hostibus, nullis periculis amplius metueremus: *sumus et nos in eodem vobiscum stadio,* necdum omnibus certaminibus defuncti. Quocirca, dum vos monemus, etiam nosmetipsos excitamus quodammodo, atque expergefacimus. BOIS. *In eodem stadio versamur,* inquit doctissimus Junius, qui una cum Fabro recte nos docet, σκάμμα non tantum locum certaminis et agonis, sed certamen ipsum significare. Cum vero sciamus ex Julio Polluce, vocem hanc κυρίως dici περὶ πεντάθλου ἁλτικοῦ, et una conjungantur apud eum σκάμμα et κανὼν, ut scilicet sit τὸ μέτρον τοῦ πηδήματος κανὼν, ὁ δὲ ὅρος τὰ ἐσκαμμένα, quas voces hic simul positas videmus, malumus τὸ σκάμμα *arenam* vertere; quandoquidem, licet in stadio omnia exercitiorum genera celebrari solerent, tamen ad cursores peculiari magis jure spectare videbatur. Sed quia de usu σκαμμάτων a Scriptoribus agonisticis altum fere est silentium, breviter adnotandum duco, in athletarum saltu, non rationem habitam quousque quis prorsum emicaret, sed ut sursum et in altum subsiliret; qua ex parte quando satisfactum, tunc demum de emenso spatio contendere licebat; siquidem quicunque, praeteritis sulcorum obicibus, compendia quaerebat, inanem lusisse operam, atque esse ἔξω τῶν σκαμμάτων dicebatur. FELL. Wakius et Chevallier. interpretantur *in the same lists.* Herzogius, *Denn in gleicher Laufbahn stehen wir.* Ruchatus, *nous sommes dans le même danger.* Hanc quoque vocem e Patribus Graecis mutuatus est Tertullianus; Vide supra p. 26. not. 2. 'Itaque 'epistates vester Christus Jesus, 'qui vos Spiritu unxit, et ad 'hoc *scamma* produxit, voluit 'vos ante diem agonis ad duri- 'orem tractationem a liberiore 'conditione seponere, ut vires 'corroborarentur in vobis.' Ad Martyras §. 3. Opp. p. 138. ed. Rigalt.

9. τῆς ἁγίας κλήσεως] Ita post Junium libri omnes: quae lectio mihi saepius et summa qua

[Βλέπω]μεν τί καλὸν, καὶ τί τερπνὸν, [καὶ προ]σδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ ποι[ήσαντ]ος ἡμᾶς. [Ἀτενίσ]ωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, [καὶ ἴδ]ωμεν ὡς ἔστιν τίμιον τῷ Θεῷ [αἷμα] αὐτοῦ, ὅτι διὰ τὴν ἡμετέραν [σωτ]ηρίαν ἐκχυθὲν, παντὶ τῷ κό[σμ]ῳ μετανοίας χάριν ὑπήνεγκεν. [Ἀνέλθ]ωμεν εἰς τὰς γενεὰς πάσας, [καὶ κα]ταμάθωμεν ὅτι ἐν γενεᾷ [καὶ] γενεᾷ μετανοίας τόπον ἔδω[κ]εν ὁ Δεσπότης τοῖς βουλο-

potui cura MSti relliquias inspicienti verisimillima esse videtur. Juvat tamen cl. Millii de hoc loco sententiam exscribere. 'Lacuna non nisi sex 'aut septem literarum est. 'Ideoque τ[ελειώ]σεως legen- 'dum mallem, quod inter cae- 'tera apud Ecclesiasticos Scrip- 'tores *Baptismum* significat, 'cujus κάνων seu *regula* κενῶν 'καὶ ματαίων, de quibus hic 'sermo, φροντίδων renuntiatio- 'nem inprimis postulabat.'

ib. κανόνα.] Vox, siqua alia, agonistica, ut supra adnotavimus, quomodo perpetuo fere a D. Paulo, scil. II. Cor. x. 13, 15, 16. Gal. vi. 16. usurpatur; idem fere quod γραμμή, et aliquando quod σκάμμα. Satis ergo infeliciter *normam* reddidit interpres [Junius:] nos *regulam* substituimus, voce aliquantum latius patente. FELL. Videtur S. Polycarpus, qui plurimis in locis Epistolae suae ad Philipp. pene ipsis Clementis vestigiis insistit, respexisse ad hunc locum, cum scribat, [§. 7,] Διὸ ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν, καὶ τὰς ψευδοδιδασκαλίας, ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν. Nemo igitur jure suspicari potest, quin haec sit ipsa epistola a Patribus celebrata, et publice in Ecclesia lecta, quum toties in unica eaque brevissima epistola, ad eam alludat necnon eam citare videatur S. Polycarpus, B. Clementi σύγχρονος. WOTT.

2. Ἀτενίσωμεν] Sic supplevit Junius, quem sequuntur Edd. omnes. Gallandius quidem suspicatur S. Patrem respexisse ad illud Heb. xii. 2. ideoque veram lectionem esse Ἀφορῶμεν. Certe vulgata mihi verisimilior esse videtur, utpote longe aptior ad spatium lacunae in Cod. MSto adimplendum. Ἀτενίζωμεν habet Bullus, qui hunc locum ad ὑπήνεγκεν affert Exam. Cens. Respons. ad Animadv. vii. §. 24. Operae pretium est verba magni viri apponere. 'Digna 'mihi semper visa sunt haec 'verba, quae aureis literis exa- 'rentur, atque a verae theolo- 'giae studiosis aeternae memo- 'riae mandentur; utpote quae 'maxime genuinam satisfac- 'tionis Christi notionem ab 'Apostolorum συμμύστῃ expli- 'catam contineant. In prae- 'senti non vacat mihi osten- 'dere, quam hoc viri apostolici 'testimonium omnem contro-

quid pulchrum, quid jucundum, et acceptum coram opifice nostro sit, videamur. Sanguinem Christi intentis oculis intueamur, et quam pretiosus Deo sit ejus sanguis, consideremus, qui propter nostram salutem effusus toti mundo poenitentiae gratiam obtulit. Recurramus ad omnes mundi aetates, et discamus, quod in omni generatione, volentibus ad ipsum converti, Dominus poenitentiae locum con-

‘versiam paucis verbis dirimat de satisfactione Christi, adversus tum impios Socinistas, tum alios, qui Socini Charybdim vitantes in Scyllam haud certe minus periculosam inciderunt. Prudens lector illud per se intelligere potis erit. Duo tantum inde colligo, quae ad propositum nostrum quam maxime spectant; 1. Satisfactionem Christi neminem ipso facto liberare, sed illud tantum efficere, ut quivis sub conditione et lege poenitentiae a peccati reatu liberari possit. 2. Non obstante satisfactione Christi, gratiae et misericordiae Dei deputandum esse, quod homini peccatori poenitentiae copiam largiatur, vel (ut mox se explicat Clemens) *μετανοίας τόπον* concedat, hoc est, credentem, et de peccatis poenitentiam agentem remissione peccatorum beare velit. Ideo scil. *μετανοίας χάριν* dixit, ut gratuitum Dei actum in hoc negotio exprimeret. Hoc vero illud ipsum est, quod dicimus, posita satisfactione Christi, remissionem peccatorum esse gratuitam.’

4. *τῷ Θεῷ* [*αἷμα*] *αὐτοῦ*] Mavult Bleekius *τῷ Θεῷ* [*πατρὶ*] *αὐτοῦ*... S. Petrus, Epist. I. i. 19. appellat sanguinem Domini nostri Jesu Christi *τίμιον αἷμα*.

6. *Ἀνέλθωμεν εἰς τὰς γενεὰς*] Ita pro *Ἀτενίσωμεν* reposuit Wottonus, quem sequitur Gallandius. Recte, ut mihi videtur; *ἀνέλθωμεν* enim vel *ἀνίωμεν* magis accommodum est *τῷ*, *εἰς τὰς γενεὰς πάσας* quae jam praeteritae fuerunt; et supplementum quinque literarum longe melius cum lacunae spatio congruit. *ἀναβῶμεν* de suo dederat Davisius.

7. *ἐν γενεᾷ* [*καὶ*] *γενεᾷ*] More Hellenistico. Hebraei habent עד ועד vel עלם ועלם *generatio et generatio*, pro *generatio a generatione* et *omnes generationes*: quam loquendi formam secuti fuerunt Novi Testamenti Scriptores, et Patres, eoque frequentius, quo quis propius accedit ad apostolicum saeculum. WOTT.

8. *μετανοίας τόπον*] Junius *τύπον* legendum esse censet, et autumatur S. Patrem imitatatum fuisse illud Ecclesiastici xliv. 16. *Ἐνὼχ εὐηρέστησε Κυρίῳ, καὶ μετετέθη ὑπόδειγμα μετανοίας ταῖς γενεαῖς*. Equidem Junii conjectura minime esset rejicienda, modo de patriarchis occurrissent haec verba eo in loco, ubi proponuntur Corinthiis digni quorum exempla

μένοις ἐπιστραφῆναι ἐπ' αὐτόν. Νῶε ἐκήρυξεν μετάνοιαν, καὶ οἱ ὑπακούσαντες ἐσώθησαν. Ἰωνᾶς Νινευΐταις καταστροφὴν ἐκήρυξεν, οἱ δὲ μετανοήσαντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν ἐξιλάσαντο τὸν Θεὸν ἱκετεύσαντες, καὶ ἔλαβον σωτηρίαν, καίπερ ἀλλότριοι τοῦ Θεοῦ ὄντες.

Continuatio.

Η'. Οἱ λειτουργοὶ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ διὰ Πνεύματος Ἁγίου περὶ μετανοίας ἐλάλησαν· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Δεσπότης τῶν ἁπάντων περὶ μετανοίας ἐλάλησεν μεθ' ὅρκου· "Ζῶ γὰρ ἐγώ, λέγει Κύριος, οὐ βούλομαι τὸν "θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν·" προστιθεὶς καὶ γνώμην ἀγαθήν, "Μετανοήσατε οἶκος Ἰσ-

sequerentur. Minime vero ferenda est haec emendatio in hoc loco; sive enim ad immediate praecedentia, sive ad proxime sequentia verba attendamus, τόπον omnino retinendum jure censebimus. Docet enim Corinthios S. Pater, redemptionem partam fuisse Christi sanguine; nemini denegatam esse gratiam poenitentiae, Redemptionem hanc et gratiam universalem ad omnia tempora non secus ac loca extendi; adeo ut ex ejus virtute per omnia saecula locus esset poenitentiae, neque deessent, qui authoritate Dei muniti poenitentiam ac peccatorum remissionem praedicarent; eosque adhortatur, ut percurrant omnes, quae jam praecesserant, generationes; et exinde ediscant Deum per generationem et generationem omnibus qui voluerunt ad ipsum converti dedisse τὸν τόπον τῆς μετανοίας. Quae omnia, aliena prorsus a τὸν τύπον ἔδωκεν, optime conveniunt cum τὸν τόπον ἔδωκεν. Quam phrasin potius ab Epistola ad Hebraeos, ubi occurrit τόπον μετανοίας οὐχ εὗρεν, [xii. 17.] petitam fuisse censeo, quam depromptam ex Ecclesiastico libro quem haud usquam citat Clemens noster; aut allusionem fieri ad morem primaevae Ecclesiae, ubi locus suus poenitentibus assignabatur, donec, praestita satisfactione, cum Deo et Ecclesia ejus conciliarentur, ac privilegiis Ecclesiae restituerentur. Quod si ex aliquo libro Apocrypho petitam fuisse censeat hanc phrasin, quare non ex libro Sapientiae? ubi legimus, κρίνων δὲ καταβραχὺ ἐδίδους τόπον μετανοίας, xii. 10. et δοὺς χρόνους καὶ τόπον δι' ὧν ἀπαλλαγῶσι τῆς κακίας, 20. Non igitur alia videtur esse causa, quare τύπον loco τόπον substituendum esse vellet Junius, nisi quod μετανοίας τόπον ἔδωκεν ὁ Δεσπότης τοῖς βουλομένοις ἐπι-

cesserit. Noe poenitentiae praeco fuit, et qui ei obtemperarunt, salvati sunt. Jonas Ninivitis excidium praedicavit, illi autem peccatorum poenitentiam agentes, precibus Deum placarunt, et salutem consecuti sunt, licet alieni a Deo essent. 2 Pet. ii. 5. Jon. iii.

VIII. Divinae gratiae ministri Spiritu Sancto afflati de poenitentia loquuti sunt. Ipse etiam rerum omnium Dominus cum juramento de poenitentia loquutus est, *Vivo, inquit Dominus, nolo mortem peccatoris, sicut poenitentiam*; addens insuper dictum egregium, *Resipiscite domus Israel ab iniquitate* Ezech. xxxiii. 11. Ezech. xviii. 30.

στραφῆναι ἐπ' αὐτὸν aperte contrariatur doctrinae de electione et reprobatione absoluta, cui favebat Calvini studiosus. WOTT.

2. καὶ οἱ ὑπακούσαντες] Deest οἱ in Libb. impr. si Wott. Galland. et Schoenemann. excipias.

7. Οἱ λειτουργοὶ κ. τ. λ.] Prophetas videtur intelligere. LABB.

9. ὁ Δεσπότης τῶν ἁπάντων] Hermas, Past. III. ix. 23. "Dominus noster *qui dominatur* *omnium rerum*."

10. Ζῶ γὰρ ἐγὼ] Haec verba citantur ex Ezech. xxxiii. 11. sed non αὐτολεξεί: habent enim LXX Intt.: Ζῶ ἐγὼ, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος ... MS. Alex. (Ζῶ ἐγὼ, τάδε λέγει Κύριος ... MS. Vat. Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος Κύριος ... ed. Complut.) οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, Cod. Alex. (ἀσεβοῦς Vat.) ὡς τὸ ἀποστρέψαι τὸν ἀσεβῆ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν αὐτόν. (Vat. omittit τῆς πονηρᾶς.) WOTT.

12. Μετανοήσατε οἶκος Ἰσραὴλ] Haec et sequentia verba nullibi habentur in Sacris Scripturis totidem verbis. Recta sane videtur esse conjectura Junii hoc in loco, plura loca ex Sacris Literis in hanc unam citationem compingi: quod non est alienum, aut a Patribus, aut a S. Paulo. Vide Rom. iii. 10—18. quae quidem ex variis locis citata, Ps. xiv. 1—3. liii. 1. v. 9. cxl. 3. x. 7. Prov. i. 16. Is. lix. 7, 8. et Ps. xxxvi. 1. a S. Paulo in unam citationem compinguntur. Nescio autem quo modo leguntur simul in versione LXX. Ps. xiv. licet neque in Ps. liii. pene ad verbum eodem, neque in textu Hebraeo habeantur. Quod ad hanc S. Clementis citationem attinet, peti videtur ex Ezech. xviii. 30. Κρινῶ ὑμᾶς, οἶκος Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος· Ἐπιστράφητε, καὶ ἀποστρέψατε ἐκ πασῶν τῶν ἀσεβειῶν ὑμῶν· pro quo Clemens, μετανοήσατε οἶκος Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν. Ex Ps. ciii. 10, 11. Οὐ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡ-

“ ραὴλ ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν. Εἶπον τοῖς υἱοῖς τοῦ
“ λαοῦ μου, ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς
“ ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐὰν ὦσιν πυρρότεραι κόκκου,
“ καὶ μελανώτεραι σάκκου, καὶ ἐπιστραφῆτε πρός με
“ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ εἴπητε, Πάτερ, ἐπακούσομαι
“ ὑμῶν, ὡς λαοῦ ἁγίου.” Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει
οὕτως, “Λούσασθε καὶ καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλεσθε τὰς
“ πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀ-
“ φθαλμῶν μου· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν,
“ μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε
“ ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ, [κ]αὶ δικαιώσατε
“ χήρᾳ, καὶ δεῦτε καὶ †[δι]ελεχθῶμεν†, λέγει· καὶ ἐὰν
“ ὦσιν [αἱ] ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, [ὡς] χιόνα

μῖν· ὅτι κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκραταίωσε τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Clemens, *ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ.* WOTT. Testimoniorum e Libris Sacris desumptorum confusionem haud absimilem notat Menardus ad S. Barnabae Ep. §§. 5, 11.

3. *καὶ ἐὰν ὦσιν πυρρότεραι —λαοῦ ἁγίου.*] Haec verba in Sacris Literis nullibi occurrunt: similia sunt iis quae in Is. i. legimus, paulo infra ab ipso Clemente citata. Clemens Alex. citat quaedam his haud absimilia, in Libro, *Quis dives salvetur:* [§. 39. p. 957. Opp. ed. Potter.] *Διὸ καὶ κέκραγεν· Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν· οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν. Κἂν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν ἔριον, ὡς χιόνα λευκανῶ· κἂν μελάντερον τοῦ σκότους, ὡς ἔριον λευκὸν ἐκνίψας ποιήσω.* Quae hic sequuntur, *καὶ ἐπιστραφῆτε . . . . . ὡς λαῷ ἁγίῳ,* vel potius *λαοῦ ἁγίου,* videntur citari ex Jer. iii. 19, 22. *Καὶ εἶπα, Πατέρα καλέσετέ με, καὶ ἀπ᾽ ἐμοῦ οὐκ ἀποστραφήσεσθε· ἐπιστράφητε υἱοὶ ἐπιστρέφοντες, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν.* Clemens autem Alex. [Paedag. i. 10. p. 150. ed. Potter.] citat haec ipsa verba ex Propheta Ezech. *Τῇ δὲ παραμυθίᾳ παρηγορεῖ τὰ ἁμαρτήματα· μειῶν μὲν τὴν ἐπιθυμίαν, ἅμα δὲ καὶ ἐλπίδα ἐνδιδοὺς εἰς σωτηρίαν· φησὶ γὰρ διὰ Ἰεζεκίηλ· Ἐὰν ἐπιστραφῆτε ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ εἴπητε, Πάτερ, ἀκούσομαι ὑμῶν ὡς λαοῦ ἁγίου.* Si quis igitur velit haec petita fuisse ex Apocrypho aliquo Ezechielis libro, nullas contra illum lites movebo, cum dudum observarit Photius, *ὅτι ῥητά τινα ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς ξενίζοντα παρεισάγει· ὧν οὐδὲ ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς.* WOTT. Locus ille Ezechielis vel deest in libris nostris, vel desumptus est ex altero

vestra. Dic filiis populi mei, si peccata vestra a Ps. ciii. 10,
terra ad coelum usque pertingant; si cocco rubriora 11.
et cilicio nigriora fuerint, et ad me ex toto corde Jer. iii. 19
conversi fueritis et dixeritis, Pater, tanquam po- —22.
pulo sancto aurem vobis praebebo. Et in alio loco,
sic dicit, *Lavamini, mundi estote, auferte mala ex* Esai. i. 16
animabus vestris ab oculis meis; quiescite a mali- —20.
tiis vestris, discite facere bonum, quaerite judicium, liberate oppressum, judicate pupillo, et justificate viduam: et venite, colloquamur, dicit Dominus: et si fuerint peccata vestra quasi phoenicium, sicut

Ezechielis volumine, quod is, Josepho teste, [Antiq. x. 5.] scripserat, quodque inter Apocrypha recenset Synopsis Athanasia, vel potius Eusebiana. Sic Esdrae locum laudat Justinus M. in Dialogo cum Tryphone, apud Lactantium Latine versum iv. 18. quem in Codd. nostris incassum quaeras. Alium citat ex Sophonia Clemens Alex. Strom. v. [h. e. ni fallor, iii. 12. p. 550. ed. Potter.] qui in ejus vaticinio non comparet. Hunc desumptum esse suspicor ex Sophoniae Prophetia, vel Apocalypsi, inter Libros Apocryphos memorata, in Canone Scripturarum Nicephoro Patriarchae C. P. tributo, et in MS. Bibliothecae Baroccianae. COLOM. Non est cur haec ex Apocryphis petita fuisse existimemus; Prophetiae sensum exhibet Clemens verbis mutatis, uti vidit Potterus.

4. μελανώτεραι] Sic Cod. MS. Hanc formam habes saepius apud LXX. et apud Strabonem, xvi. §. 12.

6. ὡς λαοῦ ἁγίου.] Cod. MS. exhibet ΛΑΩΑΓΙΩ, quam lectionem ita corrigendam esse viderunt editores omnes. Sic Clem. Alex. quoque haec verba laudat Paedag. i. 10. p. 152. ed. Potter.

12. †[δι]ελεχθῶμεν†] Ita se habet Cod. MStus hoc in loco; at Esai. i. 18. διελεγθῶμεν; adeo ut utroque in loco facile crediderim legendum esse cum Vat. Cod. διελεγχθῶμεν, [sic legendum. CLER.] in altero loco omisso γ, in altero χ, et eo modo legisse LXX Intt. licet Ald. habeat διαλεχθῶμεν. Chrysostomus et Basilius proculdubio legerunt διελεγχθῶμεν. Tertullianus in libro primo ad Uxorem [§. 8.] *Venite disputemus*—et in libro quarto contra Marcionem [§. 14.] *Venite conciliemur.* Legit posteriore in loco διαλλαχθῶμεν. WOTT. Versio Vulgata exhibet *Venite et arguite me, dicit Dominus.*

ib. λέγει] Colomesius et Freyius in contextu addunt ex LXX. ὁ Κύριος, quas voces ad oram libri exhibent Fellus et Gallandius.

« λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευ« κανῶ· καὶ ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ « ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ « εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ « στόμα Κυρίου ἐλάλησεν ταῦτα.» Πάντας οὖν τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτοῦ βουλόμενος μετανοίας μετασχεῖν, ἐστήριξε τῷ παντοκρατορικῷ βουλήματι αὐτοῦ.

Exempla resipiscentiae et obedientiae proponit.

Θʹ. Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἱκέται γενόμενοι τοῦ ἐλέους καὶ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, προσπέσωμεν καὶ ἐπιστρέψωμεν ἐπὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ, ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν, τήν τε ἔριν, καὶ τὸ εἰς θάνατον ἄγον ζῆλος. Ἀτενίσωμεν εἰς τοὺς τελείως λειτουργήσαντας τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ αὐτοῦ. Λάβωμεν Ἐνὼχ,

Enoch.

8. ὑπακούσωμεν] Sic cum Cod. MSto Wotton. Galland. et Schoenem. Caeteri, Junium secuti, ἐπακούσωμεν, quam lectionem Boisius jampridem ex conjectura correxerat. Millius quoque et Grabius verum perspexerunt, unde mirum videtur Junium vocem intulisse, quae, ut Wottonus monet, nullibi in Novo Testamento occurrit, ad cujus phraseologiam, praecipue Epistolarum Paulinarum, S. Pater quam proxime accedit. ὑπακούειν usurpat Clemens noster §. 7.

11. οἰκτιρμοὺς] Sic lege, siquidem ita vulgo obtinuit. ἀναλογικώτερον οἰκτειρμούς. [quam scripturam exhibet Cod. MS.] MILL.

12. ματαιοπονίαν] Forte ματαιολογίαν. JUN. Ad hunc locum respexit S. Polycarpus, qui in Ep. sua ad Philipp. [§. 2.] haec habet: Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας δουλεύσατε τῷ Θεῷ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ, ἀπολιπόντες τὴν κενὴν ματαιολογίαν, καὶ τῶν πολλῶν πλάνην. Unde haud incertus conjecturae locus est, legendum esse hoc in loco ματαιολογίαν potius quam ματαιοπονίαν. WOTT.

ib. τὸ—ἄγον ζῆλος.] τὸν ἄγοντα ζῆλον mallent Bois. Fell. Colom. Wott. Frey. Cotel. Coust. Russ. et Gall. Vide supra notata ad §. 4. p. 20. l. 13.

13. Ἀτενίσωμεν] Ἀτενίζωμεν COLOM. Edv. Bernard. quem ut Anonymum in editione priore citat, litera autem B. in altera designat Clericus, Epistolam nostram hic ex Clemente Alex. interpolatam esse summa fiducia pronuntiat. 'Irriti tamen,' ut Wottoni verbis utar, 'sunt hujus conatus. 'Qui enim hoc modo ex Cle-

nivem dealbabo, et si fuerint ut coccinum, sicut lanam dealbabo. Et si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis; si autem noluerilis, neque exaudiveritis me, gladius devorabit vos: os enim Domini loquutum est haec. Volens igitur omnes dilectos suos poenitentiae participes fieri, omnipotente sua voluntate stabilivit.

IX. Quare magnificae ejus et gloriosae voluntati obsequamur, et suppliciter misericordiam et benignitatem ejus implorantes, relictis vanis operibus, contentione et aemulatione quae ad mortem ducit, ad miserationes ejus advolvamur et convertamur. Fixis oculis intueamur eos, qui magnificae ejus gloriae perfecte inservierunt. Sumamus Enoch, qui Gen. v. 24.

'mente Alex. arguit, aut eum 'non probe novit, aut mala 'fide agit. Eadem enim ra'tione actum erit de authentia 'et fide eorum omnium, qui a 'Clem. Alex. usquam citantur, 'scriptorum. Nemo enim Pa'trum majore licentia usus est 'in citandis Authoribus, sive 'Sacris, sive Ethnicis; cum ei 'in more sit, non integra au'thorum verba semper recitare, 'sed pro arbitrio suo nunc con'trahere, nunc de suo inserere, 'alia omittere, alia variis modis 'mutare. Hinc legimus, Paedag. ii. [§. 10. p. 233. ed. Potter.] Ἄνθρωπος γοῦν ἦν τις, ὁ Κύριος διηγούμενος λέγει, πλούσιος σφόδρα, ὃς ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς· οὗτος ὁ χόρτος ἦν· πτωχὸς δέ τις ὀνόματι Λάζαρος ἐβέβλητο εἰς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἡλκωμένος, ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι ἐκ τῶν πιπτόντων τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου· οὗτός ἐστιν ἡ πόα· ἀλλ' ὁ μὲν ἐκολάζετο ἐν ᾅδου, ὁ πλούσιος, μετέχων τοῦ πυρός· ὁ δὲ ἀνέθαλλεν ἐν κόλποις τοῦ Πατρός. Cf. Luc. xvi. a vers. 19. ad finem, et in eodem Strom. [iv. 6. p. 578. ed. Potter.] Σοφῶς δὲ ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τὸν πλούσιον, τὸν θησαυρίζοντα εἰς τὰς ἀποθήκας, καὶ πρὸς ἑαυτὸν λέγοντα, ἔχεις ἀγαθὰ πολλὰ ἀποκείμενα εἰς ἔτη πολλά· φάγε, πίε, εὐφραίνου, ἄφρονα κέκληκεν· ταύτῃ γὰρ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου παραλαμβάνουσιν· ἃ οὖν ἡτοίμασας τίνος γένηται; Luc. xii. a vers. 16. ad 22. 'Sed non 'opus est, ut plura proferamus 'de re nota adeo iis, qui Cle'mentem Alexandrinum vel in'spexerunt. Clemens igitur 'Romanus, dum Epistolam ad 'Hebraeos imitatur, latius de'pingit S. Patriarcharum mo'res, fidemque praedicat; quae 'in citando pro more suo con'trahit Alexandrinus.'

14. τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ αὐ-

ὃς ἐν ὑπακοῇ δίκαιος εὑρεθεὶς μετετέθη, καὶ οὐχ εὑρέθη αὐτοῦ θάνατος. Noe. Νῶε πιστὸς εὑρεθεὶς, διὰ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ παλιγγενεσίαν κόσμῳ ἐκήρυξεν· καὶ διέσωσεν δι' αὐτοῦ ὁ Δεσπότης τὰ εἰσελθόντα ἐν ὁμονοίᾳ ζῶα εἰς τὴν κιβωτόν.

Abraham. Ι'. Ἀβραὰμ, ὁ φίλος προσαγορευθεὶς, πιστὸς εὑρέθη, ἐν τῷ αὐτὸν ὑπήκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασι τοῦ Θεοῦ· οὗτος δι' ὑπακοῆς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὅπως γῆν ὀλίγην, καὶ συγγένειαν ἀσθενῆ, καὶ οἶκον μικρὸν καταλιπὼν, κληρονομήσῃ τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ. Λέγει γὰρ αὐτῷ, "Ἄ-" πελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου,

τοῦ.] Sic B. Petrus, II. i. 17. φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης.

ib. Λάβωμεν Ἐνὼχ] Clemens Alex. Λάβωμεν Ἐνὼχ—μετετέθη, omisso καὶ οὐχ εὑρέθη αὐτοῦ θάνατος. Cf. quae de Enoch habentur in Epistola ad Hebraeos, ad quam proculdubio respexit S. Pater, et adeo prope ad eam accedit, tum in hoc, tum in aliis locis, ut nonnulli de veteribus Scriptoribus Ecclesiasticis eum aut scripsisse, aut saltem ex Hebraeo in Graecum sermonem eam vertisse, autumentur. WOTT.

2. Νῶε πιστὸς εὑρεθεὶς] Clemens Alex. τῷ, μετετέθη de Enoch modo dicto, immediate subnectit, Καὶ Νῶε, ὃς πιστεύσας διεσώθη, praetermissis iis, quae hic fusius legimus. WOTT.

3. παλιγγενεσίαν] Ittigius in Sel. Capit. Hist. Eccl. Saec. i. p. 196. vult generis humani per diluvium perditi instaurationem, vel etiam regenerationem spiritalem per poenitentiam intelligi, maxime cum de Noacho Clemens, §. 7. dixerit Νῶε ἐκήρυξε μετάνοιαν. Priorem interpretationem amplectitur Guliel. Burtonus, posteriorem Davis. Frey. et Coust. Regenerationem, quae fit per baptismi lavacrum operante Spiritu Sancto, intelligunt Junius, et Coustantius qui D. Petri locum affert, I. iii. 20. ubi Regenerationis ejusdem symbolum fuisse arcam qua Noë servatus est, notatur. De statu mundi inde a Lapsu deformati, et restitutione rerum qua unusquisque secundum opera sua retributionem sit accepturus, Olearius in Obss. ad S. Matthaeum p. 541. P. Zornio, qui de hoc loco Dissertationem peculiarem habet, Opusc. Sacr. tom. i. pp. 434—444. inprimis haec arridet sententia, vocem παλιγγενεσία idem significare quod

in obedientia justus repertus, translatus fuit, neque Heb. xi. 5.
mors ejus deprehensa est. Noe fidelis inventus, per 2 Pet. ii. 5.
ministerium suum novam mundo generationem praedicavit; et per eum animalia, quae in concordia arcam sunt ingressa, servavit Dominus.

X. Abraham, amicus vocatus, fidelis inventus Esa. xli. 8.
est, eo quod verbis Dei obtemperarit. Hic per obe- Jac. ii. 23.
dientiam e terra sua, e cognatione sua, et domo Heb. xi. 8.
patris sui egressus est, ut exigua terra, cognatione debili, et domo parva derelicta, promissiones Dei Gen. xii. 1—3.
possideret. Dicit enim ei: *Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et vade in terram quam tibi demonstravero. Et faciam*

Act. iii. 21. ἡ τῶν πάντων ἀποκατάστασις, quae aliis Divinis Scriptoribus *novi coeli, novae terrae,* vel *creaturae* nomine innotuit. Sic fere Herzogius, *eine neue Gestaltung der Welt:* Ruchatus, *le rétablissement (de la terre).* Wakius et Chevall. *regeneration.*

5. ἐν ὁμονοίᾳ] Haec eo tendunt ut vel typo brutorum animalium concordiae studium Corinthiis commendaret; quemadmodum et Sacri crebro Scriptores animalium exempla, boum, ciconiarum cet. hominibus proponunt. Et pluribus infra Clemens, §. 20. coelo, terrae, animalibus ὁμόνοιαν tribuit. FREY.

6. Ἀβραάμ, ὁ φίλος προσαγορευθεὶς] Clemens Alex. τῷ, Καὶ Νῶε, ὃς πιστεύσας διεσώθη, subjungit Καὶ Ἀβραάμ, ὃς διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν φίλος Θεοῦ, πατὴρ δὲ τοῦ Ἰσαὰκ προσηγορεύθη, neque amplius de Abrahamo; praetermittit enim ea omnia, quae apud Clementem Rom. fusius legimus. WOTT.

ib. ὁ φίλος] Forte addendum τοῦ Θεοῦ, ut apud S. Jacobum ii. 23. et infra §. 17. Apud Clementem Alexandrinum hoc ipso in loco legimus φίλος Θεοῦ—προσηγορεύθη. Davisius, cujus correctio Bleekio placet, jubet nos legere Θεοῦ φίλος, putans e voce ΘΥ facile manasse Ο. "Ille amicus Dei." Moyses scil. Cyprian. de Lapsis, p. 130. ed. Fell.

8. ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ—πατρὸς αὐτοῦ] Ita cum Junio Fell. Cotel. Wott. Coust. Caeteri cum Colomesio ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ—συγγενείας αὐτοῦ—πατρὸς αὐτοῦ.

10. συγγένειαν ἀσθενῆ] Hoc est quae paucis admodum constabat; Abrahae enim fratres tantum duo fuerunt, Aran et Nachor. Aran vero jam obierat, relicto Lot filio. Cum Lot igitur ex hac prosapia restabant Nachor et Abraham, qui quidem propter sterilitatem Sarae filiis carebat. COUST.

“καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, εἰς τὴν γῆν ἣν ἄν σοι δείξω· καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος· καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ καταράσομαι τοὺς καταρωμένους σε, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοι πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς.” Καὶ πάλιν, ἐν τῷ διαχωρισθῆναι αὐτὸν ἀπὸ Λὼτ, εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, “Ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου οὗ νῦν σὺ εἶ, πρὸς βόρραν, καὶ λίβα, καὶ ἀνατολὰς, καὶ θάλασσαν, ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν ἣν σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματί σου, ἕως αἰῶνος· καὶ ποιήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς· εἰ δύναταί τις ἐξαριθμῆσαι τὴν ἄμμον τῆς γῆς, καὶ τὸ σπέρμα σου ἐξαριθμηθήσεται.” Καὶ πάλιν λέγει, “Ἐξήγαγεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀρίθμησον τοὺς ἀστέρας, εἰ δυνήσῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτοὺς, οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου· ἐπίστευσεν δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.” Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐδόθη αὐτῷ υἱὸς ἐν γήρᾳ, καὶ δι' ὑπακοῆς προσήνεγκεν αὐτὸν θυσίαν τῷ Θεῷ, πρὸς ἓν τῶν ὀρέων ὧν ἔδειξεν αὐτῷ.

1. τοῦ πατρός—γῆν] Cod. Vat. et caeteri Codd. MSti, praeter Alexandrinum et Cottonianum, necnon editiones Complutensis et Aldina habent: Ἔξελθε—ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν. Legimus vero in Cod. Alex. tum apud S. Clementem hoc in loco, tum Gen. xii. ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου εἰς τὴν γῆν. Cum lectione Alex. Cod. consentit Textus Hebraeus, et versiones omnes praeter Vulgatam unam, quae habet: *Egredere — de domo patris tui, et veni in terram.* WOTT.

4. εὐλογημένος] Ita LXX. Cod. Vat. In Cod. Alex. εὐλογητός.

5. εὐλογηθήσονται] Ita LXX. Alex. In Cod. Vat. ἐνευλογηθήσονται. Cotel. Clericus et Coust. omittunt καί.

te in gentem magnam, et benedicam te, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus: et benedicam benedicentes te, et maledicam maledicentes te; et benedicentur in te omnes tribus terrae. Et rursus cum a Lot secederet, dixit ei Deus; *Respice* Gen. xiii. 14—16.
oculis tuis, et vide a loco in quo nunc tu es, ad Aquilonem, et Africum, et orientem, et mare: quia omnem terram quam tu vides tibi dabo eam, et semini tuo usque in seculum. Et faciam semen tuum sicut arenam terrae: si poterit aliquis dinumerare arenam terrae, et semen tuum dinumerabitur. Et rursus dicit: *Eduxit Deus Abraham foras, et dixit* Gen. xv. 5, 6.
ei, Respice in coelum, et numera stellas, si potes dinumerare eas, sic erit semen tuum. Et credidit Rom. iv. 3.
Abraham Deo, et deputatum est ei ad justitiam. Propter fidem et hospitalitatem datus est ei filius in Gen. xxi.
senectute, et per obedientiam obtulit eum in sacrificium Deo, in uno montium quem ei ostenderat. Gen. xxii. Heb. xi. 17.

7. αὐτὸν ἀπὸ Λὼτ] Typographi, ni fallor, errore, apud Clericum ἀπὸ non legitur.

8. Ἀναβλέψας—ἴδε] In plerisque optimae notae MSS. Alex. Vat. Cotton. Oxon. &c. Ἀνάβλεψον . . . καὶ ἴδε. At in Bib. Complutensibus ἀναβλέψας . . . ἴδε, quomodo constat legisse Clementem. WOTT.

14. ἐξαριθμηθήσεται.] Russel. ἐξαριθμήσεται, quae menda in Clerici editionem secundam irrepserat. In LXX. Cod Alex. habet ἀριθμηθήσεται.

18. οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα] Agnoscunt καὶ εἶπεν οὕτως cum Hebraeo Codices MSS. ac Versiones omnes. Videntur igitur casu aliquo ex hoc loco excidisse haec verba: sive ea praetermiserit librarius, sive Clemens ipse, errore facili propter praecedentia, καὶ εἶπεν αὐτῷ, vel πρὸς αὐτόν. Haec enim si absint, hiatus non est, neque defectus aliquis. WOTT.

19. ἐπίστευσεν δὲ Ἀβραὰμ] Plerique MSS. optimae fidei, Alex. Vat. &c. habent Καὶ ἐπίστευσεν Ἀβραάμ. Sed. Ed. Complut. ἐπίστευσε δὲ, quam esse genuinam lectionem ulterius confirmant tum S. Paulus, Rom. iv. 3. tum S. Jacobus, ii. 23. WOTT.

20. Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν] Clemens Alex. τῷ, Καὶ Ἀβραὰμ ὃς διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν φίλος Θεοῦ, subnectit Πατὴρ δὲ τοῦ Ἰσαὰκ προσηγορεύθη. Quae sequuntur, καὶ δι' ὑπακοῆς κ. τ. λ. penitus omisit. WOTT.

22. πρὸς ἓν] Forte πορευόμενος

ΙΑʹ. Διὰ φιλοξενίαν καὶ εὐσέβειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων, τῆς περιχώρου πάσης κριθείσης διὰ πυρὸς καὶ θείου· πρόδηλον ποιήσας ὁ Δεσπότης ὅτι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐγκαταλείπει, τοὺς δὲ ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας εἰς κόλασιν καὶ αἰκισμὸν τίθησι· συνεξελθούσης γὰρ αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἑτερογνώμονος ὑπαρχούσης καὶ οὐκ ἐν ὁμονοίᾳ, εἰς τοῦτο σημεῖον ἐτέθη, ὥστε γενέσθαι αὐτὴν στήλην ἁλὸς ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· εἰς τὸ γνωστὸν εἶναι πᾶσιν, ὅτι οἱ δίψυχοι καὶ οἱ διστάζοντες περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, εἰς κρίμα καὶ εἰς σημείωσιν πάσαις ταῖς γενεαῖς γίνονται.

Speciatim hospitalitatis in Lot.

ΙΒʹ. Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ ἡ

Et Rahab.

εἰς ἓν κ. τ. λ. Vide Gen. xxii. BOIS. Nihil mutandum est, quum προσήνεγκεν—πρὸς ἓν conveniat apte cum idiomate Graecae linguae. WOTT.

1. Διὰ φιλοξενίαν καὶ εὐσέβειαν] Clemens Alex. τῷ, Πατὴρ δὲ τοῦ Ἰσαὰκ προσηγορεύθη, subnectit, Διὰ φιλοξενίαν — —. ἐκ Σοδόμων, praetermittit vero τῆς — — κριθείσης, usque ad ταῖς γενεαῖς γίνονται. De Loto nihil habetur, Heb. xi. Haec igitur petuntur ex Gen. xix. et 2. Pet. ii. 7, 8. WOTT.

2. κριθείσης] Cod. MS. ΚΡΙΘΗΣΗΣ. καυθείσης mallet Junius. κατακαυθείσης Fellus. κατακαυθείσης vel potius ex Gen. xxii. καταστραφείσης Boisius. Nihil autem mutandum, uti viderunt Wottonus et Clericus. Eodem sensu κρίνειν, *sententiam judicialem ferre, et secundum sententiam latam poenas infligere*, saepe usurpatur in libris Nov. Test. e. g. S. Johan. xviii. 31. Rom. ii. 12. Ejusdem significationis apud Scriptores Ecclesiasticos exempla plura congessit Suicerus in voc. Wottonus existimat S. Patrem proculdubio respicere ad II Pet. ii. 6. luculentum sane testimonium eam epistolam ab initio usque canonicam fuisse, atque ab Ecclesia Romana acceptam.

3. πρόδηλον ποιήσας] Hanc MSti lectionem jure tuentur Davis. et Galland. Boisio καὶ desiderari videtur ante πρόδηλον. Wottonus πρόδηλον ποιήσαντος τοῦ Δεσπότου mallet, vel potius καὶ πρόδηλον ἐποίησεν ὁ Δεσπότης. Nominativum autem absolutum Scriptoribus non tantum Hellenisticis sed Atticis quoque familiarem esse, docebit tum Blackwallus, *Sacred Classics Defended and Illustrated*, t. i. p. 67. cum Winerus, *Grammatik d. neutestam. Sprachidioms*. §. 28. p. 154. ed. tert. Sodomae et reliquarum urbium eversio etiam a Scrip-

XI. Propter hospitalitatem et pietatem Lot e Sodoma salvus evasit, cum regio tota in circuitu igne et sulphure poenas lueret; Domino palam faciente quod non derelinquat eos qui in eo spem et praesidium collocant; contra vero qui a mandatis ejus declinant, suppliciis et tormentis puniat: uxor enim ejus, quae una cum eo urbe egressa est, cum ab eo dissentiret, nec in concordia persisteret, in signum propterea posita est, et salis statua in hodiernum diem facta est, ut omnibus innotesceret, quod animo dubii et de potentia Divina haesitantes in judicium et signum omnibus generationibus proponantur.

Gen. xviii. 3. xix. 2. Heb. xiii. 2.

2 Pet. ii. 6—8.

Luc. xvii. 32. Sap. x. 7.

XII. Propter fidem et hospitalitatem, Rahab me- Josh. ii.

toribus Ethnicis memoratur. Strabon. xvi. p. 1087. ed Falconer. Tacit. Hist. v. 7. et Solin. Polyhist. §. 38. Lacus Asphaltitis descriptionem insignem dat Diodorus Siculus xix. §§. 98, 99.

6. *συνεξελθούσης γὰρ αὐτῷ*] Sic exaratum esse in Cod. MSto pro certissimo equidem habeo. Libb. impr. si Wotton. Galland. et Schoenemann. excipias, *παρ' αὐτῷ* exhibent, Junium secuti, qui margini apposuit *ἴσ. γὰρ*.

7. *ἑτερογνώμονος*] Cod. MS. ΕΤΕΡΟΓΝΩΜΟΣ. Hunc locum addas duobus illis Cyrillianis a Suicero in hac voce laudatis.

ib. *εἰς τοῦτο σημεῖον ἐτέθη*] Coustant. vertit, *in hujusmodi signum posita est*.

9. *ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης*] Clemens, saeculi praejudicio abreptus, infirmo utitur argumento, aut ad hominem argumentatur. Quamvis multi veterum Patrum [e. g. Irenaeus, Haer. iv. §§. 51. 66.] tanquam adhuc manentis hujus statuae mentionem fecerint, et Josephus ejusdem cum Clemente aetatis, [Antiq. I. xi. 4.] nonnullique recentiorum oculis se eam usurpasse narrent, fabulam tamen esse, et nescio quid ab accolis spectatorum oculis subjectum fuisse, quod illi statuam hanc esse nugabantur, hi imprudenter credebant, jam liquidis argumentis demonstratum est. FREY.

10. *οἱ δίψυχοι κ. τ. λ.*] Sic infra §. 23. *Ταλαίπωροι εἰσὶν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τὴν ψυχὴν* ...Apud Herm. Past. *δίψυχοι*, *dubii*. e. g. I. i. 1. 'Haec autem faciunt dubii, qui non habent spem in Domino.' I. iv. 2. 'Credite Deo qui estis dubii.' ib. 'Vae dubiis iis,' &c. et alibi saepius.

13. *Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν*] Clemens Alex. *τῷ, Διὰ φιλοξενίαν καὶ εὐσέβειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων*, subnectit *Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ ἡ πόρνη*, neque amplius; ea omnia, quae fusius a Clemente Romano ha-

πόρνη. Ἐκπεμφθέντων γὰρ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ τοῦ Ναυῆ κατασκοπῶν εἰς τὴν Ἱεριχῶ, ἔγνω ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς ὅτι ἥκασι κατασκοπεῦσαι τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ἐξέπεμψεν ἄνδρας τοὺς συλληψομένους αὐτοὺς, ὅπως συλληφθέντες θανατωθῶσιν. Ἡ οὖν φιλόξενος Ῥαὰβ εἰσδεξαμένη αὐτοὺς, ἔκρυψεν εἰς τὸ ὑπερῷον ὑπὸ τὴν λινοκαλάμην. Ἐπισταθέντων δὲ τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ λεγόντων, [Ἄνδρες πρός σε ἦλ]θον οἱ κατασκοποὶ τῆς [γῆς ἡμῶν,] ἐξάγαγε αὐτοὺς, ὁ γὰρ βα[σιλεὺς οὕ]τως κελεύει· ἡ δὲ ἀπεκρίθη, Εἰσῆλθον [οἱ δύο ἄν]δρες οὓς ζητεῖτε πρός με, [ἀλλὰ ταχέ]ως ἀπῆλθον, καὶ πορεύο[νται· οὐχ] ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐ[κείνους.] Καὶ εἶπεν πρὸς τοὺς ἄνδρας, [Γινώ]σκουσα γινώσκω ἐγὼ, ὅτι [Κύριος ὁ Θεὸς] ὑμῶν παραδίδωσιν ὑμῖν [τὴν πό]λιν ταύτην, ὁ γὰρ φόβος καὶ [τρό]μος ὑμῶν ἐπέπεσεν τοῖς κ[ατοι]κοῦσιν αὐτήν· ὡς ἐὰν οὖν γέ[νηται] λαβεῖν αὐτὴν ὑμᾶς, διασώσα[τέ] με, καὶ τὸν οἶκον

bentur, pro more suo praetermittens.

1. Ἐκπεμφθέντων] ΕΚΠΕΦΘΕΝΤΩΝ Cod. MS.

ib. Ἰησοῦ τοῦ τοῦ Ναυῆ] Ita cum Cod. MS. Wott. et Galland. Caeteri Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ. In Josh. vi. 6. LXX. secundum Cod. Vatic. habent Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ. ubi Cod. Alex. exhibet Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ. Unde, forsitan, conjicere licet Clementem scripsisse Ἰησοῦ υἱοῦ τοῦ Ναυῆ.

3. αὐτῶν] Colom. Coust. Russel. Schoenemann. exhibent αὐτοῦ. Cod. MStum sequuntur Wott. et Gall. Sic etiam legisse Junium, licet in ejus editionis textum αὐτοῦ irrepserit, patet ex ejus versione, quam Fellus, veram lectionem ignorans, arguebat.

5. συλληφθέντες] ΣΥΛΛΗΜΦΘΕΝΤΕΣ Cod. MS. uti infra, §. 18.

7. Ἐπισταθέντων δὲ τῶν] Citantur haec ex cap. ii. Joshuae; sed non αὐτολεξεί: licet enim, quod ad res gestas, in omnibus cum iis quae ibi habentur consentiant, neque vel latum unguem a veritate Historica discedant, videtur tamen S. Pater ea citasse memoriter; longe enim alia est verborum series, et orationis textura, uti videre est ex locis inter se collatis; quae enim fusius a Jo-

retrix incolumis servata est. Missis enim a Josua filio Nun ad urbem Jericho speculatoribus, rescivit Heb. xi. 31.
terrae rex, quod regionem eorum exploraturi venissent, et viros emisit, qui eos, ut morti traderentur, apprehenderent. Rahab autem hospitalis suscipiens eos, in solario domus sub lini stipula occultavit eos. Supervenientibus autem viris a rege missis ac dicentibus: *Viri ad te ingressi sunt, regionis* Josh. ii.
nostrae exploratores, educ eos, sic enim imperat Rex; illa autem respondit, *ingressi sunt duo viri ad me quos quaeritis; sed confestim abierunt et vadunt;* non ostendens eis illos. Et dixit ad viros, *Sciens scio, quod Dominus Deus vester urbem hanc vobis tradit, timor enim et pavor vestri incessit incolas ejus; quare cum capere illam vobis contigerit, incolumem me servate, et domum patris mei.*

shua, brevius a S. Clemente habentur, semel immutato narrationis ordine. WOTT.

10. *ἡ δὲ ἀπεκρίθη*] *ἤδὲ ἀπεκρίθη*, *haec respondit*, Davisius, quem in notis sequitur Gallandius, in contextu Schoenemannus.

12. *οὐχ ὑποδεικνύουσα κ. τ. λ.*] Cum variis modis quae desiderantur suppleri queant: Junius edendum curavit [*ὁδὸν*] *ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐ*[*ναντίαν*] *viam ostendens eis contrariam:* sensu plane diverso a verbis libri Joshuae ii. 5. ubi Rahab negat se scire quo homines illi abierint. Ostendit quidem mulier *contrariam viam*, sed exploratoribus Judaeis, non autem missis ab Hierichuntis rege. COTEL. Coustant. mallet *καί που πορεύονται οὐκ οἶδα,* at hujus supplementi capax non est MSti lacuna. GALLAND.

17. *τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν·*] Lectum ergo Clementi comma versiculi 9. quod a multis editionibus abest, in Complutensi vero ita effertur, *καὶ κατέπτησσον πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἀφ' ὑμῶν.* at Codice 720. Bibliothecae Regiae hoc modo, *καὶ τετήκασι πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἀπὸ προσώπου ὑμῶν.* COTEL. Habentur haec ipsa verba a Theodotione. Aquila vero et Symmachus paulo aliter verterunt, verbum verbo reddentes *ὅτι ἐκτετήκασι πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἀπὸ προσώπου ὑμῶν.* Quae in LXX. desiderantur agnoscit Vulgat. et caeterae versiones omnes. Si Clemens illa legerit, quod quidem verisimillimum est, proculdubio LXX. (nondum enim alia fuit versio) haec ab initio agnovit, nescio quomodo lapsa ex codicibus quibus Origenes

τοῦ πατρός μο[υ]. Καὶ εἶπαν αὐτῇ, Ἔσται οὕτως, ὡς ἐλάλησας ἡμῖν· ὡς ἐὰν οὖν γνῷ[ς] παραγινομένους ἡμᾶς, συνάξεις πάντας τοὺς σοὺς ὑπὸ τὸ στέγος σου, καὶ διασωθήσονται· ὅσοι γὰρ ἐὰν εὑρεθῶσιν ἔξω τῆς οἰκίας, ἀπολοῦνται. Καὶ προσέθεντο αὐτῇ δοῦναι σημεῖον, ὅπως κρεμάσῃ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς κόκκινον, πρόδηλον ποιοῦντες, ὅτι διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου λύτρωσις ἔσται πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν. Ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, οὐ μόνον πίστις, ἀλλὰ προφητεία ἐν τῇ γυναικὶ γέγονεν.

Adhortatio

ΙΓ΄. Ταπεινοφρονήσωμ[εν] οὖν, ἀδελφοί, ἀποθέμε-

est usus in contexendis Hexaplis suis. WOTT.

3. ὑπὸ τὸ στέγος σου] Cod. MS. ΥΠΟΤΟΤΟΕΓΟ. Legendum forsitan ὑπὸ τοῦτο τὸ στέγος σου, vel potius ὑπὸ τὸ τέγος σου.

5. Καὶ προσέθεντο αὐτῇ δοῦναι σημεῖον] Hellenismus in Sacris Literis passim occurrens, quo alias utitur S. Pater, ut advertit Wottonus, idemque significat quod ἔδωκαν ἔτι αὐτῇ σημεῖον. Cotelerii versionem *Et addiderunt ut signum daret*, sugillat Davisius, quod Historiae Divinae repugnet; non enim Rahab speculatoribus, sed speculatores Rahab signum dederunt. Sic igitur ipse, ad sensum quod attinet, interpretatur *praeterea* vel *insuper ei signum dederunt*. Recte, at ejusdem erroris postulandi erant Junius et Fellus Cotelerio praeeuntes. GALLAND.

7. πρόδηλον ποιοῦντες κ. τ. λ.] Huic interpretationi allegoricae miro consensu suffragantur Scriptores veteres Ecclesiastici. Audiamus Justinum M. in Dialogo c. Tryphonem, part. ii. p. 374. ed. Thirlby, Τὸ σύμβολον τοῦ κοκκίνου σπαρτίου, οὗ ἔδωκαν ἐν Ἰεριχῷ οἱ ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ πεμφθέντες κατασκοποὶ Ῥαὰβ τῇ πόρνῃ, εἰπόντες προσδῆσαι αὐτὸ τῇ θυρίδι, δι' ἧς αὐτοὺς ἐχάλασεν, ὅπως λάθωσι τοὺς πολεμίους, ὁμοίως τὸ σύμβολον τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐδήλου· δι' οὗ οἱ πάλαι πόρνοι καὶ ἄδικοι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν σώζονται, ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν λαβόντες καὶ μηκέτι ἁμαρτάνοντες· ὑμεῖς δὲ ταῦτα ταπεινῶς ἐξηγούμενοι πολλὴν ἀσθένειαν καταψηφίζεσθε τοῦ Θεοῦ, εἰ ταῦτα οὕτως ψιλῶς ἀκούοιτε, καὶ μὴ τὴν δύναμιν ἐξετάζετε τῶν εἰρημένων. Similia sunt quae habet Irenaeus, IV. xx. 12. 'Cum universa civitas, in qua habitabat, concidisset in ruinam, 'canentibus septem tibicinis, 'in ultimis Raab fornicaria con'servata est cum universa domo 'sua, fide signi coccini: sicut 'et Dominus dicebat his qui 'adventum ejus non excipie-

Et dixerunt ei, *Eveniet tibi ut loquuta es; quare cum nos appropinquantes cognoveris, cognatos tuos omnes sub tecto tuo congregabis, et salvabuntur; quotquot vero extra domum tuam invenientur, peribunt.* Et signum dare addiderunt, ut funiculum scilicet coccineum de domus pariete demitteret: notum facientes, quod omnibus, qui credunt et sperant in Deum, per sanguinem Domini redemtio futura sit. Videte, dilecti, non solum fides, prophetia etiam in muliere fuit.

XIII. Humiles ergo mente simus, fratres, fastum

'bant, Pharisaeis scilicet, et 'coccini signum nullificant, 'quod erat pascha, redemptio 'et exodus populi ex Aegypto, 'dicens: *Publicani et meretrices 'praecedunt vos in regno coelo-'rum.*' Plura indicat Cotelerius, e. g. Origen. Homil. iii. et vi. in Jesum Nave, et ad S. Matth. xxvii. xxviii. Ambrosium, libro de Salomone §. 5. et lib. V. de Fide c. iv. Hieronymum, Ep. ii. Augustinum in Ps. lxxxvi. 4. Theodoretum, Quaest. 2. in Josuam, et ad c. xi. vers. 31. Epistolae ad Hebraeos.

10. *οὐ μόνον πίστις κ.τ.λ.*] Origenes, Hom. iii. mox citata [§. 4. Opp. ii. p. 403. ed. Bened.] 'Sed 'et ista meretrix, quae eos susce-'pit, ex meretrice efficitur jam 'propheta. Dicit enim, *Scio 'quia Dominus Deus vester tra-'didit vobis terram hanc.* Vides 'quomodo illa, quae aliquando 'erat meretrix et impia et im-'munda, nunc jam Spiritu 'Sancto repleta est; et de 'praeteritis quidem fatetur, de 'praesentibus vero credit, pro-'phetat autem et praenunciat 'de futuris.' COTEL. Aliquos ex sanctis Patribus explicasse Sacras Scripturas nimis allegorice non est diffitendum; nemo autem in hoc explicandi genere, quod adeo displicet criticis severioribus, plus ingenio suo indulsit quam Origenes, quem tamen, quasi unus prae omnibus sacras Literas intelligeret, et Christianam fidem solus calleret, tantopere efferunt nonnulli, et de eo ubique gloriantur; eo quod, quo jure, qua injuria, alii judicent, plurima haeretice sensisse tradatur. Origeni licet ubique allegoriis scatere, eaque quae sunt clarissima allegorice interpretando efficere obscura; Clementi igitur fas sit in uno vel altero loco allegorice interpretari Sacras Scripturas, quum S. Paulus, plurimis in locis, interpretatus est modo allegorico Sacras Scripturas veteris Testamenti; imo et Servator noster Jesus Christus non semel tantum. Cf. S. Johannem, iii. 14, 15. S. Matthaeum, xii. 40. WOTT.

12. *ἀποθέμενοι*] D. Jacobus, i. 21. *ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν.*

ad humilitatem.

νοι πᾶσ[αν] ἀλαζονείαν καὶ τύφος καὶ ἀφρ[ο]σύνην καὶ ὀργὰς, καὶ ποιήσωμ[εν] τὸ γεγραμμένον. Λέγει γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, "Μὴ καυχ[ά]σθω ὁ σοφὸς "ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ "αὐτ[οῦ], μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· "ἀλλ' ἢ ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθῳ, τοῦ ἐκ-"ζητεῖν αὐτὸν, καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύν[ην]·" μάλιστα μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, οὓς ἐλάλησε διδάσκω[ν] ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν. [Οὕ]τως γὰρ εἶπεν, "Ἐλεεῖτε ἵνα ἐλεη[θῆ]τε, ἀφίετε "ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν· ὡ[ς] ποιεῖτε, οὕτω ποιηθήσεται "ὑμ[ῖν], ὡς δίδοτε, οὕτως δοθήσεται [ὑμῖν], ὡς κρί-"νετε, οὕτως κριθήσε[ται ὑμῖν, ὡς χρη]στεύεσθε, οὕ-"τως χρη[στευθή]σεται ὑμῖν, ᾧ μέτρῳ με[τρεῖτε], ἐν "αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν." [Ταύτῃ τ]ῇ ἐντολῇ καὶ

1. καὶ τύφος] Vide supra §. 4. p. 20. l. 12. atque ibi notata. Libb. impr. τύφον. Concil. Ephes. Canon. viii. ἐξουσίας τύφος κοσμικῆς. ap. Routh. Script. Eccles. Opusc. p. 395.

6. ἀλλ' ἢ ὁ καυχώμενος] Hujusmodi explicationes, quibus locus aliquis vel plures loci in compendium ducuntur, servato integro sensu verborum, non sunt alienae vel a Rabbinis, vel a sacris N. Testamenti scriptoribus, apud quos in citandis Scripturis Veteris Testamenti hic explicandi modus est usitatissimus: unde et hunc ipsum textum a S. Paulo eodem modo, at multo brevius quam a Clemente, citatum legimus. I Cor. i. 31. II Cor. x. 17. WOTT. Particulam ἤ, quam Junius omiserat, exhibent Wott. Russel. Galland. Schoenemann. et Hefelius; eamque legunt LXX.

ib. τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν, καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην] Legebat etiam ἐκζητεῖν Lucifer; [συνιεῖν καὶ γιγνώσκειν, ὅτι ἐγὼ εἰμι Κύριος ὁ ποιῶν ἔλεος κ. τ. λ. LXX.] vertit enim *inquirere*, Lib. ii. pro S. Athanasio, paulo post initium. Item καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην reperies in Antiochi Homilia 43. COTEL.

9. ἐπιείκειαν] *equity*, Wakius. Rectius Gul. Burton et Chevallier. *gentleness*. Cf. Act. xxiv. 4. II Cor. x. 1.

10. Ἐλεεῖτε] ΕΛΕΑΤΕ Cod. MS.

ib. Ἐλεεῖτε ἵνα ἐλεηθῆτε] Haec verba non habentur αὐτολεξεὶ, vel in Evangelio S. Matthaei, vii. 1, 2. vel in Evangelio S. Lucae, vi. 36. Imo licet cum

omnem, superbiam, amentiam, et iras deponentes, et quod scriptum est faciamus. Dicit enim Spiritus Sanctus: *Non glorietur sapiens in sapientia sua,* Jer. ix. 23. *et non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur dives in divitiis suis; sed qui gloriatur,* 1 Cor. i. 31. *in Domino glorietur, quaerendo illum, et judicium* ii. 10, 17. *et justitiam faciendo:* memoria praecipue recolentes sermones Domini Jesu, quos, aequitatem et longanimitatem docens, loquutus est: sic enim dixit: *Miseremini, ut misericordiam consequamini; dimittite,* Luc. vi. 36—38. *ut vobis dimittatur; prout facitis, ita vobis fiet; sicut datis, ita vobis retribuetur; sicut judicatis, ita judicabimini; sicut benigni estis, ita benignitatem experiemini; qua mensura metimini, eadem vobis mensurabitur.* Hoc praecepto et his mandatis stabilia-

utroque Evangelista, quoad sensum, consentiant, propiusque accedant ad ea quae legimus in Evangelio S. Lucae, non tamen adeo prope ad ea accedunt, ut possimus certo adfirmare, haec inde petita fuisse, ac a S. Clemente citata memoriter. Petuntur forsan ex aliquo libro Apocrypho, viz. ex Evangelio Nazaraeorum, quod fuit antiquissimum, summoque in pretio habitum a Christianis, iis praesertim qui in Palaestina degebant; unde et in aliis regionibus aliquid authoritatis habuit, usque ad Eusebii tempora, saepius a Patribus laudatum; adeo ut Hieronymus, qui et ipse vidit et transtulit illud ex Hebraeo (cui tamen hac de re minime assentiendum est) contendat esse ipsum authenticum Evangelium S. Matthaei. Citationem quamdam Origenis non magis a textu dissentientem ex hoc Evangelio Millius petitam fuisse existimat: 'Αἰτεῖτε τὰ μέγαλα, καὶ τὰ μικρὰ ὑμῖν προστεθήσεται. Origen. de Orat. Dominica haud semel; contra Celsum vii. Clemens Alex. Strom. i. Ex Evangelio forte, PP. passim laudato, Nazaraeorum; ita tamen ut 33 commatis [Vid. Millii N. T. Matt. vi. 33.] loco positum haud putem, sed appositum interpretamenti gratia; Clemens enim [Alexandrinus] alibi citat hunc versum, prout in Codicibus nostris reperitur.' Potuit ergo hic esse unus ex iis locis, ad quos respexit Photius cum observarit: 'Quod etiam in priore Epistola quaedam citantur tanquam ex Sacris Scripturis, quae sunt aliena ab iis.' WOTT.

15. αὐτῷ] ΑΥΤΗ Cod. MS.

τοῖς παραγγέλ[μασι] τούτοις στηρίξωμεν ἑαυ[τοὺς πρὸς] τὸ πορεύεσθαι ὑπηκόους [ἡμᾶ]ς τοῖς ἁγιοπρεπέσι λόγοις αὐ[τοῦ], ταπεινοφρονοῦντες· [φησ]ὶν γὰρ ὁ ἅγιος λόγος, "Ἐπὶ τίνα [ἐπι]βλέψω, ἀλλ' ἢ "ἐπὶ τὸν πραῢν καὶ [ἡσύ]χιον καὶ τρέμοντά μου τὰ "λόγια;"

Haec applicat ad Schisma Corinthiorum.

ΙΔʹ. [Δί]καιον οὖν καὶ ὅσιον, ἄνδρες ἀδελ[φ]οί, ὑπηκόους ἡμᾶς μᾶλλον γενέ[σ]θαι τῷ Θεῷ, ἢ τοῖς ἐν ἀλαζονείᾳ καὶ ἀκαταστασίᾳ μυσαροῦ ζήλους ἀρχηγοῖς ἐξακολουθεῖν. Βλάβην γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν, μᾶλλον δὲ κίνδυνον ὑποίσομεν μέγαν, ἐὰν ῥιψοκινδύνως ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τοῖς θελήμασι τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες ἐξακοντίζουσιν εἰς ἔριν καὶ στάσεις, εἰς τὸ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος. Χρη-

Seditionis auctores deserendi.

1. τοῖς παραγγέλμασι τούτοις] Edd. ante Wott. omittunt τούτοις.

ib. στηρίξωμεν] Ita Cod. MS. non στηρίσωμεν, uti, Wottonum secuti, dederunt Gallandius et Schoenemannus. Vide infra §. 18.

2. πρὸς] τὸ πορεύεσθαι] Praepositionem addidi, fidem Cod. MSti, ni fallor, secutus; desiderantur enim, quantum ex lacuna colligo, septem vel octo literae. Cf. infra §. 50. εἰς τὸ ἀφεθῆναι ἡμῖν δι' ἀγάπης κ. τ. λ.

ib. ὑπηκόους [ἡμᾶ]ς τοῖς ἁ.] Libb. impr. ante Wott. necnon Russel. exhibent ὑπηκόους [ἀεὶ] τοῖς ἁ. At Millius et Wott. in Codice MSto legere poterant ΑΣ..ΤΟΙΣ cum spatio duarum vel trium literarum, quod Millius conjectura satis infelici sic supplevit, ὑπηκόους [σεβ]αστοῖς. Davisius legendum voluit ὑπηκόους [ὄντ]ας τοῖς.

3. ταπεινοφρονοῦντες] Junius, Colom. et Fell. malunt ταπεινοφρονοῦντας.

5. ἐπὶ τὸν πραῢν καὶ ἡσύχιον] LXX. ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον. Clementinae lectioni favet Chrysostomus, Homil. 9. in Genes. iv. p. 70. ed. Ben. et Homil. 15. et 66. in S. Matth. vii. p. 186 et 652. et in aliis locis saepissime. Addas, si vis, alios a Cotelerio indicatos.

7. Δίκαιον οὖν] In Pandecte Niconis Monachi Λόγῳ ιηʹ. Cod. Reg. 2418, 2423, 2424. Κλήμεντος Ῥώμης. Δίκαιον οὖν καὶ ὅσιον, ... εἰς αἱρέσεις καὶ στάσεις τοῦ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος. Τοίνυν ἀκολουθήσωμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας, ... πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθῴοις καὶ δικαίοις· εἰσὶ δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ,

mus nos ipsos, ut in obedientia sanctorum eloquiorum ejus, cum omni humilitate, semper ambulemus. Dicit enim verbum sanctum, *Super quem respiciam, nisi super humilem et quietum, et trementem sermones meos?* Esai. lxvi. 2.

XIV. Justum igitur et pium est, viri fratres, Deo potius obedientes nos esse, quam in superbia et turbulentia detestandae aemulationis duces et authores sequi. Si enim omni periculi timore abjecto, voluntatibus hominum nos tradiderimus, qui ad contentionem et seditiones collimant, ut ab eo, quod rectum et bonum est, alienos nos reddant, non leve damnum, imo potius grave periculum subibimus. Benigni erga ipsos simus, secundum misericordiam

γέγραπται γὰρ, κολλᾶσθαι τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται. Καὶ ὁ Κύριος λέγει· τὸν ὁμολογήσαντά με, ... τοῦ πατρός μου. ἐν τίνι δὲ, ... τῶν ἐντολῶν. Connectit verba Clementis Epist. I. Cap. hoc et sequenti et 46. item Epist. II. Cap. 3. COTEL.

9. *μυσαροῦ ζήλους*] Vide supra §. 4. p. 20. l. 12. atque ibi notata. Cod. MS. ΜΥΣΕΡΟΥ.

10. *οὐ τὴν τυχοῦσαν*] Articulum e Cod. MSto restituit Wottonus, quem secuti sunt Gallandius, Schoenemannus, et Hefelius.

13. *ἐξακοντίζουσιν*] Boisius legendum vult *ἐξακοντίζουσιν λόγους* vel *ῥήματα*. Junius *ἐξακοντίζουσιν* seu potius *ἐξακονῶσιν τὰς γλώσσας* vel *ταῖς γλώσσαις*. Ipse nihil muto, cum opus non est ut aliquid addatur; vox enim *ἐξακοντίζω* saepius legitur verbum neutrum, sive in proprio, sive in metaphorico sensu usurpatur. WOTT.

14. *Χρηστευσώμεθα αὐτοῖς*] Junius, Fellus, et Colomesius malunt *ἀλλήλοις*, et eo modo verterunt, necnon Cotelerius. *Benigni erga nos invicem* vel *inter nos simus*. Mihi sane neutra lectio displicet; quocunque enim modo legamus, commodus est hujusce loci sensus. Si legamus *αὐτοῖς*, refertur ad antecedentia. *Χρηστότης* autem ac benevolentia erga haereticos et schismaticos, ipsosque haeresiarchas et schismatum authores, potest conciliari cum pio et Christiano zelo. Ita enim attemperanda sunt zelus propter fidem, et charitas Christiana, ut neque ex simulata quadam fictave charitate, de fide et disciplina, a S. Apostolis et Ecclesiae Patribus traditis, parum solliciti esse videamur; neque zelus noster propter veritates Evangelicas, regimenque a Christo et Apostolis ejus institutum, in odium, et inimicitiam erga ipsos homines converta-

στευσώμεθα αὐτοῖς κατὰ τὴν εὐσπλαγχνίαν καὶ γλυκύτητα τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. Γέγραπται γάρ, "Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολει-"φθήσονται ἐπ' αὐτῆς· οἱ δὲ παρανομοῦντες ἐξολε-"θρευθήσονται ἀπ' αὐτῆς." Καὶ πάλιν λέγει, "Εἶδον ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ ἐπαιρόμενον ὡς "τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδού, "οὐκ ἦν, καὶ ἐξεζήτησα τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐχ "εὗρον. Φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα, ὅτι "ἐστὶν ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ."

tur. Non ad cujusquam gratiam aucupandam a defensione veritatis vel minimum recedendum est; neque metuendum, ne Christianam charitatem violemus, dum schisma, toties ab Apostolis et Patribus condemnatum, zelo quantumvis fervido, modo non hostili odio homines, insequamur, et schismaticos periculi sui admoneamus. Hoc tamen cavendum est, ne dum eorum errores damnemus, erga ipsos infensos animos geramus. Hoc egerunt tum B. Ignatius, in Epist. ad Smyrn. §. 4. ad Ephes. §. 10. tum S. Cyprianus Cornelio [Epist. 59. ed. Fell.] 'Oramus ac deprecamur Deum, 'quem provocare illi et exacerbare non desinunt, ut eorum corda mitescant, ut furore deposito ad sanitatem 'mentis redeant, ut pectora 'operta delictorum tenebris, 'poenitentiae lumen agnoscant; 'et magis petant fundi pro se 'preces atque orationes antistitis, quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis.' WOTT. Gallandius lectionem αὐτοῖς retinet, et ad schismaticos refert. Editorem autem Venetum fefellit Wottonus in Ep. ii. §. 4. ubi ἑαυτοὺς non αὐτοὺς exhibet Cod. MS. Utrumvis sensum mavis, non est cur lectionem sollicites: ἑαυτοῖς pro ἀλλήλοις saepissime usurpatur, uti ab Apostolo, Epist. ad Coloss. iii. 13. ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, καὶ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς . . . Cf. Xenophon. Memorab. II. vi. 20. καὶ φθονοῦντες ἑαυτοῖς μισοῦσιν ἀλλήλους. Αὑτῶν πυνθάνεσθαι alius alium sciscitari habet Demosthenes, Philipp. i. §. 12. τἀναντιώτατα ἑαυτοῖς. c. Midiam, §. 53. Ἑαυτούς· ἀλλήλους. Hesych. Cf. Hermann. not. ad Soph. Antig. 145. et Bornemann. annot. in Xenophontis Convivium. p. 156.

1. καὶ γλυκύτητα] In Wottoni recensione Cod. MS. non exhibet καί.

3. Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες κ. τ. λ.] In MSS. fere omnibus, nec non editionibus Rom. Lond. Cant. et Franequerae, legimus solum Ὅτι εὐθεῖς κατασκηνώσουσι γῆν, καὶ ὅσιοι ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ· ὁδοὶ δὲ κ. τ. λ. at in MSS. quibusdam, ut in Alexandrino, necnon in Edi-

[library stamp]

et dulcedinem Creatoris nostri: scriptum enim est, *Benigni incolae erunt terrae, innocentes relinquentur* Prov. ii. 21.
in ea; impii vero et legum violatores disperibunt ab sec. LXX.
ea. Et rursus dicit: *Vidi impium superexaltatum,* Ps. xxxvii. 9.
et elevatum, sicut cedros Libani: et transivi, et ecce Ps. xxxvii. 35—37.
non erat, et quaesivi eum, et non est inventus locus ejus. Custodi innocentiam, et vide aequitatem; quoniam sunt reliquiae homini pacifico.

tionibus Complutensi et nupera Oxoniensi, vers. 21. Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ· ὅτι εὐθεῖς . . . ἐν αὐτῇ. Quae verba, ὅτι εὐθεῖς . . . . ἐν αὐτῇ, in edit. Oxon. doctissimus editor uncis inclusit, tamquam interpolata. Haec autem ex Aquilae, vel Theodotionis, aut Symmachi versione, in margine apposita, tandem in textum irrepsisse, imo in plerisque codicibus genuinam LXX Interpretum lectionem exclusisse, conjicio. Legit enim proculdubio apud Interpretes LXX Clemens ipsis Apostolis σύγχρονος: Χρηστοὶ ἔσονται κ. τ. λ. ita et Clemens Alexand. WOTT.

4. ἐξολεθρευθήσονται] Ita Wott. et Gall. e Cod. MSto, in quo tum hic tum perpetuo apud LXX. legitur haec forma antiquior. Caeteri editores cum Junio habent ἐξολοθρευθήσονται, quam quidem formam Alexandrinam vel Macedonicam passim exhibet Codex Vaticanus. Plura dabunt Kuinoel. et Krebsius in Act. Apost. iii. 23.

6. Εἶδον ἀσεβῆ] Ita Edd. post LXX. et Clem. Alex. qui haec et sequentia, paucis mutatis, recitat usque ad οὐκ ἐπαιρομένων ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. init. §. 16. Vid. Strom. iv. 5. p. 577. ed. Potter. Codex MStus habet ΙΔΟΝΑΣΕΒΗΝ, sed vocales diphthongique ibi permutantur, adeo ut Ι pro ΕΙ saepissime exhibeatur.

ib. ἐπαιρόμενον] Ita LXX interpretes. Junius quidem et Edd. omnes ante Wottonum praebent αἰρόμενον. Cod. MStus tamen habet ΑΙΠΕΡΟΜΕΝΟΝ, vocali Ε et diphthongo ΑΙ, sicut passim, inter se permutatis.

8. ἐξεζήτησα τὸν τόπον αὐτοῦ] Versio LXX. unde haec citantur, uti monet Wottonus, paulo aliter se habet: Ἐζήτησα αὐτὸν καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ: ubi ὁ τόπος αὐτοῦ obelo notantur; absunt enim ex Hebraeo Textu, neque agnoscuntur a Verss. Syriaca et Hieronymi. Verss. Arab. et Vulg. cum LXX Int. faciunt.

10. ἐγκατάλειμμα] Per ἐγκατάλειμμα *memoriam* intelligit Euthymius, quae duplici modo conservatur, vel per prolem, vel per bona opera. Ingeniosissime vero Ferrandus locum hunc ita παραφράζει, *erit tempus quo insonti homini merces congruens rependetur.* Uterque ad Hymnographi mentem. COLOM. Citantur haec ex LXX. Textus Hebraeus aliter habetur,

His haerendum qui pacem colunt, non qui fingunt.

IE'. Τοίνυν κολληθῶμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας εἰρηνεύουσιν, καὶ μὴ τοῖς μεθ' ὑποκρίσεως βουλομένοις εἰρήνην· λέγει γάρ που, "Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσίν "με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' "ἐμοῦ." Καὶ πάλιν, "Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλογοῦ-"σαν, τῇ δὲ καρδίᾳ αὐτῶν [κα]τηρῶντο." [Κ]αὶ πάλιν λέγει, "Ἠγάπησαν αὐτὸν τῷ στόματι αὐτῶν, "καὶ τῇ γλώσσῃ αὐ[τ]ῶν ἐψεύσαντο αὐτὸν, ἡ δὲ "καρδία [α]ὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπιστώ-"θησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ. Ἄλαλα γενηθήτω

nam novissimum sive finis viri est pax. Vulgat. *Quoniam sunt reliquiae homini pacifico.* Vers. Hieron. *Quia erit ad extremum viro pax.* Syr. *quoniam est finis bonus viris pacis.* Symmachus, Ὅτι ἐστὶ μέλλοντα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ. Hunc locum ita explicat Eusebius, Comment. in Psalmos. Μένει γὰρ ἐγκατάλειμμα καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ τῷ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν μεταδιώξαντι, καὶ διὰ τοῦτο εἰρηνικῷ ἀνθρώπῳ γενομένῳ· κατὰ δὲ τὸν Συμμαχόν· φύλασσέ, φησιν, ἁπλότητα, καὶ ὅρα εὐθὺ ὅτι ἐστὶ μέλλοντα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ. WOTT. Cod. MStus ΕΝΚΑΤΑΛΙΜΜΑ exhibet.

2. βουλομένοις εἰρήνην] Malim λαλουμένοις εἰρήνην. Vide Psalm. xxvii. 3. et lxxxiv. 8. Tum quidem hoc sequentibus apte convenit, in quibus χειλέων et στόματος fit mentio. DAVIS. Minore mutatione, scripseris βουλευομένοις, *suadentibus*, idemque adsequeris; βουλεύματα enim seu *consilia*, non nisi διὰ χειλέων ἢ στόματος dantur. CLERICUS. At amabo te, cur demum MSti lectio solicitanda? Annon satis clare insinuat Pater et animi perversi sententiam et verba dolosa? GALLAND.

3. Οὗτος ὁ λαὸς κ. τ. λ.] Hunc locum Prophetae Clemens exhibuisset sicut a Christo laudatum, S. Marc. vii. 6. si pro ἄπεστιν dedisset ἀπέχει.

5. εὐλογοῦσαν] Ita Cod. MS. Edd. ante Gallandium necnon Schoenemannus exhibent εὐλόγουν, quam quidem lectionem a LXX interpretibus mutuati sunt. Clemens Alex. habet εὐλογοῦσι. MSti scripturam, quam pro forma Dorica habent, optimo jure tuentur Millius et Gallandius. In temporibus indicativi historicis, necnon in modo optativo passim, Dores saepe interponebant syllabam σα in tertiae personae numeri pluralis terminationibus. Hunc autem Dorismum, uti alios quamplures, a Scriptoribus Alexandrinis frequentatum fuisse docet F. G. Sturzius in libello de Dialecto Maced. et Alex. §. 9. Mutationis hujus in temporibus historicis exempla inter alia sunt, Exod. xviii. 26. ἐκρίνοσαν pro ἔκρινον. xxxiii. 8. κα-

XV. Jungamur itaque eis qui cum pietate tranquille vivunt, non autem eis qui cum simulatione pacem colunt. Dicit enim alicubi: *Populus hic* Esai. xxix. 13.
labiis me honorat, cor autem eorum longe abest a me.
Et rursus: *Ore suo benedicebant, et corde suo male-* Ps. lxii. 4.
dicebant. Et rursus dicit: *Dilexerunt eum in ore* lxxviii. 36, 37.
suo, et lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento ejus. Labia fraudulenta obmutescant, et Ps. xxxi. 18.

τενοοῦσαν in Cod. Vat. Num. i. 18. ἐπηξονοῦσαν. Josh. ii. 1. εἰσήλθοσαν. 8. ἐξήλθοσαν. 22. ἤλθοσαν. sec. Cod. Vat. I Paral. xxii. 4. ἐφέροσαν. Job. i. 4. ἐποιοῦσαν in Cod. Vat. Ps. v. 9. et. xiii. 3. ἐδολιοῦσαν. Ezech. xxii. 12. ἐλαμβάνοσαν in Cod. Vat. II Thess. iii. 6. παρελάβοσαν. Syllabam σα in optativo insertam reperies Gen. xlix. 8. αἰνέσαισαν. Ps. xxxiv. 25. εἴποισαν. ciii. 35. ἐκλείποισαν. Prov. xxx. 17. καταφάγοισαν et ἐκκόψαισαν. Esai. lxvi. 20. ἀνενέγκαισαν. Haec non advertens Wottonus, ut Gallandii verba mea faciam, 'minus recte 'censuit hic forte legendum 'εὐλόγησαν; haec enim tempo-'rum inversio Psalmi a Cle-'mente recitati sententiam im-'mutat.'

6. τῇ δὲ καρδίᾳ αὐτῶν] αὐτῶν praetermisit Junius.

7. Ἠγάπησαν] LXX. Alex. Ἠπάτησαν. Licet satis commodus sensus sit, si legamus Ἠπάτησαν, Ἠγάπησαν tamen genuinam esse lectionem existimo; conciliatur enim cum veritate Hebraica, et illud agnoscunt versiones fere omnes. Versio Hieronymi habet *lactaverunt*. WOTT.

10. Ἄλαλα γενηθήτω κ. τ. λ.] Junius et omnes Codd. Imp. exhibent ἀλλὰ, at MStus Cod. ἄλαλα, sicut a Clemente Alexandrino habetur. Apud utrumque legendum est: Ἄλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια, (καὶ ἐξολεθρεῦσαι Κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, καὶ) γλῶσσαν μεγαλορρήμονα. Proculdubio ita se habuit in ipso αὐτογράφῳ; sed Librarius a priore δόλια oculos suos ad γλῶσσαν post alterum δόλια convertens, mancum adeo reddidit hunc locum, ut difficile esset, nisi quod ex S. Scripturis citantur haec verba, ea supplere. Quod si hoc forte accidisset alio in loco, ubi his omissis sententia foret perfecta, adeo ut hiatus aliquis vel manifestum chasma non sentiretur, hujusmodi errore in omnes exhinc descriptos et impressos Codd. propagato, haec verba ex Clemente penitus excidissent. Neque absimile est, vel accuratissimum librarium posse labi in hujusmodi errores. Hinc in hoc ipso Cod. MSto, I. Reg. cap. 3. legimus, Καὶ ἐκάλεσεν Κύριος, Σαμουὴλ, Σαμουὴλ, καὶ εἶπεν, ἰδοὺ ἐγὼ (omissis post ἰδοὺ ἐγὼ, καὶ ἔδραμεν πρὸς Ἠλεὶ, καὶ εἶπεν, ἰδοὺ ἐγὼ) ὅτι κέκληκάς με. WOTT.

"τὰ χείλη τὰ δόλια, γλῶσσαν μεγαλορρήμονα, τοὺς "εἰπόντας, Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλύνωμεν, τὰ "χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστί, τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν; "Ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ "στεναγμοῦ τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι, λέγει "Κύριος, θήσομαι ἐν σωτηρίᾳ, παρρησιάσομαι ἐν "αὐτῷ."

Ad humilitatem hortatur, propositis exemplis Christi.

Ιϛʹ. Ταπεινοφρονούντων γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐπαιρομένων ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. Τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ, ὁ Κύριος ἡμῶν Χριστὸς

[Cum Wottono stant Fell. Colom. Coust. Galland. Idem jam antea monuerat Potterus ad Clem. Alex. Strom. iv. 6. p. 578.] Locus hic conflatus est ex vers. 19. Psal. xxx. juxta computationem Graecorum, et versu 4. Ps. xi. et eis qui sequuntur. Cur in Imperativo γενηθήτω et non γενηθείη scribatur, audiatur Basilius ad Psalm. ΜΔʹ. [v. 5.] Καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε. Μὴ ξενιζέτω δὲ ἡμᾶς τὸ προστακτικῶς λέγεσθαι τὸ, κατευοδοῦ, διὰ τὴν συνήθειαν τῆς γραφῆς, οὕτως ἀεὶ σχηματιζούσης τὰ εὐκτικὰ, γενηθήτω γὰρ τὸ θέλημά σου, ἀντὶ τοῦ γενηθείη, καὶ ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, ἀντὶ τοῦ ἔλθῃ. Et Cyrillus ad Psalm. ΝΔʹ. [v. 16.] Ἐλθέτω δὴ θάνατος ἐπ' αὐτοὺς, ut est in Catena nostra, non tantum εὐκτικὰ, sed προρρητικὰ etiam in Scripturis προστακτικῶς efferri, auctor est. Ἔθος ἐστὶ τῇ γραφῇ, τὰ προρρητικὰ προστακτικῷ τρόπῳ προσφέρεσθαι· καὶ ἐνταῦθα τοίνυν τὸ, ἐλθέτω θάνατος, καὶ τὸ, καταβήτωσαν, ἀντὶ τοῦ ἐλεύσεται, καὶ καταβήσονται, εἴρηται. JUN.

2. μεγαλύνωμεν] Davisius e LXX. reponit μεγαλυνοῦμεν, quam emendationem Gallandius confirmatam censet a Clem. Alex. qui et ipse sic legit in loco citato.

5. ἀναστήσομαι] Cod. MStus exhibet ΑΝΑΣΤΗΣΟΜΕΝ, uti vidit Millius, non ΑΝΑΣΤΗΣΟΜΕ, quod in textu dedit Wottonus.

6. θήσομαι ἐν σωτηρίᾳ] Ita LXX Intt. nisi quod pro σωτηρίᾳ habent σωτηρίῳ, quibuscum consentit Vulgat. *Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.* Caeterae versiones omnes non agnoscunt παρρησιάσομαι ἐν αὐτῷ. WOTT. Apud Clem. Alex. legimus σωτηρίῳ.

9. Τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης κ. τ. λ.] Respicit ad Ps. xliv. 6. ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου, quem locum adducit Author ad Heb. i. 8. ad divinas Christi praerogativas stabiliendum; quo etiam prolato, concludit Justinus M. adversus Tryphonem ὅτι καὶ προσκυνητός ἐστι, καὶ Θεὸς, καὶ Χριστός. [§. 63. p. 160. ed. Ben.] Et quidem eo felicius ad retundendam Judaeorum pertinaciam adducitur hic textus, siquidem ad Messiam pertinere vel ipsi

disperdat Dominus universa labia dolosa, et linguam
magniloquam ; qui dixerunt, Linguam nostram mag- Ps. xii. 3–6.
nificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster Dominus est? Propter miseriam inopum, et gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus, ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.

XVI. Christus enim eorum est, qui humiliter se gerunt, non qui cum fastu et arrogantia supra ejus gregem efferunt sese. Sceptrum magnificentiae

fatentur Rabbini, scil. Targum, Kimchi, Aben Ezra, et Salom. Jarchi. Certe Christus *Dei sceptrum*, quod potentiae symbolum, rectissime dicitur, siquidem *per eum omnia facta sunt, quae facta sunt*. Joan. i. 2. et, ut ait Author ad Hebraeos, τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. FELL. Haec citantur a B. Hieronymo, qui in commentariis suis in Esaiam, cap. liii. de humili Messiae conditione haec habet . . . , 'inglorius erit inter homines 'aspectus ejus, non quo formae 'significet foeditatem, sed quo 'in humilitate venerit et pau'pertate . . . . de quo et Cle'mens vir Apostolicus, qui post 'Petrum Romanam rexit Eccle'siam, scribit ad Corinthios : 'Sceptrum Dei, Dominus Jesus 'Christus, non venit in jactan'tia superbiae, cum possit om'nia, sed in humilitate.' [Opp. tom. iv. p. 612. ed. Vallars.] Videtur igitur legisse Σκῆπτρον τοῦ Θεοῦ (omisso τῆς μεγαλωσύνης) ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς (omis. ἡμῶν post Κύριος, et lecto Ἰησοῦς Χριστὸς pro Χριστὸς Ἰησοῦς) οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ὑπερηφανίας (omis. ἀλαζονείας, οὐδὲ post ἐν κόμπῳ) καὶ πάντα δυνάμενος (vertit enim *cum possit omnia*) ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν. Hic unus locus sufficiat ad refutandam Photii objectionem, Ὅτι Ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων, οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φώνας. Satis enim aperte hoc in loco distinguitur inter duplicem Christi conditionem et naturam, quarum alteram cum a Patre derivarit, et in ea cum Patre communicarit, dicitur τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ, vel sicut ab Hieronymo habetur *Sceptrum Dei*. *Sceptrum* autem denotat regium imperium ; et *Sceptrum Dei*, sive *magnificentiae Dei*, absolutum illud, et supremum imperium, quod Deus, ὁ ἐπὶ πάντων εὐλογητὸς, in creaturas universas exercet : adeo ut, nisi Deus ipse, nemo possit dici τὸ σκῆπτρον κ. τ. λ. Quod ad alteram, de illo dicitur : οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας καὶ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος, *cum possit omnia*, Hieron. (omnipotens enim est) ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν. Videtur S. Pater prae oculis suis habuisse Phil. ii. 6—8. Sufficit et hic locus ab Hieronymo citatus ad refellendam objectionem Anonymi [Edv. Bernard.] petitam ex Clemente

Ἰησοῦς, οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας, οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος· ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν, καθὼς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον περὶ αὐτοῦ ἐλάλησεν· φησὶ γὰρ, “Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; “καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ “διψώσῃ· οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα· καὶ “εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, “ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τὸ “εἶδος τῶν ἀνθρώπων· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ

Alexand. contra authoritatem et authentiam hujus Epistolae: modo enim cum ipso hac de re sentiamus, hic locus, quum in citando eum Alexandrinus una cum aliis praetermiserit, habendus est interpolatus: sensit hoc Anonymus, ideoque ante Hieronymi tempus Epistolam interpolatam fuisse censet, idque Hieronymum latuisse. WOTT.

2. καίπερ δυνάμενος] Hieronymus, qui vertit hanc Epistolam Latine, videtur legisse καίπερ πάντα δυνάμενος, vertit enim *cum possit omnia, sed in humilitate*. Eum secutus sum, haec enim lectio longe clarior; et revera πάντα videtur hic desiderari; nam δυνάμενος, si solum legatur, videretur significare Christum *potuisse venire in jactantia superbiae*, quod verum non est; quia non decebat eum jactare superbe potentiam suam. Sed recte dixeris Christum, *quamvis omnia possit*, humiliter se gessisse. GUL. BURTON. Hoc loco inter alios utitur Bullus quo tueatur Clementem nostrum a Photio haeresis quondam adversus Christi Divinitatem suspectum. ‘Locus hic Clementis,’ sic scribit vir magnus in Defens. Fid. Nic. II. iii. 4. ‘plane geminus ‘est illi D. Pauli ad Philippens. ‘ii. 6. Et quemadmodum Paulus Christi infinitam condescensionem ex eo commendat, ‘quod, cum in forma Dei esset, ‘non ostentaverit suam cum ‘Deo ἰσοτιμίαν (id enim significant verba, οὐχ ἁρπαγμὸν ‘ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ·) ita ‘Clemens docet, Christum, ‘cum revera Sceptrum magnificentiae Dei fuerit, suam ‘tamen majestatem, dum ad ‘homines venerit, occultasse. ‘Scilicet notanda sunt verba, ‘καίπερ δυνάμενος, *quamquam ‘potuerit*, vel *quamquam potens ‘fuerit*.’

5. ἀνηγγείλαμεν] ἀνετείλαμεν, *exorti sumus*. Ita cl. Is. Vossius. Sic Es. xlii. 9. pro ἀναγγεῖλαι legendum ἀνατεῖλαι. Sic enim Codex Alex. et antiquissimus Esaiae liber quem Procopio suo praefixit Johannes Curterius. COLOM. Versio Vulgata, ad fidem textus Hebraei, *Ascendet sicut virgultum*

Dei, Dominus noster Jesus Christus, non venit in jactantia superbiae et arrogantiae, quamvis potuerit; sed in humilitate, prout Spiritus Sanctus de eo loquutus est: dicit enim, *Domine, quis credidit* Esai. liii.
auditui nostro? Et brachium Domini cui revelatum est? Annunciavimus quasi parvulum in conspectu ejus; sicut radix in terra sitienti: non est species ei neque gloria, et vidimus eum, et non habebat speciem, neque decorem; sed species ejus inhonorata, et deficiens prae filiis hominum. Homo in

coram eo, et sicut radix de terra sitienti. Tertullianus haud dubio secutus veterem Italicam, *Annuntiavimus coram ipso, velut puerulus, velut radix de terra sitienti.* [adv. Marcion. iii. 17. *Annuntiavimus de illo,* &c. ib. 7. *Annuntiamus de illo,* &c. adv. Jud. 14.] Theodotio priorem partem hoc modo vertit; Καὶ ἀναβήσεται ὡς θηλάζων ἐνώπιον αὐτοῦ. Symmachus, Καὶ ἀνέβη ὡς κλάδος ἐνώπιον αὐτοῦ. Aquila integram sententiam ita habet, Καὶ ἀναβήσεται ὡς τιθηνιζόμενον εἰς πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ὡς ῥίζα ἀπὸ γῆς ἀβάτου. WOTT.

7. οὐκ ἔστιν εἶδος] Ita Cod. MS. et LXX. Editores ad unum, ne Wottono quidem excepto, Junium secuti exhibent ὅτι οὐκ ἔστιν κ. τ. λ.

9. ἐκλεῖπον παρὰ τὸ εἶδος] Aliter LXX. ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων Cod. Vat. ἐκλεῖπον παρὰ πάντας ἀνθρώπους Cod. Alex. ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων Justinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem, [§. 13. p. 113. ed. Ben.] ubi totum liii. caput ab ipso habetur. ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς ἀνθρώπους Clem. Alex. p. 252. [Paedag. iii. 1.] ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ἦν Idem p. 440. [Strom. ii. 5.] Tertullianus, Italicam secutus, *Deficiens citra omnes homines.* [*citra filios hominum,* adv. Jud. §. 14. c. Marcion. iii. 7.] Adeo ut LXX. (ex ea enim versa fuit Italica) in initio videatur habuisse, quod a MSto Alex. exhibetur, ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους, licet aliter legisse videantur tum S. Clemens, tum Justinus Martyr, alter Apostolis Σύγχρονος, alter proximus apostolico saeculo, et S. Hieronymus cum Vaticano legerit *deficiens prae filiis hominum.* Unde in Commentariis super locum haec habet: 'Sin 'autem non habebat speciem 'neque gloriam, sed forma ip'sius erat ignobilis et deficiens 'prae filiis hominum, sive ut 'habetur in Hebraeo, *despectus* '*et novissimus virorum.*' [Opp. iv. p. 614. ed. Vallars.] Vulgat. *Despectum et novissimum virorum.* ἐξουδενωμένος καὶ ἐλάχιστος ἀνδρῶν Symmachus. WOTT.

10. ἐν πληγῇ ὢν καὶ πόνῳ] Voces καὶ πόνῳ non habentur a LXX. neque eas agnoscit Wottonus in versione sua.

“ πόνῳ, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ὅτι ἀπέστραπται “ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. “ Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν “ ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν “ πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ “ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμα- “ λάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· παιδεία εἰρήνης “ ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν, τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. “ Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν· ἄνθρωπος τῇ “ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη, καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν “ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκα- “ κῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα· ὡς πρόβατον ἐπὶ

4. εἶναι ἐν πόνῳ] Sic cum LXX. Arabs. Textus Hebraeus paulo aliter, *Et nos reputavimus eum plagis affectum, percussum Dei, et humiliatum.* Vulgat. *Putavimus eum quasi leprosum a Deo percussum et humiliatum.* Syr. idem, nisi quod pro *leprosum* habet *cruciatum.* Ἡμεῖς δὲ ἐλογισάμεθα αὐτὸν μεμαστιγωμένον, Theod. ἀφήμενον, i. e. *lepra affectum,* Aquila. ἐν ἀφῇ in *lepra,* πεπληγότα ὑπὸ Θεοῦ καὶ τεταπεινωμένον, Symmach. Unde S. Hieronymus, Comment. in loc. [Opp. iv. p. 615. ed. Vallars.] ‘Qui vere languores no‘stros, et peccata portavit; et ‘pro nobis dolet, non putative, ‘id est, τὸ δοκεῖν, ut vetus et ‘nova Haeresis suspicantur; ‘sed vere crucifixus est. Vere ‘doluit, dicens in Evangelio, ‘*Tristis est anima mea usque ad* ‘*mortem,* et, *nunc anima mea* ‘*turbata est.* Et nos putavi‘mus eum esse immundum, ‘sive *in dolore,* ut LXX. trans‘tulerunt, pro quo Aquila et ‘Symmachus posuerunt *lepro‘sum,* Theodotio, *flagellatum.* ‘Quod aliis verbis Hebraico ‘idiomate *lepra* intelligitur, ‘juxta illud quod in Psalmo ‘scriptum est, *Et flagellum non* ‘*appropinquabit tabernaculo tuo.* ‘Et est sensus, Putavimus eum ‘pro peccatis suis a Deo esse ‘percussum, qui humiliatus est ‘propter nos, et cum latroni‘bus crucifixus. Pro eo quod ‘Symmachus transtulit ἐν ἀφῇ ‘ὄντα, hoc est, *in lepra,* Aquila ‘posuit ἀφήμενον, id est, *lepro‘sum;*’ quod multi non intelli‘gentes putant *relictum,* et alii ‘legunt καθήμενον, id est, *se‘dentem.*’ WOTT.

7. παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν] i. e. punitionem et castigationem quae nobis debebatur, ut pace frueremur, ipse in se recepit. COLOM.

10. παρέδωκεν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν] LXX. habent ταῖς ἁμαρτίαις. Hebraeus Textus

plaga positus et labore, et sciens ferre infirmitatem; quia aversa est facies ejus, despecta, et non reputata. Iste peccata nostra portat, et pro nobis dolet; et nos reputavimus eum esse in labore, et in plaga, et in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et infirmatus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostrae super eum, livore ejus nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus, homo in via sua erravit; et Dominus tradidit eum propter iniquitates nostras, et ipse propter afflictionem non aperit os suum. Sicut ovis ad victimam ductus est, et sicut agnus coram ton-

alio modo se habet, sensus tamen diversus non est; *Et Dominus fecit occurrere in eum iniquitatem omnium nostrum; oppressus est, et ipse afflictus est, et non aperiet os suum.* Vulgat. *Et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum; oblatus est, quia ipse voluit, et non aperuit os suum.* Symmachus et Theodotio, ὑπακούων οὐκ ἤνοιξε. Hinc S. Hieronymus, Comment. in locum: ... '*Dominus* autem '*posuit in eo iniquitatem omnium nostrum,* sive *tradidit* '*eum pro peccatis nostris:* ut, 'quod propter imbecillitatem 'virium ferre non poteramus, 'pro nobis ille portaret, qui '*oblatus est quia ipse voluit.* 'Non enim necessitate crucem, 'sed voluntate sustinuit, dicens 'in Evangelio, *Calicem quem* '*mihi dedit Pater, non bibam illum?*.... Alioquin, si non pro'pria voluntate esset oblatus, 'qui indicare et praedicere po'terat proditorem, ... poterat 'eos qui ad se missi fuerant 'declinare, quibus occurrit in'trepidus, et ultro se obtulit, 'dicens, *Quem quaeritis?* qui 'statim ceciderunt retrorsum; 'vocem enim praesentis Dei 'ferre non poterant. Pulchre'que addidit; *Et non aperuit* '*os suum:* Qui dicenti Pilato, '*Mihi non loqueris?* noluit re'spondere. Sive juxta LXX. '*afflictus non aperuit os.* Aut 'juxta Symmachum et Theo'dotionem, *audiens non aperuit* '*os suum.*' Versio Syriaca ad Hebraeum Textum proxime accedit. Justinus Martyr legit cum LXX. Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. [Dial. c. Tryph. §. 13. p. 113. ed. Ben.] Neque dubito quin ita verterint LXX Interpretes, Clementem vero phrasin LXX. paululum variasse, ut propius accederet ad phrasin N. Testamenti, in quo semper legimus παρέδωκεν, et παρεδόθη ὑπὲρ ἡμῶν, et ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἡμῶν. WOTT.

12. οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα] Ita Codex Alexandrinus, at Vaticanus exhibet οὐκ ἀνοίγει στόμα αὐτοῦ.

“ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος “ ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν “ τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη· τὴν γενεὰν “ αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ “ ζωὴ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἥκει εἰς “ θάνατον· καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς “ αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· “ ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ “ στόματι αὐτοῦ· καὶ Κύριος βούλε[illegible]αι καθαρίσαι

1. *ἐναντίον τοῦ κείραντος*] Cod. Alex. *ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτόν.* Cod. Vat. *ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος.* S. Lucas, Act. viii. 32. *ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος.*

2. *τὸ στόμα αὐτοῦ.*] Ita Cod. Alex. et S. Lucas. In Cod. Vat. deest *αὐτοῦ.*

ib. *Ἐν τῇ ταπεινώσει*] Legunt cum LXX Intt. tum S. Lucas Act. viii. 33. tum S. Clemens hoc in loco, nisi quod ab Evangelista interponitur *αὐτοῦ* inter *τῇ ταπεινώσει* et *ἡ κρίσις.* In textu Hebraeo multum aliter legimus, *De clausura et de judicio sublatus est.* Vulgat. *De angustia, &c.* Syr. *E carcere et judicio raptus est.* Tertullianus [adv. Jud. §. 13.] secutus Italicam, *In humilitate enim judicium ejus sublatum est.* S. Hieronymus in locum [Opp. iv. p. 618. ed Vallars.] ‘ *De* ‘ *angustia et judicio sublatus est,* ‘ sive, ut LXX. transtulerunt, ‘ *in humilitate judicium ejus ab-* ‘ *latum est,* illud significat, quod ‘ de tribulatione atque judicio ‘ ad Patrem victor ascenderit; ‘ sive quod Judex omnium, ju- ‘ dicii non repererit veritatem; ‘ sed absque ulla culpa, sedi- ‘ tione Judaeorum, et Pilati ‘ voce damnatus sit: unde ad- ‘ miratur Propheta, quod om- ‘ nium Deus se tradiderit pas- ‘ sioni.’ WOTT.

4. *ὅτι αἴρεται κ. τ. λ.*] Text. Heb. *Quoniam abscissus est de terra viventium, propter praevaricationem populi mei plaga ei.* Vulgat. *Qui abscissus est de terra viventium, propter scelus populi mei percussi eum.* Vers. Syr. *Nam succisus est e terra viventium, et ex iniquis populi mei appropinquarunt ei,* sive *tetigerunt eum.* Theodotio, *Ὅτι ἀπετμήθη ἀπὸ γῆς ζώντων, ἀπὸ ἀθεσίας τοῦ λαοῦ μου ἥψατο αὐτῶν.* Symmachus, *Ἀπετμήθη γὰρ ἐκ γῆς ζώντων, καὶ διὰ τὴν ἀδικίαν τοῦ λαοῦ μου πληγὴ αὐτοῖς.* Tertullianus [Adv. Judaeos §. 10.] veterem Italicam secutus in citando membro posteriore cum LXX. verbum verbo reddens, exhibet, *A facinoribus populi mei perductus est ad mortem.* S. Hieronymus, Comment. super locum, haec observavit: ‘ Istius ‘ igitur, cujus generationem, ‘ aut nullus, aut rarus enarrare ‘ potest, sublata est vita de

dente mutus, sic non aperit os. In humilitate judicium ejus sublatum est; generationem ejus quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita ejus, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et dabo impios pro sepultura ejus, et divites pro morte illius; quia iniquitatem non fecit, neque dolus in ore suo; et Dominus vult mundare eum a plaga. Si dederitis pro peccato, anima vestra videbit semen longaevum. Et vult Dominus auferre de dolore

'terra, ut nequaquam in terra, 'sed in coelo viveret. Sive 'abscissus est de terra viventium, ut impleretur de eo 'quod scriptum est.... Quodque jungitur, *propter scelus* '*populi mei percussit eos*, sive 'juxta LXX. ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν, '&c. duplicem habet sensum, '&c.' WOTT.

5. ἥκει εἰς θάνατον] LXX. ἤχθη. Lectionem Clementinam exhibet tum S. Justinus Martyr, Apol. i. 51. tum Chrysostomus, adv. Judaeos et Gent. quod Christus sit Deus. §. 4. Opp. i. p. 563. ed. Bened.

8. οὐδὲ εὑρέθη δόλος κ. τ. λ.] Sic Cod. Alex. At a Vaticano exhibetur ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλον ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. S. Cyprianus habet, [Adv. Judaeos ii. 15.] *Quia facinus non fecit, neque insidias in ore suo.* Sed ante eum Tertullianus [Adv. Judaeos §. 11.] *Quia scelus non fecit, neque dolus in ore ejus inventus est.* Justinus Martyr [Apol. i. 51.] οὐδὲ εὑρέθη δόλος (S. Cyrillus οὐδὲ δόλος εὑρέθη) ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Lectionem Clementinam confirmat ipse Petrus Apostolus, apud quem legimus [Ep. I. ii. 22.] ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Hebraeus Textus habet, *eo quod injuriam non fecit, neque fuit dolus in ore ejus.* Vulgat. *Eo quod iniquitatem non fecerit, neque fuerit dolus in ore ejus.* S. Hieron. Comment. super locum haec habet; 'Iste pro cujus 'sepultura ac morte impii divi'tesque sunt traditi, iniquita'tem non fecit, neque dolus 'est in ore ejus.' WOTT. Lectio illa quam e S. Cyrillo profert Wottonus non exstat in Comment. in Esaiam lib. V. tom. i. Opp. II. p. 749. ed. Aubert. Lutet. 1638.

9. καὶ Κύριος βούλεται καθαρίσαι κ. τ. λ.] Heb. et Syr. *Et Dominus vult contundere eum, fecit* eum *aegrotare.* Vulgat. *Et voluit Dominus conterere eum in infirmitate.* Syr. versio cum Hebraeo textu consentit. S. Hieronymus, Comment. super locum, haec habet, 'Juxta He'braicum hic sensus est: si 'posuerit pro peccato animam 'suam ille quem Dominus con'terere voluit, sive mundare, 'videbit semen longaevum, 'quod seminavit in bona terra. 'Juxta LXX. hoc dicitur: O

" αὐτὸν τῆς πληγῆς. Ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας, ἡ " ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. Καὶ " Κύριος βούλεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς " αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, " δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς, καὶ τὰς " ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει. Διὰ τοῦτο αὐτὸς " κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ " σκῦλα· ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ " αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ αὐτὸς ἁμαρ- " τίας πολλῶν ἀνήνεγκεν, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας

'vos, propter quorum peccata 'filius Dei est ductus ad mor- 'tem—si volueritis agere poe- 'nitentiam, et pro peccatis 'vestris offerre sacrificium pla- 'cens Deo—videbit anima ve- 'stra semen longi temporis, 'ipsum Dominum Salvatorem.' WOTT.

1. τῆς πληγῆς.] Ita cum Cod. MSto Mill. Wott. Gall. Hefel. Caeteri cum Junio ταῖς πληγαῖς. MSti lectionem exhibent LXX. Cod. Vat. ἀπὸ τῆς πληγῆς, et sic legitur hic locus Prophetae apud Justinum M. Dial. c. Tryphon. §. 13. Herzogius, *Ihn wollte der Herr von Leiden befreien.*

ib. Ἐὰν δῶτε] Ita Cod. MStus, non δῶται, quam lectionem, a Wottono in contextu datam, e Justino M. defendit Gallandius. Editor autem ipse Cantabrigiensis existimat librarium, ut alibi saepissime, hoc quoque in loco scripsisse AI pro E; et Cod. Alex. a Gallandio allegatus non habet δῶται in Esai. liii. 10. sed δῶτε, quam lectionem ante oculos habuerunt et Hieronymus et Cyrillus.

2. ὄψεται] ΕΨΕΤΑΙ Cod. MStus.

ib. Καὶ Κύριος βούλεται ἀφελεῖν κ. τ. λ.] LXX. eodem modo, quo a Clemente hoc in loco habetur, legunt. Hebraeus textus longe aliter, *Videbit semen, prolongabit dies, et voluntas Domini in manu ejus prosperabitur. Propter laborem animae suae videbit, saturabitur, in scientia sua justificabit justus servus meus multos.* Vulgat. *Videbit semen longaevum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit, et saturabitur: in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos.* Versio Syriaca, *Ut videret semen, et prorogaret dies, et voluntas Domini in manu ejus prosperaretur: et e labore animae suae videret, et scientia saturaret, atque justificaret justos: servus erit multorum.* Tertullianus habet: *Et Deus voluit eximere a morte animam ejus.* [Adv. Judaeos §. 11.] Καὶ Κύριος βούλεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ θανάτου τὴν ψυχὴν αὐτοῦ: pro ἀφελεῖν

animam ejus, ostendere ei lucem, et formare intelligentia, justificare justum bene servientem multis; et peccata eorum ipse portabit. Propterea ipse possidebit multos, et fortium dividet spolia, pro eo quod tradita est ad mortem anima ejus, et in iniquis reputatus est: et ipse peccata multorum tulit, et propter iniquitates eorum traditus est. Et rursus Ps. xxii. 6—8.
idem dicit, *Ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum, et abjectio plebis. Omnes vi-*

ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. S. Hieronymus hunc locum ita explicat: 'Vult enim Dominus 'auferre de dolore animam e'jus .... et ostendere ei lucem, 'ut omnes per se videat illu'minatos. Et formare intelli'gentia, subauditur eum, pro'pter quem descenderit Spiri'tus sententiae et intellectus, 'et justificare justum qui bene 'multis servierit. Non enim 'venit, ut ministraretur ei, sed 'ut ministraret..... Et notan'dum, quod non justificatus sit '(ut de iniquo justus fieret) 'sed justus justificatur, non ut 'inciperet esse, quod non erat; 'sed ut, quod erat, omnibus 'appareret. Iste justus pro 'iniquis passus est, ut omnes 'nos offerret Deo.' WOTT.

8. ἀνθ' ὧν παρεδόθη κ. τ. λ.] Ita exhibetur a LXX Intt. at habetur paulo aliter ab Hebraeo Textu, *Pro eo quod effudit in mortem animam suam.* Vulgat. *Pro eo quod tradidit in mortem animam suam.* S. Cyprianus [Adv. Judaeos ii. 15.] *Propterea quod tradita est ad mortem anima ejus.* S. Hieronymus, Comment. in locum, 'Propterea 'autem accipiet gentes pluri'mas, qui venit praedicare cap'tivis remissionem, et captivam 'prius a Diabolo atque Daemo'nibus duxit captivitatem, et 'dedit eam dono hominibus, 'atque credentibus; quia tradi'dit in mortem animam suam, 'et cum sceleratis, sive iniquis 'reputatus est.' WOTT.

9. καὶ τοῖς ἀνόμοις] καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις LXX. et Justinus M. Apol. i. 51. μετὰ τῶν ἀνόμων. ib. 50.

10. καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας] Eo modo habetur a LXX Intt. καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας Alex. (ἀνομίας Vat.) αὐτῶν παρεδόθη. Sed in Hebraeo Textu legimus: *et praevaricatoribus intercedet.* Vulgat. *et pro transgressionibus rogavit.* S. Cyprianus [Adv. Judaeos ii. 15.] *propter facinora illorum traditus est.* S. Hieronymus ita cum LXX Intt. locum explicat: 'Vere 'enim reputatus est inter pec'catores et iniquos... Tantae'que clementiae fuit, ut pro 'transgressoribus, imo pro per'secutoribus suis rogaret in 'cruce, et diceret, Pater, ig'nosce illis, quod enim faciunt 'nesciunt.' WOTT.

" αὐτῶν παρεδόθη." Καὶ πάλιν αὐτός φησιν, " Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος " ἀνθρώπων καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. Πάντες οἱ θεω- " ροῦντές με, ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χεί- " λεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν· ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, " ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν." Ὁρᾶτε, ἄνδρες ἀγαπητοὶ, τίς ὁ ὑπογραμμὸς ὁ δεδομένος ἡμῖν· εἰ γὰρ ὁ Κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησεν, τί ποιήσομεν ἡμεῖς οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτοῦ δι' αὐτοῦ ἐλθόντες;

et Sanctorum vetusti temporis.

IZ'. Μιμηταὶ γενώμεθα κἀκείνων, οἵτινες ἐν δέρ-

1. Καὶ πάλιν αὐτός φησιν] αὐτός, *ipse*, scil. Christus. SANCROFT.

4. ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν] Ita legit Clemens cum LXX Intt. Textus Hebraeus, *emittent in labio*. Versio S. Hieronymi, ex Hebraeo facta, *demittunt labium*. WOTT.

5. ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον] Eodem modo habetur ab Intt. LXX. in Verss. Syr. et Vulgat. necnon in Evangelio S. Matthaei, xxvii. 43. Exhibet nobis Textus Hebraeus, *Volve* vel *verte* te *ad Dominum*. Versio S. Hieronymi: *confugit ad Dominum*. WOTT.

7. τίς ὁ ὑπογραμμὸς] Vide supra notata ad §. 5. p. 28. l. 5.

8. εἰ γὰρ ὁ Κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησεν] Sic Augustinus, Tract. 25. in Johan. col. 221. [491. tom. iii. ed. Ben.] 'Quid 'superbis, homo? Filius Dei 'propter te humilis factus est. 'Puderet te fortasse imitari 'humilem hominem: saltem 'imitare humilem Deum.'. Id. Ps. xviii. col. 99. [87. tom. iv.] 'Jam tandem erubescat homo 'esse superbus, propter quem 'humilis factus est Deus.' BOIS.

9. τί ποιήσομεν] Ita Cotel. Coust. Russel. Caeteri, librarium pressius quam sapientius secuti, ποιήσωμεν. Apud Cod. MStum ne vestigium quidem exstat particulae οὖν quam Wottonus in nota sua interponit ante ποιήσομεν.

10. δι' αὐτοῦ] Hae voces omittuntur in omnibus Edd. ante Wottonum, typographorum potius, ut videtur, quam Junii errore; agnoscuntur enim in versione ejus, necnon a Wakio.

ib. ἐλθόντες] Ita proculdubio legendum, uti in omnibus Edd. si Junium et Maderum excipias, apud quos exhibetur scriptura MSti plane mendosa, ΕΛΘΟΝΤΟΣ. A librario nostro saepissime permutantur Ε et Ο.

11. οἵτινες ἐν δέρμασιν κ.τ.λ.] Hic locus ex xi. ad Hebraeos desumptus est, prout tota haec

dentes me, deriserunt me, loquuti sunt labiis, moverunt caput. Speravit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum. Videtis, viri dilecti, quale nobis exemplar sit propositum: si enim Dominus ita se humiliavit, quid faciemus nos, qui sub jugum ejus gratiae per ipsum venimus?

S. Matt. xxvii. 43.

S. Matt. xi. 29, 30.

XVII. Imitatores simus eorum qui in caprinis et

Hebr. vi. 12. xi. 37.

narratio de fide et obedientia Patriarcharum: similitudinem sensuum et verborum, quam Patres inter Epistolam ad Hebraeos et hanc Clementis esse dixerunt, ex hoc loco et aliis facile deprehendere potest diligens et attentus lector. Clemens Alex. Strom. iv. [§. 17. p. 610. ed. Potter.] addit καὶ τριχῶν καμηλείων πλέγμασι. JUN. Clemens Alex. τὸ, Δι' ὑπομονὴν καὶ πίστιν ἐν δέρμασιν αἰγείοις κ. τ. λ. subnectit τῷ, Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ ἡ πόρνη. Praetermittit autem ea omnia quae inde sequuntur, viz. a §. 12. ad §. 17. Hinc Anonymus [Edv. Bernard] hoc in loco observavit, 'Haec junxit 'Clemens Alexandrinus p. 516. 'cum §. 9. hujus Epistolae, et 'rectissime. Quanta Interpo-'lator addidit? sed hoc facinus 'Hieronymum ipsum latuit in 'Com. ad Esaiam.' Haec quidem junxit Clemens Alex. cum §. 9. pro more suo, qui in citando pro arbitrio suo alia contrahit, alia fusius tradit, alia tollit, alia interponit, sibique accommodat: qui vero inde arguit, interpolatam fuisse hoc in loco Epistolam B. Clementis, neque Romanum, neque Alexandrinum Clementem probe novit; et dum Hieronymum inscitiae insimulavit, ipse inscitiae suae, et fastus hypercritici dedit insigne specimen; lecta enim fuit publice in Ecclesia haec Epistola pene ad Hieronymi tempora, adeo ut locus esse haud potuerit hujusmodi fraudi: neque alius quisquam fuit perspicacis magis ingenii, et acuminis critici, quam Hieronymus: eadem etiam fraus latuit Photium, si interpolata fuerit haec Epistola ante Hieronymum. Liceat igitur Anonymo per me frui commento suo; vix enim alium quemquam trahet in suas partes, praecipue quum haec propius accedant ad Epistolam ad Hebraeos, quam ea quae a Clemente Alexandrino habentur; neque abhorreat ab hujus more quae ab ipso citantur in compendium ducere; neque alius locus sit, qui hoc facilius admittat. Operae igitur pretium esse duco totum, sicut ab Alexandrino habetur, lectori simul exhibere: Ἀτενίσωμεν οὖν εἰς τοὺς τελείως λειτουργήσαντας αὐτοῦ τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ. Λάβωμεν Ἐνὼχ, ὃς ἐν ὑπακοῇ δίκαιος εὑρεθεὶς μετετέθη. Καὶ Νῶε, ὃς πιστεύσας διεσώθη· καὶ Ἀβραὰμ, ὃς διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν φίλος Θεοῦ, πατὴρ δὲ τοῦ Ἰσαὰκ προσηγορεύθη. Διὰ φιλοξενίαν καὶ εὐσέ-

μασιν αἰγείοις καὶ μηλωταῖς περιεπάτησαν, κηρύσσοντες τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ· λέγομεν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισαιὲ, ἔτι δὲ καὶ Ἰεζεκιὴλ τοὺς προφήτας, πρὸς τούτοις καὶ τοὺς μεμαρτυρημένους. Ἐμαρτυρήθη μεγάλως Ἀβραὰμ, καὶ φίλος προσηγορεύθη τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγει, ἀτενίζων εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ταπεινοφρονῶν, "Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός." Ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἰὼβ οὕτω γέγραπται· "Ἰὼβ ἦν δίκαιος, " καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ " παντὸς κακοῦ·" ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγ[ορῶν

βειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων: Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ ἡ πόρνη. Δι' ὑπομονὴν καὶ πίστιν ἐν δέρμασιν αἰγείοις, καὶ μηλωταῖς, καὶ τριχῶν καμηλείων πλέγμασιν περιεπάτησαν κηρύσσοντες τὴν βασιλείαν τοῦ Χριστοῦ· λέγομεν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισσαῖον, Ἰεζεκιήλ τε καὶ Ἰωάννην, τοὺς προφήτας. ed. Oxon. p. 610. WOTT.

3. *Ἐλισαιὲ*] Cod. MStum secutus sum. Edd. cum Clem. Alex. *Ἐλισσαῖον*.

4. *καὶ τοὺς μεμαρτυρημένους.*] i. e. etiam eos qui in Scriptura praeclaris elogiis atque testimoniis ornati sunt. Vid. Act. vi. 3. et Hebr. xi. 2. Participium *μεμαρτυρημένους* sic accipiendum esse, non autem de iis intelligendum, qui mortis illud genus quod Martyrium dicitur subierunt, quae mox sequuntur satis apte videntur declarare. BOIS. Vide sis infra, §. 18. et Ignat. ad Philad. §. 11. Cf. Euseb. H. E. i. 4. *Πάντας δ' ἐκείνους δικαιοσύνῃ μεμαρτυρημένους.* Sic D. Johannes, Ep. III. 12. *Δημητρίῳ μεμαρτύρηται ὑπὸ πάντων.*' Hermas, Past. III. v. 2. "quod tam plenum *testimonium* Domini sui assecutus " fuisset."

5. *καὶ φίλος προσηγορεύθη τοῦ Θεοῦ*] Memoratur a S. Jacobo de Abrahamo, quod *φίλος Θεοῦ ἐκλήθη*. ii. 23. Respexerunt proculdubio, tum S. Jacobus, tum S. Clemens, ad II. Paralipom. xx. 7. *Ἀβραὰμ τῷ ἠγαπημένῳ σου.* (ubi ed. Complut. habet *Ἀβραὰμ τῷ φίλῳ σου.*) vel Esai. xli. 8. *Ἀβραὰμ, ὃν ἠγάπησα*, pro quo Symmachus *Ἀβραὰμ τοῦ φίλου μου.* In utroque loco Text. Hebraeus et Vulgat. exhibent *amici*. Citavit haec ex Romano Clemens Alexandrinus: praetermisit autem *ἀτενίζων εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ*, caeteraque pro usitato illius more immutavit. Apud illum enim, pro *Ἐμαρτυρήθη μεγάλως Ἀβραὰμ, καὶ φίλος προσηγορεύθη τοῦ Θεοῦ*, legimus *Ὁ γάρ τοι φίλος Θεοῦ διὰ πίστιν ἐλευθέραν κληθεὶς Ἀβραάμ.* Petivit sane vocem *κληθεὶς* ex Epistola S. Jacobi. Pro *λέγει ταπεινόφρων* vel *ταπεινοφρονῶν*, apud Clem. Alex. legitur *οὐκ ἐπήρθη τῇ δόξῃ, μετριοπαθῶν δὲ ἔλεγεν.* WOTT.

ovinis pellibus adventum Christi praedicantes circumierunt, Eliam dicimus, et Elizaeum, et Ezechielem prophetas, et cum his, eos qui praeclarum testimonium consequuti sunt. Abraham elogio insigni ornatus fuit, et amicus Dei vocatus fuit, qui gloriam Dei defixis oculis aspiciens in humilitate dixit, *Ego autem sum terra et cinis.* Praeterea et de Job sic scriptum est: *Job erat justus, sine crimine, verax, colens Deum, abstinens ab omni mala re:* sed ille

Act. vii. 52. II. Paral. xx. 7. Esai. xli. 8. S. Jacob. ii. 23. Gen. xviii. 27. Job. i. 1.

7. ταπεινοφρονῶν] MS. exhibet ΤΑΠΕΙΝΟΦΡΩΝΩΝ, unde posterius ΩΝ redundare existimo; adeo ut legendum sit ταπεινόφρων, quod aptius consentit cum analogia et Syntaxi Graecae linguae, in qua duo participia rarius concurrunt absque copula. WOTT. Wottono adstipulatur Gallandius. Attamen ταπεινοφρονῶν habemus supra §. 16. infra §. 19. et saepissime permutantur Ο et Ω.

8. Ἰὼβ ἦν δίκαιος κ.τ.λ.] Haec paulo aliter a Clemente quam a LXX Intt. habentur, apud quos legimus ἄμεμπτος, δίκαιος, καὶ ἀληθινὸς, καὶ θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. Clemens Alex. [Strom. iv. 17.] in citando hoc loco non discedit a Clemente Romano; nisi quod pro ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἰὼβ οὕτω γέγραπται habeat περί τε τοῦ Ἰὼβ οὕτως γέγραπται, et ante θεοσεβὴς ex LXX. inserat καί. Cum S. Pater hoc in loco Jobum medium inter Abrahamum et Moysen collocet, satis constat eum habuisse Jobum Moyse antiquiorem. Cum S. Clemente sensit Chrysostomus, qui in Homil. de Laudibus Pauli haec habet: Τίνα ἄν τις μετὰ τὸν Ἰὼβ ἐκπλαγείη; τὸν Μωϋσέα πάντως. Vol. viii. p. 35. ed. Savil. Jobum medium inter Josephum et Moysen collocat S. Chrysostomus; Josephus autem, cum filius fuerit Jacobi nepotis Abrahami, tertius fuit ab Abrahamo, a quo Jobus quintus fuisse existimatur prognatus de Esavo: vid. quae habentur in fine libri Job a Graecis Bibliis. WOTT.

10. ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγορῶν] Multo aliter legimus in Clem. Alex. [Strom. iv. 17.] Οὗτος ὁ νικήσας δι' ὑπομονῆς τὸν πειράσαντα, καὶ μαρτυρήσας, καὶ μαρτυρηθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὃς ταπεινοφροσύνης ἀντέχεται, καὶ λέγει· οὐδεὶς κ. τ. λ. Haec igitur de suo inseruit, quo ea quae sequuntur sibi accommodaret; neque hoc ab ipso alienum est: hinc legimus paulo infra, ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος φωνὴν Κυρίου διὰ γλώσσης ἀνθρωπίνης διακονῆσαι, quae verba neque Moysis sunt, neque Clementis Romani. Hinc Strom. v. [§. 10.] legimus καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, φησὶν, ὡς ἂν ἐγγηράσαντες τῇ διαθήκῃ τῇ παλαιᾷ, πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς—πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης· νήπιος γάρ ἐστι, τὰ

εἶπεν,] "Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπ[ου, ἐὰν καὶ] μιᾶς "ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτο[ῦ]." Μωϋσῆς "πιστὸς ἐν ὅλῳ "[τῷ οἴκῳ] αὐτοῦ" ἐκλήθη, καὶ διὰ τῆς [ὑπηρε]σίας αὐτοῦ ἔκρινεν ὁ Θεὸς [λαὸν αὐτοῦ Ἰσραὴλ] διὰ τῶν μαστίγων καὶ τῶν [αἰκι]σμάτων αὐτῶν· ἀλλὰ κἀκε[ῖνος] δοξασθεὶς μεγάλως οὐκ ἐμ[εγα]λορρημόνησεν, ἀλλ' εἶπεν, ἐ[κ τῆς] βάτου χρηματισμοῦ αὐτῷ διδο[μέ]νου, "Τίς εἰμι ἐγώ, ὅτι με πέμπ[εις]; ἐγὼ "δέ εἰμι ἰσχνόφωνος καὶ βρ[α]δύγλωσσος·" καὶ πάλιν λέγει, "Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ κύθρας."

πρῶτα μαθήματα πεπιστευμένος· τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ κ. τ. λ. Quod si hanc licentiam sibi indulserit in citandis Sacris Scripturis, nemo miretur, si eadem usus fuerit quum versetur circa scripta Viri Apostolici. WOTT.

1. εἶπεν] Ita se legisse diserte testatur Wottonus. Ego quidem nihil conspicere potui inter κατηγ . . . et οὐδείς. Edd. omnes praeter Russel. et Galland. exhibent λέγει, quam lectionem literis miniatis descripserat Junius, perinde ac si nihil hic exstitisset in Cod. MSto.

ib. ἐὰν καὶ μιᾶς] Junius cum Clemente Alexandrino legit οὐδὲ εἰ; neque a vero absimile est eo modo scripsisse ipsum Clementem, quem secutus fuit Alexandrinus, et Origenes ejus discipulus Alexandrinum; legit enim Origenes haud semel οὐδὲ εἰ; quum vero hoc in loco in MSto Codice lacuna sit, adeo ut nihil certi inde constare possit, lego cum vulgatis LXX. editionibus, et codicibus optimae fidei, Alexandrino et Vaticano, ἐὰν καί. Dicitur autem apud Jobum interrogative. WOTT. Cum Wottono facit Boisius, qui in apographo suo legerat, ..ἀπὸ ῥύπους, οὐδὲ μιᾶς... Eamdem formam ῥύπους exhibet Junius, et neutro quidem genere hanc vocem dixit Hippocrates; τυρὸν αἴγειον ὀπτᾶν περιξύσας τὸ ῥύπος καὶ τὴν ἅλμην. de Mulier. Morb. i. 65. tom. vii. p. 765. ed Charter. necnon Gregorius Naz. τὰ τῶν ψυχῶν ῥύπη. Orat. xvi. tom. i. p. 263. ed. Paris. 1630. Millius legit εἰ καὶ: Cotelerius lectoris arbitrio permittit eligere quid velit, vel οὐδὲ εἰ vel οὐδ' ἄν, vel ἐὰν καὶ, vel denique κἄν. οὐδ' ἂν legebat Const. Apost. scriptor, ii. 18. Hunc locum e libro Job ab Origene quadragies citatum fuisse testatur Wallus, *History of Infant Baptism*, i. 122.

3. ὑπηρεσίας] Hanc lectionem, ad oram libri a Colom. Frey. et Coustantio datam, in contextum admisit Wottonus. Caeteri cum Junio, προστασίας, *per ejus praefecturam.*

4. λαὸν αὐτοῦ Ἰσραὴλ] Lacunam hanc explevi ad Millii mentem, qui τῶν μαστίγων καὶ τῶν αἰκισμάτων interpretatur de *plagis illis quas in deserto tule-*

seipsum accusans dicit: *Nemo mundus a sorde, etsi* Job. xiv. 4, 6.
vita ejus unius diei fuerit. Moses fidelis in tota Num. xii. 7.
ejus domo vocatus est, et per ejus ministerium Hebr. iii. 2.
judicavit Deus populum ejus Israel per plagas et supplicia; verum ille honore magno affectus, non est grandia loquutus, sed cum ex rubo oraculum Divinum ei daretur, *Quis sum ego*, dixit, *ut me* Exod. iii. 11.
mittas? gracili voce et tarda lingua sum. Et rursus iv. 10.
dicit, *Ego sum ollae vapor.*

runt Israelitae. Wottonus reposuit ἔκρινεν ὁ Θεὸς Αἴγυπτον, eamque lectionem strenue defendit, argumentis nixus hisce; primum, lacunam non esse nisi circiter sex aut septem literarum; deinde, in hoc MSto, propria regionum, civitatum, et virorum nomina saepius contracta legi; denique ἔκρινεν.... διὰ μαστίγων eodem modo dictum esse quo τῆς περιχώρου πάσης κριθείσης διὰ πυρὸς supra §. 11. Lacunae magnitudinem quod spectat, infirmo argumento nititur Vir Doctus, chasma enim hoc ad finem lineae exstat; et in lineis claudendis librarius noster plerumque literis minutioribus et gradatim decrescentibus utitur, ideoque conjectura tantum assequi possumus quot literae olim hiatum talem expleverint; certum vero numerum literarum quae vel nimia vetustate vel pergamenae corrosione perierint capere omnino non licet. Compendia scripturae quidem complura exhibet Codex Alexandrinus; nusquam autem, quantum e Woidii et Baberi Prolegomenis colligere possum, reperitur exemplum hujus in voce Αἴγυπτος breviationis quam indicat Wottonus; Αιπτον scil. vel Απτον. Davisius, ex eo quod subdit B. Pater Mosis responso, patere censet neque ad Aegyptiorum plagas, nec ad eas quas in deserto subierunt Israelitae respicere Clementem, et reponendum credit ἔκρινεν ὁ Θεὸς ΤΟΝ ΙΣΛ ΛΥΣΑΙ τῶν μαστίγων. Sin vero Gallandium audias, chasma istud sic sanabis, ἔκρινεν ὁ Θεὸς ΛΥΣΑΙ ΤΟΝ ΙΣΛ διὰ τῶν μαστίγων, ut sensus sit, decrevisse Deum eruere e captivitate Aegyptiaca Israelem dum flagellis et contumeliis acrius premebatur. Ex his variis conjecturis quae emendatio magis placeat eligant lectores. Hoc saltem liquet, lectionem Junianam, ἔκρινεν ὁ Θεὸς ῥύσαι τὸν Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν μαστίγων, quam exhibent Edd. omnes ante Wottonum, quam retinet Russelius, nequaquam stare posse. Prima enim post ὁ Θεὸς litera, vel Λ vel Α, adhuc exstat; et praepositio διὰ non ἀπὸ legitur in Cod. MSto.

6. ἐμεγαλορρημόνησεν] Cod. MS. ἐμεγαλορημόνησεν, sine ρ geminato: cf. supra §. 6. p. 32. l. 3.

8. διδομένου] Ita Cod. MStus, non δεδομένου, uti in libris Wottoni et Gallandii.

10. Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ κύθρας.] De hoc loco, cum nus-

David exemplum humilitatis. ΙΗ'. Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαβίδ; πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεὸς, "Εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρ-"δίαν μου, Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἐν ἐλέει αἰωνίῳ

quam in Pentateucho reperiatur, pro me respondeat Chrysostomus, Hom. vii. in priorem ad Corinthios: Καὶ ποῦ γέγραπται ταῦτα; λέγεται γὰρ γεγράφθαι, καὶ ὅταν μὴ διὰ τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων κείμενα ᾖ ἐπὶ τῶν ἱστοριῶν· ἢ ὅταν τὸ αὐτὸ μὲν νόημα κείμενον ᾖ, μὴ ἐπ' αὐτῶν δὲ τῶν ῥημάτων, ὡς ἐνταῦθα: et paullo infra, ἢ εἰκὸς καὶ γεγράφθαι ἐν βίβλοις, καὶ ἠφανίσθαι τὰ βιβλία, καὶ γὰρ πολλὰ διεφθάρη βιβλία, καὶ ὀλίγα διεσώθη, καὶ ἐπὶ τῆς προτέρας αἰχμαλωσίας, καὶ τοῦτο δῆλον ἐν ταῖς παραλειπομέναις κ. τ. λ. Vide locum, et Hom. ix. in Matth., ubi eadem eisdem fere verbis habentur. Josephus etiam in Hypomnestico, et resp. ad quaest. 120 recenset τὰ μνημονευόμενα ἐν ταῖς γραφαῖς βιβλία ὡς ὄντα, οὐχ εὑρισκόμενα δέ. JUN. Non est opus talibus apologiis, quando compertissimum sit, non omnia quae dixerant viri sancti scriptis veteris Testamenti mandari, magis quam quae Dominus noster gessit et locutus est, de quibus ait Johannes, cap. ult. *si scribantur per singula*, &c. Quin et Auctor ad Hebraeos xii. 21. huic ipsi Mosi verba attribuit, quae non magis quam haec in Pentateucho comparent. Nullibi enim dicentem audimus ἔμφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. Interea tamen, utcunque alibi desiderentur haec verba, saltem videntur occurrere Psalm. cxix. 83. *ego fui sicut olla in fumo*, quamquam versio LXX. aliud quiddam profiteatur; [ὅτι ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς ἐν πάχνῃ] unde, licet Mosi jure tribui non possint, Davidi fortassis, de quo statim mentio habetur, de facili restituentur. Rem serio pensitanti dubitatio non levis suboritur, locum hunc librarii injuria luxatum, ita posse reponi: Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαβὶδ, πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεός, 'εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν 'καρδίαν μου, Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσ-'σαὶ, ἐν ἐλαίῳ αἰωνίῳ ἔχρισα αὐ-'τόν.' ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεόν, 'ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ 'χύτρας.' καὶ πάλιν λέγει, 'ἐλέησόν με ὁ Θεὸς,' &c. Fatendum quidem est, periodum hanc non aliter apud Clementem Alex. quam hic haberi; sed qui perspexerit qua licentia utatur Clemens Alex. Strom. iv. 17. in laudando hoc nostro, nimirum quasi ex nominis praerogativa de suo ubique ageret, adeo illum non testem genuinae lectionis citabit, ut corruptae potius insimulandum censeret. Adnotare insuper licebit voces has reperiri Hos. xiii. 3. licet enim nunc temporis legatur, ὡς ἀτμὶς ἀπὸ δακρύων, aut (ut alia exemplaria) ἀκρίδων, quasi ex voce ארבה: tamen Theodotion et MS. Alex. ἐκ καπνοδόχης, et B. Hieronymus *e fumario* reddidere: certe hic nullo sensu legitur sive ἀκρίδων sive δακρύων; et verisimile pro χύτρας librarii errore nunc haberi. FELL. Petita haec fuisse ex

XVIII. Quid autem de Davide, qui egregium testimonium obtinuit, dicemus? de quo loquutus est Deus, *Inveni hominem secundum cor meum*, Ps. lxxxix. 20.

aliquo libro Ecclesiastico, vel indubitata traditione ad Apostolos dimissa, unde et S. Paulus videtur hausisse ἐμφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος, facile credam. Vix autem possum mihi persuadere, librarium haec de loco suo movisse, aut Clementem Alex. eum ita errantem secutum fuisse, aut ipsum eo modo verborum ordinem immutasse, ut, quae Davidis sunt Moysi tribuerentur; cum ea quae apud Psal. cxix. ab Hebraeo Textu habentur, vix concilientur cum iis quae apud Clementem legimus. Neque magis verisimile est, petiisse haec S. Patrem ex textu Heb. Hoseae, eaque Moysi attribuisse; eo enim in loco nihil a propheta de Moyse habetur, neque adeo constat eum, Romanus quum fuerit, legisse textum Heb. citat enim ubique versionem LXX. quae ab initio habuit ἀκρίδων, non autem δακρύων, quod vulgo habetur, neque καπνοδόχης, quod irrepsit in Cod. Alex. ex Theodotione, sicut ex Hieronymi Comment. in locum constabit: 'Quaerimus autem quare LXX. 'pro *fumario*, quod Theodotio 'transtulit καπνοδόχην, *locustas* 'interpretati sunt. Apud He'braeos *locusta* et *fumarium* 'iisdem scribitur literis, pro 'quo Aquila καταράκτην, Sym'machus *foramen* interpretati 'sunt.' WOTT. Cogitavi aliquando, annon forte hoc ex Psalmo xc. qui Mosen auctorem agnoscit, desumptum sit, ubi multis adhibitis comparationibus fluxam et transitoriam hominis conditionem pulcherrime depingit Moses, quae in hanc brevem et proverbialem summam formamque a Clemente essent contractae. FREY. Cotelerius censet acceptum textum ex Apocrypho quodam libro desumptum fuisse. Davisio nomina Μωϋσῆς et Ὡσηὲ non multum a se invicem distare videntur, ideoque suspicatur Hoseae locum xiii. 3. in mentem Clementi venisse. Clericus gravissimum mendum subesse omnino putat, et pro ἀτμὶς ἀπὸ κύθρας, ex conjectura reponit ἄναυδος ἀπὸ μήτρας, *mutus* h. e. *balbus ab utero*. Gallandio magis arridet sententia Fabricii, qui putat hoc dictum desumtum quidem vel ex Ps. cxix. vel ex Hos. xiii. 3. sed non referendum ad Mosen; nam, inquit, quum S. Clemens post verba Mosis ex Exod. iii. 2. et iv. 10. subdit καὶ πάλιν λέγει, non Mosen quidem sed alium Sacrum Scriptorem respexit.

ib. κύθρας.] Ita Cod. MStus, enallage Ionica pro χύτρας, ut κιθὼν pro χιτών. Edd. omnes praeter Wott. χύτρας.

1. Τί δὲ εἴπωμεν κ. τ. λ.] Clemens Alexandrinus τῷ, ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας subjicit Θεὸς γὰρ ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Dein sequitur, Ναὶ μὴν καὶ Δαβὶδ, ἐφ' οὗ μαρτυρῶν ὁ Κύριος λέγει· Εὗρον ἄνδρα κ. τ. λ. WOTT.

3. ἐν ἐλέει αἰωνίῳ] Cod. MS.

" ἔχρισα αὐτόν." Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεὸν, "Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, " καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον " τὸ ἀνόμημά μου. Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς " ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν " με. Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ " ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διαπαντός. Σοὶ " μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· " ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς " ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Ἰδοὺ γὰρ, ἐν ἀνομίαις συν-" ελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ " μου. Ἰδοὺ γὰρ, ἀλήθειαν ἠγάπησας, τὰ ἄδηλα καὶ " τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι. Ῥαντιεῖς " με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ " ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι. Ἀκουτιεῖς με ἀγαλ-" λίασιν καὶ εὐφροσύνην, ἀγαλλιάσονται ὀστᾶ τετα-" πεινωμένα. Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ " τῶν ἁμαρτιῶν μου, κα[ὶ] πάσας τὰς ἀνομίας μου " ἐξάλειψ[ον]. Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμο[ὶ] " ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς

ΕΝΕΛΑΙΕΙ, uti mox ΕΛΑΙΟΣ, ΑΙ pro Ε posito ut passim apud Codices vetustiores. Clemens Alex. Strom. iv. 17. p. 611. habet ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ, et sic Codex noster, necnon Editiones Aldina et Complutensis. Sic quoque Ps. c. 1. Cod. Alex. Ἔλαιον καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι Κύριε. Vulgat. *oleo sancto meo*. B. Hieronymus, Comment. in Esai. iv. *in misericordia sancta unxi eum*, ubi Wottonus pro *sancta* legendum esse censet *sempiterna*, 'init enim comparationem inter 'pactum et promissa tum Legis 'tum Evangelii, quorum illa 'temporanea, haec sempiterna.'

7. Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον] Inter ...διαπαντός. et Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον inserit Clemens Alex. [Strom. iv. 17. p. 611.] ἔπειτα τὴν οὐχ ὑποπίπτουσαν Νόμῳ αἰνιττόμενος ἁμαρτίαν, γνωστικῶς μετριοπαθῶν, ἐπιφέρει· Σοὶ κ. τ. λ. WOTT.

9. ὅπως ἂν δικαιωθῇς κ. τ. λ.] Citantur haec ex LXX. neque facile adeo concilianda videntur cum Hebraeo Textu, praecipue in posteriore membro. Eadem a S. Paulo habentur cap. iii. Epistolae ad Romanos,

Davidem Jesse filium, in misericordia sempiterna 1 Sam. xiii.
unxi eum. Ipse vero dicit ad Deum, *Miserere* 14. Act. xiii. 22.
mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, Ps. li. 1—17.
et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum coram me est semper. Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicio disceptas. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti; incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. Asperges me hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et laetitiam; exultabunt ossa humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me, Deus; et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, et Spiritum tuum Sanctum ne auferas a me.

neque Apostolus in iis citandis vel minime discedit a lectione LXX Interpretum. Hebraeus Textus ita se habet, *Ut justus sis in loquendo te, mundus sis in judicando te.* Syriaca Versio, necnon utraque Latina, cum LXX. convenit. Vulgat. *Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.* S. Hieronymi, *Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaberis.* WOTT. *κρίνεσθαι* pro *judicio disceptare* frequentant LXX Intt. Cf. S. Matt. v. 40. Scriptores Classici ejusdem significationis exempla praebent, e. g. Aristoph. Nub. 66. Thucyd. iv. 122.

10. *συνελήφθην*] Cod. MStus ΣΥΝΕΛΗΜΦΘΗΝ. Vid. supra p. 48. l. 5.

13. *τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.*] Ita LXX Interpretes et Versiones omnes, etiam Hieronymi. Aliter se habet Textus Hebraeus. WOTT.

14. *πλυνεῖς*] ΠΛΥΝΙΕΙΣ Cod. MS.

16. *ὀστᾶ τεταπεινωμένα*] Ita LXX. Eundem sensum praebent tum Vulgat. tum Vers. Syriac. In textu Hebraeo paulo aliter legimus, *Exultabunt ossa quae contrivisti.* Cum Hebraeo consentit Versio Hieronymi. WOTT.

20. *καὶ πνεῦμα εὐθὲς*] Ita Cod.

“ ἐγκάτοις μου. Μὴ ἀπο[ρρί]ψῃς με ἀπὸ τοῦ “ προσώπου σου, [καὶ τὸ Πνεῦ]μα τὸ Ἅγιόν σου “ μὴ ἀντανέ[λῃς ἀπ' ἐ]μοῦ. Ἀπόδος μοι τὴν “ ἀγαλ[λίασιν τ]οῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι “ [ἡγεμο]νικῷ στήρισόν με. Διδά[ξω ἀνό]μους “ τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀ[σεβεῖ]ς ἐπιστρέψουσιν ἐπί “ σε. [Ῥῦσαί] με ἐξ αἱμάτων ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τῆς “ [σωτ]ηρίας μου· [ἀγαλλ]ιάσεται ἡ γλῶσσά μου “ τὴν [δικ]αιοσύνην σου. Κύριε, τὸ στόμα μου “ [ἀν]οίξεις, καὶ τὰ χείλη μου ἀναγ[γ]ελεῖ τὴν “ αἴνεσίν σου. Ὅτι εἰ ἠ[θ]έλησας θυσίαν, ἔδωκα “ ἂν, ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. Θυσία τῷ “ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον, καρδίαν συντετριμμέ- “ νην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουθενώσει.”

Novis argumentis, a Dei sapientia,

ΙΘʹ. Τῶν τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων οὕτως μεμαρτυρημένων τὸ ταπεινόφρονον καὶ τὸ ὑποδεὲς διὰ τῆς ὑπακοῆς, οὐ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς, βελτίους ἐποίησεν, τούς τε καταδεξαμένους τὰ λόγια αὐτοῦ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ. Πολλῶν οὖν καὶ μεγάλων καὶ ἐνδόξων μετειληφότες πράξεων, ἐπαναδράμωμεν ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένον ἡμῖν τῆς εἰρήνης σκόπον, καὶ ἀτενίσωμεν εἰς τὸν πατέρα

MStus, sicut et apud LXX. Ita Wottonus quoque et Gallandius. Caeteri Edd. εὐθὺ. Neutrum εὐθὲς legitur etiam 2 Sam. xix. 18.

ib. ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου.] Cod. MStus ΕΝΚΑΤΟΙΣ.

1. ἀπο[ρρί]ψῃς] Lacuna duas tantum literas capit. Vid. supra notata ad vocem ἐμεγαλορημόνησεν §. 17. p. 74. l. 6.

ib. ἀπὸ τοῦ προσώπου] Articulus τοῦ, quem, Junium secuti, Editores omnes praeter Wott. et Gall. omittunt, legitur in MSto et apud LXX.

4. πνεύματι ἡγεμονικῷ] Haec verba ita interpretatur Colomesius, *mente perturbationibus imperante corrobora me.* Versio Vulgata exhibet, *Et Spiritu principali confirma me.*

5. στήρισον] Sic se habet Cod. MS. et sic Wott. et Gall.

Redde mihi laetitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae; exaltabit lingua mea justitiam tuam. Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique; holocaustis non delectaris. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non despiciet.

XIX. Talium igitur et tantorum, qui tam clarum elogium consequuti sunt, humilitas et per obedientiam subjectio, non tantum nos, sed et ante nos generationes meliores reddidit, et qui in timore et veritate ejus eloquia susceperunt. Quare multorum magnorumque et illustrium exemplarium participes facti, ad pacis scopum nobis ab initio traditum recurramus; ac totius mundi parentem et creatorem dili-

non vero ut in caeteris Edd. et apud LXX. *στήριξον*. Formam recentiorem *στήρισον* exhibent Codd. 27. et 56. recensionis Holmesianae. Vide supra p. 54. l. 1. atque ibi notata. Infra §. 33. Cod. MS. habet *ἐστήρισεν*.

9. *τὸ στόμα μου ἀνοίξεις*] Hodierna LXX. versio *τὰ χείλη μου ἀνοίξεις καὶ τὸ στόμα μου κ. τ. λ.* Clementinae tamen lectioni favet S. Ambrosius, *Os meum aperies et annuntiabit laudem tuam*. Epist. xlii. n. 4. Edit. Ben. GALLAND.

14. *ἐξουθενώσει.*] LXX. *ἐξουδενώσει.*

16. *τὸ ταπεινόφρονον*] Ita Cod. MS. Edd. *τὸ ταπεινόφρον*. Vide supra §. 17. p. 73. l. 7.

17. *ἀλλὰ καὶ*] Librarius scripsit ΑΛΛΑΣΚΑΙ, homoioteleuto in *ἡμᾶς . . . τὰς* deceptus.

18. *καταδεξαμένους*] Litterula mutata legendum *καταδεξομένους* in futuro. Ita et superiores, et praesentes, et posteros, ut par est, memorat. DAVIS.

19. *Πολλῶν οὖν κ. τ. λ.*] Videtur S. Pater hoc loco imitatus fuisse Epistolam ad Hebraeos, xii. 1. *τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ... δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα*. HEFELIUS.

20. *πράξεων*] Junius, Fellus et Colomesius malunt *παραδειγμάτων*, quibus lubens adsentitur Wottonus; nihil tamen mutat. Codicis MSti lectionem tuetur Davisius, cui satis commode dici videtur nos harum *πράξεων* participes esse factos, quod earum memoriam prodiderit S. Scriptura.

καὶ κτιστὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ ταῖς μεγαλοπρεπέσι καὶ ὑπερβαλλούσαις αὐτοῦ δωρεαῖς τῆς εἰρήνης, εὐεργεσίαις τε κολληθῶμεν· ἴδωμεν αὐτὸν κατὰ διάνοιαν, καὶ ἐμβλέψωμεν τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς εἰς τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ βούλημα· νοήσωμεν πῶς ἀόργητος ὑπάρχει πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ.

et ordine in mundo observato petitis, pacem et concordiam suadet.

Κ΄. Οἱ οὐρανοὶ τῇ διοικήσει αὐτοῦ σαλευόμενοι ἐν εἰρήνῃ ὑποτάσσονται αὐτῷ. Ἡμέρα τε καὶ νὺξ τὸν τεταγμένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμον διανύουσιν, μηδὲν ἀλλήλοις ἐμποδί[ζ]οντα. Ἥλιός τε καὶ σελήνη, ἀστέ[ρ]ων τε χοροί, κατὰ τὴν διαταγὴν [α]ὐτοῦ ἐν ὁμονοίᾳ δίχα πάσης [π]αρεκβάσεως, ἐξελίσσουσιν [το]ὺς ἐπιτεταγμένους αὐτοῖς ὁρισμούς. Γῆ κυοφοροῦσα, κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ τοῖς ἰδίοις καιροῖς τὴν πανπληθῆ ἀνθρώποις τε καὶ θηρσὶν, καὶ πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐπ' αὐτὴν ζῴοις ἀνατέλλει τροφὴν, μὴ διχοστατοῦσα μηδὲ ἀλλοιοῦσά τι τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. Ἀβύσσων τε ἀνεξιχνίαστα, καὶ νερτέρων ἀνεκδιήγητα κρίματα τοῖς αὐτοῖς συνέχεται προστά-

4. τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς] Infra §. 57. τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν. Cf. Euseb. H. E. i. 2. καθαροῖς διανοίας ὄμμασι. Origen. c. Celsum, iii. 14. μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἀεὶ εὑρίσκεται τοῖς ἔχουσιν ὀφθαλμοὺς ψυχῆς ὀξυδερκεστάτους. tom. i. p. 456. ed. Ben.

7. σαλευόμενοι] Patricius Junius emendat μὴ σαλευόμενοι, ad lectionem MSti sollicitandam hoc maxime motus, quod Chrysostomus in Comment. ad Psal. cxlviii. §. 2. haec habet: ἐννόησον γοῦν πόσος αἰὼν, καὶ οὐδὲν συνεχύθη τῶν ὄντων· οὐ θάλαττα τὴν γῆν ἐπέκλυσεν, οὐχ ἥλιος τόδε τὸ ὁρώμενον κατέκαυσεν, οὐκ οὐρανὸς παρεσαλεύθη κ. τ. λ. Junio assentitur Colomesius. Davisius vocem σαλεύεσθαι indicare censet jactationem ex motu quodam turbido factam, ideoque suspicatur syllabam repetitam excidisse, veramque lectionem esse τῇ διοικήσει αὐτοῦ οὐ σαλευόμενοι. Codicis MSti lectionem proculdubio veram ducunt Millius et Wottonus, atque sic intelligunt: motus corporum coelestium a Deo ita attemperari ut de cursu suo illa neutiquam discedant. Locum ita vertit

genter intueamur, pacisque ejus magnificis et exsuperantibus donis et benefactis firmiter adhaereamus. Cogitatione contemplemur eum, et mentis oculis longanimam ejus voluntatem intueamur; et quemadmodum clementem se praebeat erga omnem creaturam suam, consideremus.

XX. Coeli per ejus gubernationem commoti, in pace illi subjiciuntur; dies etiam et nox, nullo sibi invicem impedimento, constitutum ab eo cursum absolvunt. Sol et luna, et siderum chori, secundum ejus mandatum, sine ulla transgressione, in concordia statutos sibi terminos evolvunt. Terra gravida, suo tempore, secundum ejus voluntatem, hominibus, feris, et omnibus quae super eam sunt animantibus, alimentum in abundantia profert, non haesitans, neque mutans quicquam eorum quae ab eo decreta sunt. Abyssorum investigabilia, et inferorum inenarrabilia judicia eisdem mandatis continentur.

Grassius, *Les cieux soumis aux loix de sa providence, remplissent en paix leurs impétueuses révolutions.* Davisii tamen sententiam nescio quomodo confirmare videntur Servatoris nostri verba, αἱ δυνάμεις τοῦ οὐρανοῦ σαλευθήσονται. S. Matt. xxiv. 29. et loca parallela S. Marc. xiii. 25. S. Luc. xxi. 26. Cf. Ep. ad Hebr. xii. 27. ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα.

9. μηδὲν ἀλλήλοις ἐμποδίζοντα.] Junius, Fellus, et Colomesius malunt ἀλλήλαις ἐμποδίζουσαι.

15. πανπληθῆ] Ita in Cod. MSto. Apud LXX. et Scriptores Alexandrinos ν non colliquescit, sed retinetur; et contra nonnunquam colliquescit cum sequentibus ubi ex antiqua orthographia id fieri non solet; uti satis docet Sturzius in libello de Dialect. Maced. et Alex. p. 133.

ib. τοῖς οὖσιν ἐπ' αὐτὴν] Ita cum Cod. MSto Wotton. Galland. et Hefelius. Caeteri, Junium secuti, τοῖς οὖσιν ἐν αὐτῇ.

19. κρίματα] i. e. *Conditiones, status, dispositiones, ordines,* τάξεις. Vox κρίμα apud LXX. et omnes lingua Hellenistica utentes late sumitur; ut et משפט apud Hebraeos. Vid. II. Reg. xvii. 26, 27. et Sirach. xli. 3, 5, 6. BOIS. Junius, Fellus, et Colomesius malunt κύματα. [quam lectionem in versione sua exhibet Wakius.] Ego a fide MSti Codicis minime discedendum esse puto, nisi facili mutatione pro κρί-

γμασιν. Τὸ κύτος τῆς ἀπείρου θαλάσσης κατὰ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ συσταθὲν εἰς τὰς συναγωγὰς, οὐ παρεκβαίνει τὰ περιτεθειμένα αὐτῇ κλεῖθρα, ἀλλὰ καθὼς διέταξεν αὐτῇ, οὕτως ποιεῖ· εἶπεν γὰρ, "Ἕως "ὧδε ἥξεις, καὶ τὰ κύματά σου ἐν σοι συντριβήσε-"ται." Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέραντος, καὶ οἱ μετ'

ματα legatur κλίματα, *tractus* sive *regiones*. WOTT. Birrius existimat S. Patrem scripsisse κρύμματα. Vox quidem insolens Graecis, ἀναλογῶς tamen efformata ἀπὸ τοῦ κέκρυμμαι, ut a κέκριμαι κρίμα. Conjicit itaque V. D. κρύμματα hic esse χάσματα κεκρυμμένα, i. e. *occultas voragines*, vel *hiatus*, seu *recessus penitus abditos*. Vide sis Cangium in Gloss. v. κρύβγειν. GALLAND. Ruchatus conjecturam suam, inficetam quidem, χρήματα interpretatur; *toutes les choses qui se trouvent dans les entrailles de la terre*. Integram sententiam ita vertit Herzogius, *Die unerforschlichen Waltnugen in der Unterwelt, und die geheimnissvollen in den Tiefen hängen ab von seinen Fügungen.* Chevallier. *the untold judgments of the lower world;* potius, *the indescribable.*

1. Τὸ κύτος τῆς ἀπείρου θαλάσσης] Wottonus in versione sua sequitur Pearsonum, qui de hoc loco ita disserit in Praefatione Paraenetica: 'Minus bene 'transtulit Junius; *Immensi* '*maris profunditas*, &c. quod 'haud perspiceret Patrem anti'quissimum Creationem re'spexisse, et LXX Intt. verba 'usurpasse, quae in Hebraeo 'non habentur, Gen. i. 9. Καὶ 'συνήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω οὐ'ρανοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν. 'Licet enim S. Basilius obser'vet haec verba fuisse obelo 'notata, nec in Hebraeo Co'dice reperiantur, patet tamen 'ea ad interpretationem LXX. 'pertinere, et ad ipsa S. Cle'mentem respexisse.' In Pearsoni interpretatione minime probat Birrius verba haec κατὰ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ ita reddi *in ipsa sui creatione*, quum pronomen αὐτοῦ ad ipsum δημιουργὸν referendum sit, ad quem etiam sequens verbum διέταξεν necessario refertur. Vertit igitur ipse, *secundum opificium ipsius*.

2. συσταθὲν εἰς τὰς συναγωγὰς] In pericope illa ad quam respexit S. Pater, et quam Hebraeus Textus non agnoscit, ita legitur apud LXX Intt. καὶ συνήχθη, pro quo Clemens videtur legisse συνέστη. Voce συνίστημι postea in versionibus suis usi sunt Aquila et Symmachus, quorum uterque pericopen immediate praecedentem ita vertunt, καὶ συστήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ.

5. τὰ κύματά σου] In MSto ΚΡΥΜΑΤΑ, oscitantia librarii, qui ΚΡΙΜΑΤΑ paullo ante scripserat.

ib. ἐν σοι συντριβήσεται.] Habentur haec paulo aliter apud LXX Intt. Μέχρι τούτου ἐλεύσῃ,

Moles immensi maris per ordinationem ejus in cumulos coacervata, repagula sibi circumposita non transgreditur, sed prout eis praecepit, ita facit. Dixit enim, *Huc usque venies, et in te ipso comminuentur fluctus tui.* Oceanus hominibus impermeabilis, Ps. civ. 9. Job xxxviii. 10, 11. Jer. v. 22.

καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ, ἀλλ' ἐν σεαυτῇ συντριβήσεταί σου τὰ κύματα. Heb. Textus, *Et hic ponet in elatione fluctus tuos.* Vulgat. paulo propius ad LXX. *Et hic confringes tumentes fluctus tuos.* Versio Syriaca, *Et hic manebis in magnitudine fluctuum tuorum.* Eodem modo se habet Versio Arabica. Symmachus, Ἕως ὧδε τετάχθω τὸ ἔπαρμα τῶν κυμάτων σου. WOTT.

6. Ὠκεανὸς] Britannicum nostrum et Hibernicum mare intelligit Junius, et lectorem ad Basilium et Ambrosium remittit, quorum ille, Hom. 4. in Hexaëmeron, τὸ πέλαγος τὴν Βρετανικὴν νῆσον καὶ τοὺς ἑσπερίους Ἴβηρας περιπτυσσόμενον, μέγα vocat et πλωτῆρσιν ἀτόλμητον· Opp. i. p. 42. ed. Paris. 1638. hic sic scribit, 'Quis 'deinde sciat, in quantum se 'illud magnum et inausum na'vigantibus atque intentatum 'nautis fundat mare, quod Bri'tannias frementi includit ae'quore?' Hexaëmeron III. iii. 15. Gulielmus Burton Junium sequitur et locum Solini profert, 'Mare quod Hiberniam 'et Britanniam interluit, un'dosum et inquietum toto in 'anno, nonnisi aestivis pauculis 'diebus est navigabile.' Polyhist. xxii. Fellus autem de mare Atlantico exponit.

ib. ἀπέραντος] Ita Cod. MS. quam lectionem Clem. Alex. Strom. v. 12. p. 693. ed. Potter. confirmat. Junius et Fellus malunt ἀπέρατος, uti et Origenes videtur legisse in Ezech. viii. 3. Opp. iii. p. 422. ed. Ben. quem locum Gallandius primus inter Clementis Editores indicavit. Suidas quidem v. ἀπέρατον, haec habet, Ἀπέρατον· ἄπειρον, μέγα, οὗ πέρας οὐκ ἔστιν. Οἱ δὲ μετὰ τοῦ νῦ γράφοντες ἁμαρτάνουσιν. At ei plura scriptorum antiquiorum loca objicit Suicerus in Thes. Eccl. in voce. Hujus autem S. Patris loci meminerunt praeter Clem. Alex. et Origenem loc. cit. hic iterum περὶ Ἀρχῶν II. iii. 6. Opp. i. p. 82. ed. Ben. Hieronymus ad Ephes. ii. 2. Opp. vii. p. 571. ed. Vallars. qui ab Origene videtur sumsisse, necnon Photius Cod. cxxvi. Clementis verba, ut Cotelerio visum, imitatur Dionysius Alex. ap. Euseb. H. E. vii. 21. Καὶ ποῖον γένοιτ' ἂν τοῦ πάντα καθαίροντος ὕδατος ὕδωρ ἄλλο καθάρσιον; πῶς ἂν ὁ πολὺς καὶ ἀπέραντος ἀνθρώποις ὠκεανὸς ἐπιχυθεὶς, τὴν πικρὰν ταύτην ἀποσμῆξαι θάλασσαν; Idem confert Plinium, Hist. Nat. ii. 67. 'Sic 'maria circumfusa undique di'viduo globo, partem orbis 'auferunt nobis; nec inde huc, 'nec hinc illo pervio tractu.'

ib. οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι] 'Quid 'possumus de his quae ultra 'eum (Oceanum) sunt enun-

αὐτὸν κόσμοι ταῖς αὐταῖς ταγαῖς τοῦ Δεσπότου διευθύνονται. Καιροὶ ἐαρινοὶ, καὶ θερινοὶ, καὶ μετοπωρινοὶ, καὶ χειμερινοὶ ἐν εἰρήνῃ μεταπαραδιδόασιν ἀλλήλοις. Ἀνέμων σταθμοὶ κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν τὴν λειτουρ-

'tiare qualia sint?' inquit Irenaeus [adv. Haer. ii. 47. p. 174. ed. Grab.] locum hunc, ut opinor, respiciens. MILL. Citatur hic locus ab Hieronymo in Eph. ii. 2. qui, opinor, transcribit Origenis Commentarios; necnon ab ipso Origene περὶ Ἀρχῶν. II. iii. [6. tom. i. p. 82. ed. Ben.] quo loci Nostrum exponens ait, 'Meminit sane Clemens Apostolorum discipulus 'etiam eorum quos ἀντίχθονας 'Graeci nominarunt, atque alias partes orbis terrae ad quas 'neque nostrorum quisquam 'accedere potest, neque ex 'illis qui ibi sunt quisquam 'transire ad nos; quos et ipsos mundos appellavit, cum 'ait, *Oceanus intransmeabilis est* '*hominibus, et hi qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdem* '*dominatoris Dei dispositionibus* '*gubernantur.*' Et infra; 'Ex 'his tamen quae Clemens visus est indicare cum dicit, '*Oceanus intransmeabilis est hominibus, et hi mundi qui post* '*ipsum sunt;* qui post ipsum 'sunt mundos pluraliter nominans, quos et eadem Dei 'summi providentia agi regique significat, semina quaedam nobis hujusmodi intelligentiae videtur aspergere, 'quo putetur omnis quidem 'universitas eorum quae sunt 'atque subsistunt, coelestium et 'supercoelestium, terrenorum 'infernorumque, unus et perfectus mundus generaliter 'dici; intra quem vel a quo 'caeteri (si qui illi sunt) puntandi sunt contineri, &c.' Primae explicationi favet Plinius, Hist. Nat. vi. 22. 'Taprobanen alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est, '*Antichthonum* appellatione.' Et postea, 'Sed ne Taprobane 'quidem, quamvis extra orbem 'relegata, nostris vitiis caret.' Mela i. 9. 'Quod si est alter 'orbis, suntque oppositi nobis 'a Meridie *Antichthones.*' iii. 7. 'Taprobane aut grandis ad'modum insula, aut prima pars 'orbis alterius Hipparcho di'citur.' Omitto omnium sermone celebratam Epistolam Zachariae Papae ad Bonifacium Archiepiscopum, qua Virgilium presbyterum damnat, [A. D. 748.] quod alium mundum aliosque homines sub terra esse affirmaret. Quinetiam partes mundi incognitae, dissitae, et ultra Oceanum positae, solent orbes appellari. Sic Seneca in Medea, [v. 375.] '

Venient annis
Saecula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, et ingens
Pateat tellus, Tiphysque novos
Detegat orbes, nec sit terris
Ultima Thule.

COTEL.

Neminem nostrum haec moveant, quae minime displicuere primaevis Christianis; licet enim, trajecto Oceano, nostris temporibus perspecti fuerint

et qui trans ipsum sunt mundi, eisdem Domini dispositionibus gubernantur. Vernae, aestivae, autumnales et hyemales tempestates, in pace aliae aliis succedunt. Ventorum stationes peculiari suo tem-

tractus illi, qui sunt ultra Oceanum, Veteribus tamen penitus ignota fuerunt ea loca, sicut ex Origene constat loco modo citato: et ex S. Augustino de Civ. Dei xvi. 9. 'Nimis absurdum est, ut dicatur 'aliquos homines ex hac in 'illam partem, Oceani immensitate trajecta, navigare ac 'pervenire potuisse.' WOTT. Priori Origenis explicationi accedit Fellus, et haec verba ad regionum Americanarum anticipationem quamdam obscuram refert. Insulas Britannicas intelligit Junius, cui adsentit Gulielmus Burton, et laudat inter alia permulta Vell. Paterc. ii. 46. L. Florum iii. 11. Solin. Polyhist. §. 35. a quibus omnibus *alter orbis* appellatur Britannia. Idem profert Josephus, Bell. Jud. II. xvi. 4. [p. 1086. ed. Hudson.] apud quem Agrippa de Romanis concionatur; ὑπὲρ Ὠκεανὸν ἑτέραν ἐζήτησαν οἰκουμένην, καὶ μέχρι τῶν ἀνιστορήτων πρότερον Βρεττανῶν διήνεγκαν τὰ ὅπλα. Claudianus quoque, ab eodem Interprete indicatus, in Stiliconis Paneg. iii. 148. de Roma,

Non stetit Oceano, remisque ingressa profundum
Vincendos alio quaesivit in orbe Britannos.

Et Gervasius Dorobornensis, Imagin. de Discordiis inter Monachos Dorobornenses et Baldewinum Archiep. de Anselmo A. D. 1094. 'ab Urbano PP. 'Pallium suscepit, et tantum 'ejus gratiae habuit, ut eum *al*'*terius Orbis Papam* vocaret.' inter X Scriptores Hist. Angliae a Twysdeno editos, Lond. 1652. p. 1327. Photius Cod. cxxvi. sententiam Clementis magis quam verba castigat, quasi de pluribus mundis loqueretur. Αἰτιάσαιτο δ' ἄν τις αὐτὸν...ὅτι... τοῦ Ὠκεανοῦ ἔξω κόσμους τινὰς ὑποτίθεται εἶναι. Coustantio longe probabilius videtur cognitas orbis partes, quae prius latebant, extra Oceanum mundos a B. Patre appellari.

1. ταγαῖς] Ita Cod. MStus. Junius mavult ἐπιταγαῖς vel διαταγαῖς, Fellus ἐπιταγαῖς, Boisius διαταγαῖς. Apud Origen. περὶ Ἀρχῶν II. iii. 6. ubi hic locus laudatur, Ruffinus interpres habet *dispositionibus*, quem sequuntur Wottonus et Schoenemann. Alii *mandatis*. In Select. ad Ezech. viii. 3. Opp. iii. p. 422. ed. Ben. Origenes exhibet διαταγαῖς, quod monuit Gallandius.

2. μετοπωρινοὶ] Codex MStus ΜΕΘΟΠΩΡΙΝΟΙ.

4. Ἀνέμων σταθμοὶ] Scil. Etesiae. SANCROFT. Etiam venti, utcunque inconstantes, legi subjiciuntur; annua agnoscunt flamina, et statis temporibus quasi ex condicto redeunt; adeo non penitus *ubi vult spirat ventus*. FELL. Cf. ἀνέμων σταθμόν. Job. xxviii. 25. LXX.

γίαν αὐτῶν ἀπροσκόπως ἐπιτελοῦσιν. Ἀέναοί τε πηγαὶ πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ὑγίειαν δημιουργηθεῖσαι, δίχα ἐλλείψεως παρέχονται τοὺς πρὸς ζωῆς ἀνθρώποις μαζούς. Τά τε ἐλάχιστα τῶν ζῴων τὰς συνελεύσεις αὐτῶν ἐν ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ ποιοῦνται. Ταῦτα πάντα ὁ μέγας δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ προσέταξεν εἶναι, εὐεργετῶν τὰ πάντα, ὑπερεκπερισσῶς δὲ ἡμᾶς τοὺς προσπεφευγότας τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλωσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Dei bonitate et omnipraesentia, sanctitatem et varia officia juniorum, uxorum, cet. commendat,

ΚΑ'. Ὁρᾶτε, ἀγαπητοὶ, μὴ αἱ εὐεργεσίαι αὐτοῦ αἱ πολλαὶ γένωνται εἰς κρίμα πᾶσιν ἡμῖν, ἐὰν μὴ ἀξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῶμεν μεθ' ὁμονοίας. Λέγει γάρ που, "Πνεῦμα "Κυρίου λύχνος ἐρευνῶν τὰ ταμιεῖα τῆς γαστρός."

Mader. et Fell. cum Junio vertunt *ventorum stationes;* Colomesius, quem secuti sunt Cotelerius, Coustantius, et Gallandius, *Ventorum libramina.* Wakius, *The several quarters of the winds.* Chevall. *The winds in their several stations.* Herzogius, *Ungehindert pflegen die Winde an ihren Stellen und zu ihrer Zeit ihres Amtes.*

1. ἀπροσκόπως] Adjectivum ἀπρόσκοπος adhibet D. Paulus ad Cor. I. x. 32. ad Philipp. i. x.

ib. Ἀέναοι] Libb. impr. Ἀένναοι. Wott. et Gall. MSti scripturam exhibent, quam legas etiam Job. xix. 25. Et Platon. Phaed. §. 139. ἀενάων ποταμῶν. Apud Scriptores Alexandrinos consonantes simplices pro duplicibus adhibitae passim reperiuntur. Vide Sturzium de Dial. Maced. et Alex. p. 129.

2. ὑγίειαν] ΥΓΕΙΑΝ Cod. MStus.

3. ζωῆς] Edd. [ante Wott.] ζωήν. Sed MSti lectio retinenda videtur. Sic enim et Act. xxvii. 34. eadem praepositio secundo casui juncta hoc ipso sensu usurpatur.—GALLAND.

7. ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ] Ita Cod. MStus. Gallandius exhibet ἐν ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ.

9. προσπεφευγότας] Russelius προσπεφυγότας.

ib. διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ] Videtur Photius ad haec parum attendisse; quum sufficiat unus hic locus ad refutandum illius objectionem, Ὅτι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χρι-

pore munus suum sine offendiculo obeunt. Fontes etiam perennes, ad usum et sanitatem facti, ubera sine defectu ad vitam hominum sustentandam praebent; et animalia minima in pace et concordia congressus suos faciunt. Haec omnia magnus opifex, et omnium Dominus, in pace et concordia fieri jussit, benefaciens omnibus, nobis vero superabundanter, qui ad miserationes ejus confugimus, per Dominum Jesum Christum, cui gloria omnis et magnificentia, in saecula saeculorum. Amen.

XXI. Videte, dilecti, ne benefacta ejus, quae numero sunt multa, nobis omnibus in condemnationem cedant, nisi dignam eo vitam instituentes bona et accepta in conspectu ejus cum concordia fecerimus;

στὸν ἐξονομάζων, οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς. In hac enim doxologia, quae nisi Deo vero, uni, atque supremo, summae impietatis est et blasphemiae tribuere, a S. Patre Christo impertiuntur gloria et majestas in saecula saeculorum. WOTT.

10. ᾧ ἡ δόξα κ. τ. λ.] Non tantum in fine, sed in initio et medio epistolarum suarum, D. Paulus δοξολογίαν usurpat, quem Clemens discipulus, ut in aliis, sic in hoc etiam imitatur. Sic Hieronymus in Praef. in Psalmos, probat unum tantum esse Psalmorum volumen, licet quinquies occurrat illud γένοιτο, γένοιτο, i. e. *Amen, Amen:* unde quidam in quinque libros dividere solent, et ἄλλην πεντάτευχον faciunt, ut loquitur Nicetas in Praef. in Catenam suam. JUN. Articulum ante μεγαλωσύνῃ primus e Cod. MSto restituit Wottonus.

15. Λέγει γάρ που] Haec exscribit Clemens Alex. usque ad finem capitis xxii. Strom. iv. 17. p. 611. ed. Potter.

ib. Πνεῦμα Κυρίου κ. τ. λ.] Dictum est Salomonis, Prov. xx. 27. ex memoria paulo indiligentius, ut fere fit, prolatum; neque enim recurrendum ad libros vel Apocryphos, vel Sacros deperditos, quo mittimur a Johanne Morino, Exercitatione Biblica ix. cap. 4. num. 8. COTEL. Apud LXX Interpretes pro Πνεῦμα Κυρίου λύχνος legimus Φῶς Κυρίου πνοὴ ἀνθρώπων sec. Vat. Codicem; Φῶς Κυρίου πνοὴ ἀνθρώπων ἢ λύχνος sec. Cod. Alex. et Ed. Complut. Videtur autem ἢ λύχνος in hos Codices ex Theodotione irrepsisse, vel ex Hexaplis Origenis; λύχνος enim est Aquilae, Symmachi, et Theodotionis lectio, pro φῶς, quod verterunt LXX Interpretes. WOTT.

16. τὰ ταμιεῖα τῆς γαστρός.]

Ἴδωμεν πῶς ἐγγύς ἐστιν, καὶ ὅτι οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν, οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα. Δίκαιον οὖν ἐστιν μὴ λειποτακτεῖν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Μᾶλλον ἀνθρώποις ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις καὶ ἐπαιρομένοις καὶ ἐγκαυχωμένοις ἐν ἀλαζονείᾳ τοῦ λόγου αὐτῶν προσκόψωμεν ἢ τῷ Θεῷ. Τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, οὗ τὸ αἷμα

Post haec verba interponit Clemens Alex. *Καὶ ὅσῳ τις δικαιοπραγῶν γνωστικώτερος γίγνεται, προσεχέστερον τούτῳ τὸ πνεῦμα τὸ φωτεινόν.* In more autem esse Clementi Alexandrino eo modo, prout sibi visum fuerit, interponere, aliaque mutare, quo sibi ea melius accommodet, prius probatum dedimus. Legimus apud Alexandrinum, *Οὕτως ἐγγίζει τοῖς δικαίοις ὁ Κύριος, καὶ οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν καὶ διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα.* Similia iis a S. Polycarpo Clementis *συγχρόνῳ* habentur, ex illo, ni mea me fallat conjectura, petita: *Καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδὲν, οὔτε λογισμῶν, οὔτε ἐννοιῶν.* [Ep. ad Philipp. §. 4.] quod si ita se habeat, locus non est suspicioni Anonymi, [Bernardi] haec interpolata fuisse ex Clemente Alexandrino.—WOTT.

1. *πῶς ἐγγύς ἐστιν*] Sic infra §. 27. *Νοήσωμεν ὅτι πάντα ἐγγὺς αὐτῷ ἐστὶν.* Addas Ignatium ad Eph. §. 15...*καὶ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἐγγὺς αὐτῷ ἐστὶν.* Quo sensu hanc vocem *ἐγγὺς* optime interpretaberis apud D. Paulum ad Phil. iv. 5. *ὁ Κυρίος ἐγγύς.* sc. facta vestra et cogitata accurate perspicit.

3. *Δίκαιον οὖν—ἢ τῷ Θεῷ.*] Hoc in loco Anonymus [Bernardus] queritur de duplici interpolatione, viz. ex Alexandrino interpolatum fuisse Romanum, necnon Interpolatorem vitiasse, et, ne fraus detegeretur, de suis addidisse etiam iis, quae petierat ex Clemente Alexandrino. 'Verba,' inquit, 'ab usu 'remota aut difficilia indoctus 'homo vitat (viz. *καὶ ὅσῳ* '*τις δικαιοπραγῶν γνωστικώτερος* '*γίγνεται, προσεχέστερον τούτῳ* '*τὸ πνεῦμα τὸ φωτεινὸν*) immu'tatque, et mittit de Gnosticis, 'ut dolum tegat; sed tran'sparet.' Grabius etiam suspicatus est haec Clementis Romani non esse; cui minime hac in re est assentiendum. Contextus enim ratio postulat, ut *τὸ, Λέγει γὰρ* ad *ὧν ποιούμεθα* legatur intra parenthesin, quod si fiat, *Δίκαιον οὖν ἐστὶν κ. τ. λ.* cum praecedentibus .... *ποιῶμεν μεθ' ὁμονοίας* apte connectuntur, et sensum pleniorem efficiunt; adeo ut his absentibus defectus esse videatur. Nihil autem inde deduci potest argumenti contra fidem et integritatem hujus Epistolae, quod a Clemente Alexandrino haec omittuntur; eadem enim licentia est usus in citandis S. Scripturis, e. g. Strom. iv. [21. p. 627. ed.

dicit enim alicubi, *Spiritus Domini lucerna scrutans* Prov. xx.
secreta ventris. Consideremus quam prope sit Do- 27.
minus, et quod cogitationum nostrarum, et colloquiorum quae habemus, nihil ipsum lateat; aequum est igitur, ut ei obtemperemus, neque ordinem voluntatis ejus tanquam transfugae deseramus: homines stultos et insipientes, et in sermonis sui superbia elatos ac gloriosos, potius quam Deum, offendamus. Dominum Jesum Christum, cujus

Potter.] praetermittit ea omnia, quae de precibus habentur a commate 5. ad comm. 16. cap. vi. Evangelii sec. S. Matthaeum, quaeque de eleemosynis et jejunio habentur, ducit in compendium; in Strom. vi. [1. p. 737. ed. Potter.] tria integra commata Psalm. cxii. omittuntur; caeteraque eo modo interpolata sunt, ut ipsius potius quam Davidis esse videantur. WOTT.

ib. μὴ λειποτακτεῖν] Cf. S. Ignatium, Epist. ad Polycarpum §. 6. atque ibi notata.

5. ἐγκαυχωμένοις ἐν ἀλαζονείᾳ] ΕΓΚΑΥΧΩΜΕΝΟΙ dedit Librarius, cujus oscitantiam a Millio jamdudum notatam silentio praeterit Wottonus. ἐν ante ἀλαζονείᾳ omittunt Gallandius Schoenemannus et Hefelius, Wottonum secuti. At in Cod. MSto non deest praepositio.

6. προσκόψωμεν] Forte προσκρούσωμεν, qua voce Chrysostomus frequentissime utitur: quibus vero προσκόψωμεν magis arridet, per me retineant licebit, cum sciam apud Petrum scriptum esse, [I. ii. 8.] τῷ λόγῳ προσκόπτειν. JUN.

7. Τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν] Apud Clem. Alex. connectuntur haec cum λέληθεν αὐτὸν κ. τ. λ. Legimus enim apud eum [p. 611. ed. Potter.] Οὕτως ἐγγίζει τοῖς δικαίοις ὁ Κύριος, καὶ οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν καὶ διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα· τὸν Κύριον Ἰησοῦν λέγω, τὸν τῷ παντοκρατορικῷ θελήματι ἐπίσκοπον τῆς καρδίας ἡμῶν, οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἡγιάσθη. Ἐντραπῶμεν οὖν τοὺς προηγουμένους ἡμῶν καὶ αἰδεσθῶμεν τοὺς πρεσβυτέρους· τιμήσωμεν τοὺς νέους· παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ Θεοῦ· μακάριος γὰρ κ. τ. λ. Eo modo se habet in omnibus codicibus impressis: male procuIdubio, omnia enim confusa et obscura sunt, dum legimus τιμήσωμεν τοὺς νέους, (cum τιμὴ Presbyteris sit impertienda, sive naturae sive Evangelii leges ac disciplinam spectemus)· παιδεύσωμεν παιδείαν τοῦ Θεοῦ. Quos instituamus in disciplina Dei, ne verbum est. In Clemente nostro omnia sunt perspicua et distincta, et singulis, quae sua sunt, tribuuntur; Jesu Christo ἐντροπή, Ecclesiae praepositis sive Episcopis αἰδώς, Presbyteris τιμή, et denique juvenibus institutio et disciplina. Sanari

ὑπὲρ ἡμῶν ἐδόθη, ἐντραπῶμεν. Τοὺς προηγουμένους ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους ἡμῶν τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα· τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν, τὸ ἀκέραιον τῆς πραΰτητος αὐτῶν βούλημα ἀποδειξάτωσαν, τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης αὐτῶν διὰ τῆς φωνῆς φανερὸν ποιησάτωσαν, τὴν ἀγάπην αὐτῶν, μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν. Τὰ τέκνα ὑμῶν τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαμβανέτωσαν· μαθέτωσαν τί ταπεινοφροσύνη παρὰ

utcunque potest Clemens Alexandrinus, sive cum Boisio interponamus αὐτὸν, et legamus Ἐντραπῶμεν οὖν αὐτὸν, τοὺς προηγουμένους ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ Θεοῦ....sive, ut mihi verisimile magis videtur, mutata interpunctione ita legamus, Ἐντραπῶμεν οὖν τοὺς προηγουμένους ἡμῶν, καὶ αἰδεσθῶμεν· τοὺς πρεσβυτέρους τιμήσωμεν· τοὺς νέους παιδεύσωμεν κ. τ. λ. Neutiquam vero discedo a sententia mea, omnia se recte habere apud Clementem Romanum, licet aliter visum fuerit Anonymo, qui in hoc, si quo alio in loco, nodum in scirpo quaerit ; observavit enim quod 'Omnia 'apud Clem. Alex. probe cohaerent. Apud Clem. Rom. 'maxima est perturbatio. Caput hoc ex Clem. Alex. p. 517. 'misere corruptum est.' Nemini sane nisi Anonymo ipsi [Edv. Bernard.] quae apud Clementem nostrum legimus possunt videri minus perspicua quam quae apud Alexandrinum. WOTT.

1. ἐδόθη] Ita Cod. MS. Junius mallet ἐξεχύθη. Apud Clem. Alex. Strom. iv. 17. p. 611. ed. Potter. legimus ἡγιάσθη.

3. τοὺς νέους παιδεύσωμεν] Paene eadem verba habentur a S. Polycarpo in Epistola sua ad Philippenses [§. 4.] Τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Quum in brevi illa Epistola S. Polycarpus paene ipsis verbis S. Clementis frequentius utatur mox a denato Clemente, nullus dubito, quin hanc Epistolam legerit, eamque prae oculis suis habuerit, quum scripserit suam ; indeque constare posse, legendum esse hoc in loco τοῦ φόβου, a Clemente Alex. omissum, existimo. WOTT.

6. ἐνδειξάσθωσαν] Vox Paulina, ad Rom. ii. 15. Tit. ii. 10. iii. 2., &c.

8. διὰ τῆς φωνῆς] Clemens Alex. in citando hoc loco ex-

sanguis pro nobis datus est, veneremur; qui nobis praesunt revereamur, seniores inter nos honoremus, juvenes in disciplina timoris Dei erudiamus, uxores nostras ad id quod bonum est emendemus; amabiles castitatis mores ostendant, puram et sinceram mansuetudinis suae voluntatem demonstrent, linguae suae moderationem vocis lenitate manifestam faciant, charitatem suam, sine ulla animi in alteram partem propensione, omnibus Deum sancte timentibus, parem exhibeant: filiique vestri disciplinae Christi participes sint, discant quantum humilitas apud

hibet διὰ τῆς σιγῆς, quae lectio verior esse videtur. Sin retineatur φωνῆς, non tam de voce ipsa, sive loquendi actione, quam de materia circa quam versatur, oportet illud explicemus, vel de submisso loquendi genere, quod maxime indicat modestiam illam, quae piis et sanctis mulieribus propria ipsis magno est ornamento. WOTT. Cum Wottono faciunt Junius, Boisius, Colomesius, Hornemannus, et Ruchati versio, *qu'elles fassent paroître par leurs discours la modération de leur langue.* Davisius conjicit διὰ τῆς ἀφωνίας. ut ad MS. propius accedatur. Sic Herzogius quoque, *Müssigung ihrer Zunge sollen sie zeigen in Schweigen,* et Grassius, *en modérant par le silence l'excès de leurs paroles.*

ib. τὴν ἀγάπην αὐτῶν] S. Polycarpus similia habet in Epist. ad Philipp. [§. 4.] Ἀγαπώσας πάντας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ. WOTT.

9. μὴ κατὰ προσκλίσεις] Cotelerius confert 1 Tim. v. 21. μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν.

10. ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν.] Birrius putat ὁσίως ad foeminas Christianas referendum, quas nempe doceat S. Pater Deum timentibus caritatis officium exhibere ὁσίως, i. e. ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, et aequa lance, μὴ κατὰ προσκλίσεις. Hinc itaque locum sic distinguit, τὴν ἀγαπὴν αὐτῶν, μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν, ὁσίως ἴσην παρεχέτωσαν. GALLAND.

11. Τὰ τέκνα ὑμῶν] Clemens Alexandrinus l. c. ἡμῶν. Hinc arguit Potterus [p. 612. n. 5.] perperam legi ὑμῶν apud Clementem nostrum; eo vel maxime quod paullo superius scripserit S. Pater in prima persona ἐντραπῶμεν .... αἰδεσθῶμεν κ.τ.λ. Sic et Davisius, Potterum secutus. Sed non est, meo quidem judicio, cur Codicis MSti lectioni vim inferamus. Quod enim scripserit Clemens Romanus τὰς γυναῖκας ἡμῶν, in causa fuit verbum διορθωσώμεθα, ut sermoni jam in prima persona instituto sententia congrueret. Quum autem hic alio scribendi genere utatur, scripsisse omnino censendus τὰ τέκνα ὑμῶν. GALLAND.

Θεῷ ἰσχύει, τί ἀγάπη ἁγνὴ παρὰ τῷ Θεῷ δύναται, πῶς ὁ φόβος αὐτοῦ καλὸς καὶ μέγας, καὶ σώζων πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ ὁσίως ἀναστρεφομένους ἐν καθαρᾷ διανοίᾳ. Ἐρευνητὴς γάρ ἐστιν ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων, οὗ ἡ πνοὴ αὐτοῦ ἐν ἡμῖν ἐστὶν, καὶ ὅταν θέλῃ ἀνέλει αὐτήν.

inprimis fidem.

ΚΒʹ. Ταῦτα δὲ πάντα βεβαιοῖ ἡ ἐν Χριστῷ πίστις, καὶ γὰρ αὐτὸς διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Ἁγίου οὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς· "Δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ "μου, φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐστιν "ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν "ἀγαθάς; παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, "καὶ χείλη τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον· ἔκκλινον ἀπὸ "κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ "δίωξον αὐτήν. Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, "καὶ ὦτα αὐτοῦ πρὸς δέησιν αὐτῶν· π[ρόσωπον δὲ] "Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακ[ά, τοῦ ἐξολε]θρεῦσαι "ἐκ γῆς τὸ μνημ[όσυνον] αὐτῶν. Ἐκέκραξεν ὁ "δ[ίκαιος], καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτ[οῦ, καὶ ἐκ] "πασῶν τῶν θλίψεων α[ὐτοῦ ἐρρύ]σατο αὐτόν." "Πολλαὶ αἱ μάσ[τιγες] τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τοὺς δὲ "ἐ[λπίζον]τας ἐπὶ Κύριον ἔλεος κυκλώσε[ι]."

4. ἐν καθαρᾷ διανοίᾳ.] Clemens Alex. ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ.

6. ἀνέλει αὐτήν.] Ita Cod. MS. et Clemens Alexandrinus, p. 612. ed. Potter. non ἀνέλοι, uti in libris impressis ante Wottonum. Davisius, quem sequitur Hefelius, et hic et apud Alexandrinum reponendum censet ἀνελεῖ in Futuro.

8. καὶ γὰρ αὐτὸς] Simplicius Clem. Alex. a quo haec petita sunt, ὁ Κύριος λέγει. A cap. sequente (i. e. a cap. xxiii.) ad cap. xl. adulterina omnia, post Clem. Alex. addita. BERN. At aliter sensit Photius, aliter Cyrillus Hierosolymitanus; imo Anonymus ipse [Edv. Bernard.] non potuit non aliter sensisse, si utrumvis Clementem probe nosset: Alexandrinus enim, laudata hac ipsa epistola, Strom. iv. 16. quaedam citat ex cap. xxxvi. διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτισμένη διάνοια ἡμῶν

Deum valeat, quid casta charitas apud Deum possit; quemadmodum timor ejus bonus est et magnus, servans omnes qui in pura cogitatione in ipso sancte versantur; est enim cogitationum et consiliorum Heb. iv. 12.
mentis scrutator, cujus spiritus est in nobis, et cum vult aufert eum.

XXII. Haec autem omnia fides quae est in Christo confirmat, sic enim ille per Spiritum Sanctum nos compellat; *Adeste, filii, audite me, timorem* Ps. xxxiv. 11—17.
Domini docebo vos: Quis est homo qui vult vitam, diligens dies videre bonos? prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum: diverte a malo, et fac bonum; inquire pacem, et persequere eam. Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum; vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamavit justus, et Dominus exaudivit eum, et ex omnibus tribulationibus ejus liberavit eum. Multa flagella Ps. xxxii. 10.
peccatoris; sperantes autem in Domino, misericordia circumdabit.

ἀναθάλλει εἰς τὸ φῶς....aliaque ex cap. xxxviii. Ὁ σοφὸς τοίνυν ἐνδεικνύσθω....ὁ ἐπιχορηγῶν αὐτῷ τὴν ἐγκράτειαν. Quis enim sanus sibi persuadere potest, adulterina haec esse, addita post Clem. Alex. quum ea ab ipso citata inveniat? WOTT.

11. ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθὰς] Inter ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθὰς et παῦσον τὴν γλῶσσάν σου, interponit de suo Clemens Alexandrinus εἶτα ἑβδομάδος καὶ ὀγδοάδος μυστήριον γνωστικὸν ἐπιφέρει. Strom. iv. [16.] p. 612. [ed. Potter.] WOTT.

13. καὶ χεῖλη] Lege καὶ χείλη σου, ut apud LXX. et Clementem Alexandrinum. GALLAND.

18. Ἐκέκραξεν ὁ δ[ίκαιος] Apud Alexandrinum legitur ἐκέκραξεν ὁ Κύριος καὶ εἰσήκουσεν. Habent LXX Interpretes ἐκέκραξαν οἱ δίκαιοι, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτῶν. Ubi οἱ δίκαιοι obelo notantur ab Origene, eo quod absunt ex Hebraeo Textu. WOTT. Vid. Schleusner. Lexicon in LXX. voc. Κεκράγω.

20. θλίψεων α[ὐτοῦ] Libri impressi ante Wottonum omittunt αὐτοῦ. Exstat tamen post ΩΝ in MSto A......cum spatio circiter septem literarum. Apud LXX. θλίψεων αὐτῶν. At Clem. Alex. θλίψεων ἐρρύσατο absque αὐτῶν.

21. Πολλαὶ αἱ μάσ[τιγες] Cod.

Transit ad alterum caput Epistolae, de Resurrectione, cujus fidem variis argumentis suadet.

ΚΓ'. Ὁ οἰκτίρμων κατὰ πάντα κ[αὶ εὐερ]γετικὸς Πατὴρ ἔχει σπλάγχνα ἐ[πὶ] φοβουμένους αὐτὸν, ἠπίως [τε] καὶ προσηνῶς τὰς χάριτας αὐτ[οῦ] ἀποδιδοῖ τοῖς προσερχομένοι[ς] αὐτῷ ἁπλῇ διανοίᾳ. Διὸ μὴ διψυχῶμεν, μηδὲ ἰνδαλλέσθω ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπὶ ταῖς ὑπερβαλλούσαις καὶ ἐνδόξοις δωρεαῖς αὐτοῦ. Πόρρω γενέσθω ἀφ' ἡμῶν ἡ γραφὴ αὕτη, ὅπου λέγει, "Ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες "τὴν ψυχὴν, οἱ λέγοντες, Ταῦτα ἠκούσαμεν καὶ ἐπὶ "τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἰδοὺ γεγηράκαμεν, καὶ οὐ"δὲν ἡμῖν τούτων συμβέβηκεν. Ὦ ἀνόητοι, συμβά"λετε ἑαυτοὺς ξύλῳ, λάβετε ἄμπελον· πρῶτον μὲν "φυλλορροεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, εἶτα φύλλον,

MSto non deest articulus, quem, Wottonum secuti, omiserunt Russel. Galland. et Schoenemannus. Clem. Alexandrinus exhibet πολλαὶ μὲν γὰρ μάστιγες τῶν ἁμαρτωλῶν κ. τ. λ.

5. ἰνδαλλέσθω] Forte ἐνδοιάσθω, literarum levi mutatione, vel potius ἰλιγγιάσθω, quod idem est, et a Chrysostomo saepenumero usurpatur. JUN. ἐνδοιάσθω exhibent Fellus et Colomesius ad oram libri. Boisius suspicatur hiatum, quem conjectura satis audaci ita expletum vult, ἡ ψυχὴ ἡμῶν (κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ, καὶ ῥιπιζομένῳ, ἀλλ' εὐφρανθήτω) ἐπὶ ταῖς κ. τ. λ. Davisio reponendum videtur διχαζέσθω. Vox ἰνδάλλεσθαι ita a Fello exponitur hoc in loco: 'ἰνδάλλεσθαι 'est φαντάζεσθαι, *spectra et* '*phasmata captare*. Inde Jer. 'xvii. 3. ציים quae alibi δαιμόνια 'redduntur, ἰνδάλματα a LXX. 'dici meruere; quo omnino 'significatu eadem vox occur'rit, Sapient. xvii. 3. Qui ergo 'inani φιλαυτίᾳ sibimet ipsis 'placent, et seipsos, ut sine 'merito, ita etiam sine rivali 'depereunt, quosque B. Judas 'ἐνυπνιαζομένους appellat, ii sunt 'a quorum labe et morbo S. 'Clemens cavere hortatur atque 'suadet.' Clerico sic vertenda videtur Clementis sententia, *Neque decipiatur animi sui figmentis*; Freyio, *Neque vanas sibi fingat species et phantasmata anima nostra*. Apud Hesychium legimus Ἰνδάλλεται· ὁμοιοῦται, φαίνεται, δοκεῖ, στοχάζεται, ἰσοῦται, σοφίζεται. Apud Suidam, Ἰνδάλλεται· *Videtur, apparet, similis est*. Ἰνδάλματα· *Phantasmata, Somnia, Imaginationes rerum absentium, Simulacra, Species*. Vocem ἰνδάλλεσθαι usurpant Homerus, Aristophanes et Plato.

7. ἡ γραφὴ αὕτη] Ita Davis.

XXIII. Misericors in omnibus et benignus Pater viscera erga timentes eum habet, et venientibus ad ipsum cogitatione pura et simplici gratias suas benigne et suaviter largitur. Quare animo duplici ne simus, neque super eximiis et honorificis donis ejus dubitet aut vacillet anima nostra; longe a nobis absit Scriptura haec ubi dicitur: *Miseri et infelices* Jac. i. 8.
sunt, qui animo duplici sunt et inconstanti, dicentes:
Haec audivimus etiam tempore patrum nostrorum, 2 Pet. iii. 4.
et ecce jam consenuimus, nihil tamen horum nobis
accidit. O fatui, comparate vos arbori, vitem sumite, Matt. xxiv. 32.
primum quidem defrondescit, germen postea fit,

Frey. Schoeneman. Caeteri ἡ γραφὴ αὐτή.

ib. ὅπου λέγει] Junius mallet λέγεται. Haec verba ex Apocrypha quadam Scriptura desumta fuisse censent Cotelerius, et Grabius, Spicil. i. 268. Quam sententiam tuetur Orellius, in Selectis Patrum Ecclesiae Capitibus ad Ἐξήγησιν pertinentibus, Turici, 1830. Contra autem Wottonus conjicit loca S. Jacob. i. 8. et II. S. Pet. iii. 3, 4. inter se collata in animo Clementis fuisse. Sententiam quod adtinet, idem comparat Barnabae Epist. §. 19. Οὐ μὴ διψυχήσῃς πότερον ἔσται, ἢ οὔ. et Hermae Vis. iii. 4. sicut a Clemente Alexandrino citatur, Strom. I. Θείως τοίνυν ἡ δύναμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα τὰ ὁράματα, φησί, καὶ τὰ ἀποκαλύμματα διὰ τοὺς διψύχους, τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις, εἰ ἄρα ἔστι ταῦτα, ἢ οὐκ ἔστιν. Quos locos jam indicaverat Cotelerius.

9. ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν] Hunc locum illustrat Dodwellus tum in Cyprian. Dissert. xii. 23. tum in Irenaic. Dissert. i. 20. Utrobique tamen pro ἐπὶ legit ἀπό, Junianam editionem secutus. GALLAND. Edd. omnes praeter Wott. et. Gall. exhibent ἀπὸ, at in Cod. MSto ἐπὶ legitur et hic, et in alterius, quae vocatur, Epistolae fragmento.

11. Ὦ ἀνόητοι] Citationis signa apposui usque ad ὁ καρπὸς τοῦ ξύλου. Haec enim eadem iisdem paene verbis habentur in fragmento illo quae vulgo laudatur velut Epistola Clementis secunda, §. 11; unde ejusdem auctoris esse haec cujus superiora patet, quod dudum monuerunt Pearsonus et Vendelinus, quos secuti sunt Colomesius et Freyius.

ib. συμβάλετε] Ita Cod. MStus, non συμβάλλετε ut in libris impressis. Mox etiam λάβετε habemus, non λαμβάνετε.

13. φυλλοροεῖ] Codex MStus exhibet ΦΥΛΛΟΡΟΕΙ, non cum duplici P. Vide supra notata ad p. 32. l. 3. et cf. infra §. 55.

“ εἶτα ἄνθος, καὶ μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ “ παρεστηκυῖα.” Ὁρᾶτε ὅτι ἐν καιρῷ ὀλίγῳ εἰς πέπειρον καταντᾷ ὁ καρπὸς τοῦ ξύλου· ἐπ᾽ ἀληθείας ταχὺ καὶ ἐξαίφνης τελειωθήσεται τὸ βούλημα αὐτοῦ, συνεπιμαρτυρούσης καὶ τῆς γραφῆς, ὅτι “ ταχὺ ἥξει, “ καὶ οὐ χρονιεῖ, καὶ ἐξαίφνης ἥξει ὁ Κύριος εἰς τὸν “ ναὸν αὐτοῦ, καὶ ὁ Ἅγιος ὃν ὑμεῖς προσδοκᾶτε.”

Resurrectionis veritatem nobis Deus continuo ostendit.

ΚΔ΄. Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοὶ, πῶς ὁ Δεσπότης ἐπιδείκνυται διηνεκῶς ἡμῖν τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι, ἧς τὴν ἀπαρχὴ[ν] ἐποιήσατο τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ νεκ[ρῶν] ἀναστήσας. Ἴδωμεν, ἀγαπητοὶ, τὴν κατὰ και[ρὸν] γινομένην ἀνάστασιν. Ἡμέρ[α καὶ] νὺξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσ[ιν]· κοιμᾶται ἡ νὺξ, ἀνίσταται ἡ[μέρα], ἡ ἡμέρα ἄπεισιν, νὺξ ἐπέρ[χεται. Βλέπωμ]εν τοὺς καρπούς· ὁ σπόρος [κόκκου] τίνα τρόπον γίνεται. Ἐξῆλ[θεν ὁ σ]πεί-

3. καταντᾷ] Verbum hoc Novi Foederis Scriptoribus usitatissimum est. Vide sis Act. xx. 15. xxv. 13. xxvi. 7. 1 Cor. x. 11. xiv. 36. Eph. iv. 13. Philipp. iii. 11.

6. καὶ οὐ χρονιεῖ, καὶ ἐξαίφνης ἥξει] Haec verba a Junio praetermissa e Cod. MSto restituit Wottonus, quem sequuntur Russel. Galland. et Schoenemann. non autem Hornemannus. Cod. MS. ΕΞΑΙΧΝΗΣ exhibet; supra ΕΞΕΦΝΗΣ.

7. καὶ ὁ Ἅγιος...] Apud Malachiam Prophetam legimus ὁ Ἄγγελος τῆς διαθήκης ὃν ὑμεῖς θέλετε. Cotelerius suspicatur in hoc loco vocem ἄγγελος per breviationem primo scriptam postea in ἅγιος transisse. Freyius monet, quod quidem nemo non videt, loca haec vel per meram accommodationem huc trahi, vel perperam applicari, cum perspicuum sit de alia re verba facere prophetam utrumque.

13. Ἡμέρ[α καὶ] νὺξ ἀνάστασιν] Tertullianus de Resurrectione, §. 12. locum hunc eleganter exprimit; nec dubium est, quin in hoc, et sequente capite quod de Phoenice est, Clementem nostrum sequutus sit. ‘Aspice ‘tunc,’ inquit, ‘ad ipsa quo‘que exempla Divinae potesta‘tis. Dies moritur in noctem, ‘et tenebris usquequaque se‘pelitur. Funestatur mundi ‘honor, omnis substantia de‘nigratur. Sordent, silent, ‘stupent cuncta, ubique justi‘tium est, quies rerum. Ita ‘lux amissa lugetur; et ta-

folium deinde et flos, posthaec uva acerba, tandem demum uva matura. Videtis quod in exiguo tempore fructus arboris ad maturitatem perducitur; in veritate brevi et subito voluntas ejus perficietur, Scriptura etiam testimonium perhibente: *Quod statim venturus sit neque tardabit, et statim veniet Dominus in templum ejus, et Sanctus quem vos exspectatis.* Mal. iii. 1. Habac. ii. 3. Heb. x. 37.

XXIV. Consideremus, dilecti, quemadmodum Dominus futuram resurrectionem nobis continuo ostendat, cujus primitias Dominum Jesum Christum fecit, quem a mortuis suscitavit. Intueamur, dilecti, resurrectionem, quae omni tempore fit; dies et nox resurrectionem nobis ostendunt, nox cubat, exsurgit dies, abit dies, nox ingruit et insequitur. Intueamur 1 Cor. xv. 20. Col. i. 18.

'men rursus cum suo cultu, 'cum dote, cum sole, eadem 'et integra et tota universo 'orbi reviviscit, interficiens 'mortem suam noctem, re-'scindens sepulturam suam te-'nebras, haeres sibimet exi-'stens, donec et nox reviviscat 'cum suo et illa suggestu.' Sic Epiphanius in Ancorato, [§. 84. Opp. tom. ii. p. 88. ed. Petav.] Καὶ ἡ κτίσις πᾶσα διαρρήδην αὐτοὺς ἐλέγχει, ὑποφαίνουσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναστάσεως τὸ εἶδος· δύνει γὰρ ἡ ἡμέρα, καὶ νεκρῶν αἰνιττόμεθα τὸν τρόπον κοιμισμὸν αἰνιττομένης· ἀνατέλλει ἡ ἡμέρα ἡμᾶς διϋπνίζουσα, καὶ ἀναστάσεως ὑποδεικνύουσα τὸ σημεῖον. Locus hic corruptus videtur, quem nos ex conjectura sic emendandum putamus, καὶ νεκρῶν ὑπνωττόμεθα τὸν τρόπον, κοιμήσεως θάνατον αἰνιττομένης κ. τ. λ. JUN. Forte in animo habuerunt S. Patres locum illum Sophoclis,

Ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα
τίκτει, κατευνάζει τε, φλογιζόμενον
ἅλιον . . . Trachin. 94.

15. νὺξ ἐπέρ[χεται] ἔπεισιν conj. Colomesius.

ib. Βλέπωμ]εν τοὺς καρπούς·] Sic certe legendum cum Gallandio post Millium; non Ἴδωμ]εν quod dederat Junius. ἐπέρ[χεται vox ultima est in pagina Codicis MSti octava; et membrana lacera in superiore parte paginae nonae lacunam certe sex literarum exhibet.

ib. ὁ σπόρος [κόκκου] Male a Junio legitur ὁ σπόρος, [πᾶσι δῆλον] τίνα τρόπον γίνεται, chasma enim non est nisi sex vel ad plurimum septem literarum. Vana est Davisii conjectura reponentis οἴδαμεν vel εὖ ἴσμεν. Millius vult ὁ σπόρος γύμνος vel νέκρος, et vocem σπόρος eodem

ρων, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν, [καὶ βληθέ]ντων σπερμάτων, ἅτινα πε[πτωκεν] εἰς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνά, δι[αλύεται]· εἶτ' ἐκ τῆς διαλύσεως ἡ μεγα[λειότ]ης τῆς προνοίας τοῦ Δεσπότου [ἀνίσ]τησιν αὐτά, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς πλεί[ονα] αὔξει, καὶ ἐκφέρει καρπόν.

Phoenix Resurrectionis nostrae imago.

ΚΕʹ. [Ἴδω]μεν τὸ παράδοξον σημεῖον, τὸ [γι]νόμενον ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς [τό]ποις, τουτέστιν τοῖς περὶ τὴν Ἀραβίαν. Ὄρνεον γάρ ἐστιν ὃ προσονομάζεται Φοίνιξ· τοῦτο μονογενὲς ὑπάρχον ζῇ ἔτη

modo quo σπέρμα interpretandum esse putat; cujus correctioni summo jure objicitur a Wottono, minus usitatam esse hanc significationem, atque ea quae proxime sequuntur, σπερμάτων ἅτινα κ. τ. λ. meram tautologiam fore si hanc interpretationem amplecteremur.

3. γυμνὰ] Sic Proclus apud Epiphanium, γυμνὰ καὶ ἄσαρκα βάλλεται εἰς γῆν, καὶ τελεσφορούμενα ἀποδίδοται. [lxiv. 37. tom. i. p. 560. ed. Petav.] Sic Apostolus ad Cor. I. xv. 37. γυμνὸν κόκκον. JUN.

ib. δι[αλύεται] Ita proculdubio recte Gallandius et Schoenemannus, Millio et Wottono obsecuti. Caeteri Junianam lectionem δι[αλύει χρόνος] exhibent, quae stare omnino nequit; hiatus enim inter ΔΙ et ΕΙΤ, non admittit plures quam quinque vel septem literas. Theophilus Antiochenus, a Wottono indicatus, Lib. i. §. 18. ad Autolycum, p. 34. ed. Fell. habet, εἰ γὰρ τύχοι εἰπεῖν κόκκους σίτου ἢ τῶν λοιπῶν σπερμάτων, ἐπὰν βληθῇ εἰς τὴν γῆν πρῶτον ἀποθνήσκει καὶ λύεται.

ib. ἡ μεγα[λειότ]ης] Ita, praeeuntibus Millio et Wottono, reposui pro ἡ μεγά[λη δύναμ]ις quod dederat Junius. Cod. MStus exhibet ΜΕΓΑ . . . ΗΣ, et spatium non est plurium quam quinque literarum.

9. ὃ προσονομάζεται Φοίνιξ] Non fertur alia fabula in cujus enarratione consentiant magis, magisque dissentiant Scriptores. Consentiunt fere omnes in re, dissentiunt de modo. Et quidem mos est Patribus exemplo Phoenicis partim ad mores uti, partim ad mysteria, partum Virgineum, et resurrectionem Dominicam ac nostram. Trahitur ab aliis ad falsa dogmata. COTEL. De Phoenice vide sis Herodot. ii. 73. Plin. H. N. x. 2. Tacit. Annal. vi. 28. Melam, iii. 8. Philostr. Vit. Apoll. §. 3. Solin. Polyhist. §. 36. Dion. Hist. Rom. lvii. ad finem. Loca classica habent Ovidius quoque, Metam. xv. 391. sq. Achilles Statius de Leucippe et Clitoph. iii. et Claudian. carm. 45. qui-

fructus terrae, seminatio grani quomodo fiat: *Egressus est seminator*, et semen in terram jecit, et jactis seminibus, quae nuda et arida in terram ceciderunt, dissolvuntur, et post dissolutionem magna divinae providentiae potestate resuscitantur, ex uno plura fiunt, et fructum producunt. Matt. xiii. 3. 1 Cor. xv. 36.

XXV. Contemplemur signum mirabile quod in partibus orientis, scilicet in Arabia, fit. Avis est, quae Phoenix vocatur: haec sui generis sola existens annos quingentos vivit, et cum morte dissolvenda

bus fretus nominibus Junius pro veritate historica hujus avis diserte pronuntiat. Fellus ex auctoritatibus Rabbinicis probare conatur Scriptores Sacros in locis illis Job. xxix. 18. Ps. xci. 3. phoenicem avem in animo habuisse. Locum hunc Nostri recitat Cyrillus Hierosol. Catech. xviii. 8. ejusque fere verba usurpat, licet ab ejus narratione nonnihil dissideat. Similia habent Tertullianus de Resurrectione Carnis, §. 13, Epiphanius in Ancorato, §. 84, et Const. Apost. v. 7. Fabulam totam dubitasse videtur Origenes, c. Celsum iv. 98. Camdenum si audias, Clemens VIII. Papa, A.D. 1599, Phoenicis pluma praemissa, Comitem illum Tiroeniae, qui Elizabetha regnante novas res apud Hibernos moliebatur, promissis et indulgentiis aluit: vid. ad calcem libri cui titulus, *Britannia, or a Chorographical Description of Great Britain and Ireland*, p. 783. Londin. 1607. Vitio vertit Photius Clementi nostro quod de Phoenice haec verba fecerit. Tentzelius, Exercit. Select. ii. pp. 32—46. in hoc loco credulitatem viro Apostolico prorsus indignam reprehendens, Epistolam totam Clementi abjudicat. Sed lenius cum B. Patre agendum est, in quo culpa haud ita magna residet, si rem apud homines id aetatis receptam crederet. Tacitus, scriptor gravissimus, Clementi nostro suppar, historiae suae ordinem et dispositionem perturbare non dedignatus est, ut quae vera esse judicaret in narrationibus de Phoenice a falsis et inanibus secerneret. Annal. vi. 28.

10. τοῦτο μονογενὲς ὑπάρχον] Eusebius, lib. 4. de Vita Constantini prope finem, . . ὄν δέ φασι μονογενῆ ὄντα τὴν φύσιν. Pomponius Mela, [de Situ Orbis. iii. 8.] "Referenda Phoenix semper unica." Lactantius, [Auctor Incert. Carm. de Phoenice 31, 32.]

Hoc nemus, hos lucos avis incolit unica Phoenix,
Unica, sed vivit morte refecta sua. BOIS.

ib. ἔτη πεντακόσια] Non convenit inter scriptores de numero annorum vitae Phoenicis, aliis mille illi annos, aliis sep-

66955

πεντακόσια· γενόμενόν τε ἤδη πρὸς ἀπόλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν αὐτὸ, σηκὸν ἑαυτῷ ποιεῖ ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων, εἰς ὃν πληρωθέντος τοῦ χρόνου εἰσέρχεται, καὶ τελευτᾷ· σηπομένης δὲ τῆς σαρκὸς σκώληξ τις γεννᾶται, ὃς ἐκ τῆς ἰκμάδος τοῦ τετελευτηκότος ζῴου ἀνατρεφόμενος, πτεροφυεῖ· εἶτα γενναῖος γενόμενος αἴρει τὸν σηκὸν ἐκεῖνον, ὅπου τὰ ὀστᾶ τοῦ προγεγονότος ἔστιν, καὶ ταῦτα βαστάζων, διανεύει ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς χώρας ἕως τῆς Αἰγύπτου, εἰς τὴν λεγομένην Ἡλιούπολιν· καὶ ἡμέρας, βλεπόντων πάντων ἐπιπτὰς, ἐπὶ τὸν τοῦ ἡλίου βωμὸν τίθησιν αὐτὰ, καὶ οὕτως εἰς τοὐπίσω ἀφορμᾷ. Οἱ οὖν ἱερεῖς ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων, καὶ εὑρίσκουσιν αὐτὸν πεντακοσιοστοῦ ἔτους πεπληρωμένου ἐληλυθέναι.

Resurrectionis nostrae testis S. Scriptura.

ΚϚʹ. Μέγα καὶ θαυμαστὸν οὖν νομίζομεν εἶναι, εἰ ὁ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων ἀνάστασιν ποιήσεται τῶν ὁσίως αὐτῷ δουλευσάντων ἐν πεποιθήσει πίστεως ἀγαθῆς, ὅπου καὶ δι' ὀρνέου δείκνυσιν ἡμῖν τὸ μεγα-

ties mille praeter sex, aliis sexcentos et sexaginta, aliis nonnisi quingentos tribuentibus. Atque cum his postremis consentit noster, ut et Epiphanius et Ambrosius. Sic quoque Mela, et Seneca initio Epist. 42. 'Scis quem nunc virum 'bonum dicam? hujus secun'dae notae: Nam ille alter for'tasse tanquam Phoenix semel 'anno quingentesimo nascitur.' BOIS. Vide sis Aelianum de Animalibus vi. 58. *Περὶ τῆς τῶν Φοινίκων ἀριθμητικῆς.* Is. Vossius de Sibyllinis §. 5. p. 31. Oxon. 1680. affirmat Aegyptiis et Judaeis symbolum Magni Anni fuisse Phoenicem avem, atque fabellam totam excogitatam fuisse ad designandam *αἰῶνος* seu aevi durationem. Idem docet Ger. Jo. Vossius de Orig. et Progressu Idolol. II. xlvii. in Addendis ad p. 566. 14. De hac ratione explicandi videndus omnino est Creuzerus, *Symbolik.* i. 438. sq.

1. *ἀπόλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν αὐτὸ*] Boisius legendum arbitratur *πρὸς ἀπόλυσιν, καὶ καιρὸν τοῦ ἀποθανεῖν αὐτὸ*, ut posterius *ἐξήγησις* sit prioris. Davisius tria verba postrema glossematis loco habet, et reponere jubet *πρὸς ἀπόλυσιν, σηκὸν ἑαυτῷ ποιεῖ.*

est, e thure, myrrha, et reliquis aromatibus loculum sibi struit, quem completo annorum spatio ingreditur, et vitam deponit; ex carne vero ejus putrefacta vermis quidam nascitur, qui animalis defuncti humore nutritus plumescit, et auctis postea viribus loculum tollit in quo ossa parentis recondita sunt, quae gestans ex Arabica regione in Aegyptum, et urbem quae Heliopolis dicitur, pervolat, ac spectantibus omnibus diurno tempore advolans super altare Solis illa collocat, atque ita unde venerat, regreditur. Sacerdotes annorum rationem in libris descriptam diligenter calculant, et impleto anno quingentesimo, rediisse illam comperiunt.

XXVI. An magnum igitur et admirandum arbitrabimur, si rerum omnium opifex resurgere eos faciat, qui in bonae fidei confidentia religiose illi inservierunt, cum per volucrem promissionis suae

6. *τετελευτηκότος*] Cod. MS. ΤΕΛΕΥΤΗΚΟΤΟΣ.

7. *γενναῖος*] *Validus*, quo sensu hanc vocem usurpant Sophocles, Aj. 938. ed. Brunck. et Xenophon, Hist. Gr. V. iv. 17.

9. *διανεύει*] Clericus mavult *διανύει*, i. e. *uno progressu fertur, recta volat in Aegyptum.* Sic Sancroftius quoque, qui interpretatur, *vergit, inclinat, cursum dirigit*, et confert Act. xxi. 7. necnon Eunapium in vita Aedesii, *οὐ μακρὰν ὁδὸν ἐκ Καππαδοκίας εἰς Συρίαν συνέτεινε καὶ διήνυε.*

10. *Ἡλιούπολιν*] Locum hunc de Phoenice, quasi emblemate resurrectionis, nemo castigavit, excepto Photio in Biblioth. Cod. cxxvi. Verum si eruditus ille Criticus attendisset id quod soleant facere Scriptores Ecclesiastici, quando loquuntur *διδακτικῶς*, hoc est, serio et ut doceant; quidve faciant, cum loquuntur tantum *οἰκονομικῶς*, (ut loqui solent) ubi rhetorice tantum illustrant quod docent, forte ab ea castigatione abstinuisset. GUL. BURTON. Finis historiae de cineribus Phoenicis arae solis impositis, in urbe superstitiosa, ejusdem est ingenii, quod inter mulieres pias Danaidas et Dircas antea recensuit. Si tamen haec essent Clementis, ignoscere quidem viro, aliarum virtutum causa, sed laudare ejusmodi ratiocinationem non possemus. CLER.

ib. *καὶ ἡμέρας*] Lege *δι' ἡμέρας*. CLERICUS.

17. *ἁπάντων*] Ita Cod. MStus. Libb. impr. ante Wottonum, *πάντων*.

λεῖον τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ; [λ]έγει γάρ που, "Καὶ ἐξαναστήσεις με, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι·" [κ]αὶ, "ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξη[γ]έρθην, ὅτι σὺ "μετ' ἐμοῦ εἶ." [Καὶ] πάλιν Ἰὼβ λέγει, "Καὶ "ἀναστήσεις [τὴ]ν σάρκα μου ταύτην, τὴν ἀναν-"τλήσασαν ταῦτα πάντα."

Spe Resurrectionis ad haereamus Deo, omnipotenti et omniscienti.

ΚΖ'. Ταύτῃ οὖν τῇ ἐλπίδι προσδεδέσθωσαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τῷ πιστῷ ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις, καὶ τῷ δικαίῳ ἐν τοῖς κρίμασιν. Ὁ παραγγείλας μὴ ψεύδεσθαι, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς οὐ ψεύσεται· οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον παρὰ τῷ Θεῷ, εἰ μὴ τὸ ψεύσασθαι. Ἀναζωπυρησάτω οὖν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν, καὶ νοήσωμεν ὅτι πάντα ἐγγὺς αὐτῷ ἐστιν. Ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὰ πάντα, καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέψαι. "Τίς ἐρεῖ αὐτῷ,

2. *ἐξαναστήσεις με κ. τ. λ.*] Cotelerius, cui assentitur Colomesius, petita haec vult ex Ps. xxvii. 7. secundum LXX. et Vulgat. secundum Heb. Ps. xxviii. ubi apud LXX Intt. legimus, *Καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου, καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ.* Existimarim sane potius unum esse ex iis locis, de quibus haec habet Photius: *πλὴν ὅτι ῥητά τινα ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς ξενίζοντα παρεισάγει, ὧν οὐδὲ ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς.* WOTT.

3. *ἐκοιμήθην καὶ κ. τ. λ.*] Videtur S. Pater citasse haec memoriter; legimus enim apud LXX. Ps. iii. 5. Ἐγὼ [δὲ Cod. Al.] *ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα· ἐξηγέρθην, ὅτι Κύριος ἀντιλήψεταί μου.* Et Ps. xxiii. 4. *Οὐ φοβηθήσομαι κακά, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ.* WOTT.

4. *Καὶ ἀναστήσεις κ.τ.λ.*] Hunc Jobi locum ad resurrectionem primus traxit B. Clemens, quem alii postca sunt sequuti. COLOM. Legimus apud LXX Interpretes; *Οἶδα γὰρ, ὅτι ἀέναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων ἐπὶ γῆς· ἀναστήσει δέ μου τὸ σῶμα τὸ ἀναντλοῦν ταῦτα*, Cod. Alex. (*Οἶδα γὰρ——με μέλλων, ἐπὶ γῆς ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου τὸ ἀναντλοῦν ταῦτα*, Cod. Vat.) Chrysostomus, [in Nicetae Catena Patrum Graecorum a Pat. Junio edita, p. 340.] *Ὁ μέντοι Θεοδοτίων ἐκδοὺς, Ὁ ἀγχιστεύς μου ζῇ, καὶ ἔσχατον ἐπὶ χώματος ἀναστήσει, πείθει συνάπτειν τοὺς δύο στίχους, καὶ οὕτως ἀναγινώσκειν· Οἶδα γὰρ, ὅτι ἀένναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων ἐπὶ γής, ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου τὸ ἀναντλοῦν ταῦτα.....* Vulgat. Scio enim quod Redemptor meus vivit,

magnificentiam abunde nobis patefaciat? Dicit enim alicubi: *Suscitabis me, et confitebor tibi*: et, *Dormivi* Ps. iii. 5. *et soporatus sum, surrexi, quia tu mecum es.* Et rursus Job dicit: *Et carnem hanc meam resuscitabis,* Job. xix. 26. *quae omnia haec passa est.*

XXVII. Hac igitur spe mentes nostrae et cogitationes firmiter adhaereant ei, qui fidelis est in promissionibus et justus in judiciis: qui mentiri vetuit, multo minus ipse mentietur; nihil enim Deo impos- Heb. vi. 18. Tit. i. 2. sibile, praeterquam mentiri. Exsuscitetur in nobis fides ejus, et quod omnia ipsi propinqua sint consideremus: in verbo magnificentiae suae constituit omnia, et in verbo potest omnia funditus evertere.

et in novissimo die de terra surrecturus sum; et rursus circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum.—WOTT. De hoc loco Jobi, confer Hieronymum, 'Nullus 'tam aperte, post Christum, 'quam iste ante Christum de 'resurrectione loquitur.' &c. Lib. c. Joan. Hierosol. §. 29. Opp. ii. p. 438. ed. Vallars.

5. σάρκα] ΣΑΡΚΑΝ Cod. MS.

15. Τίς ἐρεῖ αὐτῷ, κ. τ. λ.] In Prologo ad Lib. Sapientiae, 'Quidam,' inquit Hieronymus, 'id Philoni seniori tribuunt;' in Prol. vero ad libros Salomonis: 'Secundus (nempe liber 'qui Salomonis nomen praefert) 'apud Hebraeos nusquam est. 'Quin et ipse stylus Graecam 'eloquentiam redolet; et non'nulli Scriptorum veterum 'hunc esse Judaei Philonis ad'firmant.' Quod adtinet ad Graecam eloquentiam, nunc quidem non adgrediar expendere quam proxime accedat ad stylum Philonis; sed quaecunque sit, non ideo sequeretur nunquam librum illum extitisse Hebraice, quamvis ante tempora Hieronymi amissus fuisset. Occasio ejus jacturae potuit esse haec ipsa versio, ab Hellenista, aut Judaeo Alexandrino confecta; quem nihil vetat esse ipsum Philonem, eumque hanc edidisse, multos annos ante tempus quo Clemens Epistolam ad Corinthios dedit. Ut libere dicam quod sentio, cur Clemens, hoc loco, non adluserit ad Is. xlv. 9. quod et scriptorem Sapientiae fecisse verisimile est? Nam ante haec verba, non videmus γέγραπται, aut λέγει που, aut simile quid; qualia usitata sunt Clementi, ubi Scripturae auctoritatem profert, non ubi ad locum simpliciter adludit. Annon etiam cogitare potuit de verbis magistri sui, Rom. ix. 19, 20. Verbis ποιέω et ἀνθίστημι aeque utitur Paulus ac auctor Sapi-

"τί ἐποίησας; ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κράτει τῆς "ἰσχύος αὐτοῦ;" ὅτε θέλει, καὶ ὡς θέλει, ποιήσει πάντα, καὶ οὐδὲν μὴ παρέλθῃ τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. Πάντα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσι, καὶ οὐδὲν λέληθεν τὴν βουλὴν αὐτοῦ. "Εἰ οἱ οὐρανοὶ διη-"γοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ "ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· ἡ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύ-"γεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν· καὶ "οὐκ εἰσὶ λόγοι οὐδὲ λαλιαὶ, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ "φωναὶ αὐτῶν."

Deus timendus, cujus judiciis nemo se subducere valet.

ΚΗ'. Πάντων οὖν βλεπομένων καὶ ἀκουομένων, φοβηθῶμεν αὐτὸν, καὶ ἀπολείπωμεν φαύλων ἔργων μιαρὰς ἐπιθυμίας, ἵνα τῷ ἐλέει αὐτοῦ σκεπασθῶμεν ἀπὸ τῶν μελλόντων κριμάτων. Ποῦ γάρ τις ἡμῶν δύναται φυγεῖν ἀπὸ τῆς κραταιᾶς χειρὸς αὐτοῦ; ποῖος δὲ κόσμος δέξεταί τινα τῶν αὐτομολούντων ἀπ' αὐτοῦ; λέγει γάρ που τὸ γραφεῖον, "Ποῦ ἀφήξω,

entiae; nec Clemens in verbis quibus utitur, unum, potius quam alterum, imitatus est. Eadem de ratione, ob quam hic citasse *Sapientiam Salomonis* dicitur, possem etiam contendere, mutuatum esse Paulum ex eodem libro, cap. xv. 7. exemplum figuli et luti. Sed credimus eum potius respexisse ad Isaiae locum citatum, vel ad Jer. xviii. 6. Quid si Clemens animi sensa expressit ejus scriptoris verbis? Ea non profert, ut locum Scripturae, magis quam Paulus senarium Menandri. GUL. BURTON.

2. ποιήσει πάντα] Ita Cod. MS. uti monuerunt Millius et Wotton. non ἐποίησεν quod dederat Junius, quem secuti sunt Edd. omnes praeter Gallandium. Freyius quidem in notis monet lectionem MSti sine causa in editionibus mutatam fuisse, et vocem futuri temporis melius cum seq. καὶ οὐδὲν μὴ παρέλθῃ convenire. Cf. S. Matt. v. 18. ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου. Wottonus contra Fello et Colomesio adsentitur restituentibus παρῆλθε, ni forte inseramus ὥστε, et legamus: Ὅτε θέλει καὶ ὡς θέλει ποιήσει πάντα, ὥστε καὶ οὐδὲν μὴ παρέλθῃ [vel παρελθεῖν] τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ.

5. Εἰ οἱ οὐρανοὶ] Abest εἰ e LXX Intt. quod mox rursus inserendum ante ἡ ἡμέρα putant Colomesius et Cotelerius. Davisius mallet, Καὶ οἱ οὐρανοί.

Quis dicet ei, quid fecisti? vel, quis fortitudinis Sap. xi. 22.
ejus robori resistet? Quando et quemadmodum xii. 12.
vult, omnia faciet, neque quicquam ab eo semel Matt. xxiv.
decretum, infectum praeteribit. Omnia coram ipso 35.
sunt, nihilque consilium ejus latuit. *Si coeli enar-* Ps. xix.
rant gloriam Dei, opera autem manuum ejus annun- 1—3.
tiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, et nox noctu indicat scientiam. Non sunt loquelae, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.

XXVIII. Cum omnia igitur ejus oculis et auribus pateant, metuamus eum, et impuras concupiscentias pravorum operum deseramus, ut a futuro judicio ejus misericordia tegamur. Quonam enim quis nostrum a potente ejus manu fugere potest? Quis mundus ab eo desciscentem et transfugam recipiet? Dicit enim alicubi Scriptura: *Quo fugiam,* Ps. cxxxix. 7—11.

8. καὶ οὐκ εἰσὶ λόγοι] i. e. *Et non sunt sermones obscuri et verba submissa, quae non intelligantur.* Ita post Eusebium eximius Paraphrastes Lud. Ferrand. COLOM. καὶ non habetur a LXX Intt. qui alio ordine haec verba exhibent, οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι.

11. ἀκουομένων] Subauditur ὑπ' αὐτοῦ. BOIS.

13. σκεπασθῶμεν] Ita cum Cod. MS. Wotton. Russel. Galland. et Schoenemann. Caeteri σκεπάσωμεν exhibent cum Junio, qui veram lectionem tanquam conjecturam margini apposuit. Clerici editio altera, Amstelaed. 1724. praebet σκεπάωμεν, ex incuria proculdubio typothetarum.

14. Ποῦ—φυγεῖν] Junius, Fell. et Colom. mallent Ποῖ. Edd. omnes ante Wottonum φεύγειν.

16. αὐτομολούντων] Plato in Phaed. §. 16. ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ' ἀποδιδράσκειν.

17. τὸ γραφεῖον] Recte γραφείου nomine Psalterium donatur; quandoquidem, ut discimus ex S. Hieronymo, in Prologo galeato, ac in Praefatione ad Danielem, distribuuntur Scripturae Test. Vet. in νομοθεσίαν seu νόμον, προφήτας, et γραφεῖα: in libros Mosis seu Legem, Prophetas, et Hagiographa; contineturque in tertio ordine liber Davidis. Certe Lucae xxiv. 44. Psalmos distinctos habes a Lege et Prophetis. Ac sentiunt cum Evangelista praestantissimi Judaei, Philo et Josephus; ille libro de Vita Contemplativa, post initium p. 893. hic Lib. I. c. Apionem,

"καὶ ποῦ κρυβήσομαι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου; ἐὰν "ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ εἶ ἐκεῖ· ἐὰν ἀπέλθω εἰς "τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, ἐκεῖ ἡ δεξιά σου· ἐὰν κατα-"στρώσω εἰς τὰς ἀβύσσους, ἐκεῖ τὸ Πνεῦμά σου." Ποῖ οὖν τις ἀπέλθῃ, ἢ ποῦ ἀποδράσῃ, ἀπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐμπεριέχοντος;

Deus nos peculiariter sibi elegit.

ΚΘ΄. Προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι ψυχῆς, ἁγνὰς καὶ ἀμιάντους χεῖρας αἴροντες πρὸς αὐτὸν, ἀγαπῶντες τὸν ἐπιεικῆ καὶ εὔσπλαγχνον Πατέρα ἡμῶν, ὃς ἐκλογῆς μέρος ἐποίησεν ἑαυτῷ. Οὕτω γὰρ γέγραπται, "Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς "διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ

post initium similiter p. 1036. [§. 8. tom. ii. p. 441. ed. Havèrcamp.] Interdum tamen cum γραφείοις et ἁγιογράφοις non numerantur Psalmi juxta alias Scripturae divisiones; nimirum ab Epiphanio, Lib. de Mensuris et Ponderibus §. 4. [Opp. tom. ii. p. 162. ed. Petav. πέντε γὰρ στιχήρεις, ἡ τοῦ Ἰὼβ βίβλος, εἶτα τὸ Ψαλτήριον, Παροιμίαι Σαλομῶντος, Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα ᾀσμάτων· εἶτα ἄλλη πεντάτευχος τὰ καλούμενα γραφεῖα κ. τ. λ.] illiusque exscriptore Damasceno, Cassiodoro, et Hieronymo in Praefationibus ad Tobiam et Judith; in quibus hic tradit eadem duo volumina ab Hebraeis de catalogo Divinarum Scripturarum secari, atque legi inter Hagiographa, quorum auctoritas ad roborandа illa quae in contentionem veniunt minus idonea judicatur. Quo fit, ut duplicis generis Hagiographa habuisse dicendi sint Hebraei, majoris videlicet, ac minoris auctoritatis, atque in prioribus dumtaxat cum Sacris Scripturis posuisse Psalmos. Nec miraberis diversam acceptionem, auctoritatemque Hagiographorum, postquam insignia ista de Canonicis libris legeris apud B. Augustinum, ii. 8. [Opp. tom. iii. p. 18. ed. Ben.] de Doctrina Christiana. COTEL. Lectionem γραφεῖον nonnullis suspectam alii viri docti tuentur. His accedat Simonius, qui eamdem illustrat in Bibl. Chois. i. 273. et in Critiq. de la Bibl. Dupin, iii. 70. iterumque hac de re agit, p. 33. Respons. ad Vossium, qui immerito existimavit vocem γραφεῖον ab Aquila fuisse confictam. GALLAND. Sic ap. Epiphanium, καὶ τὰ Γραφεῖα λεγόμενα, φημὶ δὲ τὰ Στιχήρη, καὶ αἱ Βασιλεῖαι, καὶ Παραλειπόμενα, καὶ Αἰσθὴρ, κ. τ. λ. Haer. xxix. 7. I. p. 122. D. ed. Petav.

ib. Ποῦ ἀφήξω κ. τ. λ.] Paullo aliter legimus apud LXX Intt. quibuscum paene in singulis consentit tum Hebraeus Textus,

et ubi a facie tua occultabor? si ascendero in coelum, tu illic es; si ad terrae extrema abiero, dextra tua illic; si stratum posuero in abysso, illic est Spiritus tuus. Quo igitur abibit quispiam, vel quo aufugiet, ab eo qui omnia complectitur?

XXIX. Accedamus ergo ad eum in sanctitate animae, castas et impollutas manus elevantes ad illum, diligentes benignum et misericordem Patrem nostrum, qui nos electionis partem sibi fecit. Sic enim scriptum est: *Quando dividebat Altissimus gentes, quando disseminavit filios Adam, constituit* 1 Tim. ii. 8. Deut. xxxii. 8, 9.

tum caeterae versiones omnes. Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ εἶ ἐκεῖ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν Ἅδην, πάρει· ἐὰν ἀναλάβω τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης, καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξία σου. Haec a Clemente compendiosius dicuntur, sive ea memoriter citarit, ad sensum non ad verba attendens, sive ea in compendium redegerit. Clemens Alexandrinus in his citandis propius accedit ad Romanum quam ad LXX Intt. [Strom. iv. 22. p. 625. ed. Potter.] WOTT. Pro ἀφήξω Junius, Fellus, Colomesius, mallent ἀφίξομαι: Boisius φεύξομαι. Vocem ἀφήκειν usurpat Plato de Republica vii. 12. quem locum indicavit Millius.

3. καταστρώσω] LXX. καταβῶ. Optime expressit Clemens vim verbi Hebraici; neque enim semper ille sequitur versionem LXX Intt. sed interdum vel suam vel aliorum Hebraice doctorum praefert. BOISIUS.

5. Ποῖ οὖν τις] Ita Cod. MStus, non Ποῦ uti Clericus.

8. ἁγνὰς καὶ ἀμιάντους χεῖρας] Imitatur S. Paulum in priore ad Timotheum Epistola, ii. 8.

10. ὃς ἐκλογῆς] Junius, Fellus, Colom. et Cotel. mallent ὃς ἡμᾶς ἐκλογῆς, Boisius ὃς ἡμᾶς, vel τὰ ἔθνη, quod probat Wottonus propter ea quae sequuntur citata e Deuteronomio. οὓς ἐκλογῆς potius rescribendum esse putat Davisius, ut ad vocem ἡμῶν referatur. Davisium sequuntur Gallandius et Schoemannus. Irenaeus, I. vi. 4. p. 31. ed. Massuet. ἑαυτοὺς δὲ ὑπερυψοῦσι, τελείους ἀποκαλοῦντες, καὶ σπέρματα ἐκλογῆς.

11. Ὅτε διεμέριζεν] Ita Wott. Russ. Gall. Schoenem. cum Cod. MSto et LXX Intt. Caeteri Edd. διεμέρισεν. Mox pro vera lectione ὡς διέσπειρεν, quam margini tanquam conjecturam apposuit Junius, libb. impr. plerique ὡς δὲ ἔσπειρεν.

12. κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ.] Ita legimus apud LXX Intt. at aliter habetur a Textu Hebraeo, viz. *Secundum numerum filiorum Israel.* Ita Vulgat. caeteraeque

" ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Ἐγενήθη μερὶς Κυρίου
" λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ
" Ἰσραήλ." Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει, " Ἰδοὺ
" Κύριος λαμβάνει ἑαυτῷ ἔθνος ἐκ μέσου ἐθνῶν,
" ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ
" τῆς ἅλω, καὶ ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ ἔθνους ἐκείνου
" ἅγια ἁγίων.'

Ut pars ac sors Dei, quae ipsum deceant, sectemur.

Λʹ. Ἁγίου οὖν μερὶς ὑπάρχοντες, ποιήσωμεν τὰ τοῦ ἁγιασμοῦ πάντα, φεύγοντες καταλαλιὰς, μιαράς τε καὶ †ἁγνοὺς† συμπλοκὰς, μέθας τε καὶ νεωτερισμοὺς, καὶ βδελυκτὰς ἐπιθυμίας, μυσαρὰν μοιχείαν, βδελυκτὴν ὑπερηφανίαν· "Θεὸς γάρ," φησίν, "ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι "χάριν." Κολληθῶμεν οὖν ἐκείνοις οἷς ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δέδοται· ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν ταπεινοφρονοῦντες, ἐγκρατευόμενοι, ἀπὸ παντὸς ψιθυρισμοῦ καὶ καταλαλιᾶς πόρρω ἑαυτοὺς ποιοῦντες, ἔργοις δικαιούμενοι καὶ μὴ λόγοις· λέγει γάρ, "Ὁ

versiones omnes, necnon Textus Samaritanus. Aquila, εἰς ψῆφον υἱῶν Ἰσραήλ. Theod. et Symmach. κατὰ ἀριθμὸν υἱῶν Ἰσραήλ. Legit Novatianus cum LXX., secutus, quod verisimillimum videtur, versionem Italicam: 'Cum disseminaret filios Adam, statuit fines gentium juxta numerum Angelorum Dei.' S. Hieronymus, Comment. in Mich. lib. ii. c. 6. [Opp. tom. vi. p. 500. ed. Vallars.] '*Et judicio contende adversus montes,* quos non alios significari puto quam Angelos, quibus rerum humanarum commissa est procuratio, Deuteronomio in id ipsum congruente; *Cum divideret Excelsus gentes, cum disseminaret filios Adam, constituit terminos terrae secundum numerum Angelorum Dei.*' WOTT. Edd. ante Wottonum omittunt Θεοῦ, ex incuria typothetarum, uti videtur; nam Junii versio exhibet *Angelorum Dei.*

5. ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος] Recte observavit Freyius hunc locum Clementem efformasse tum ex Num. xviii. 27. tum ex II Paral. xxxi. 14. ut sensus sit, Deus sibi ex reliquis hominibus separavit nos, et fecit ἐκλογῆς μέρος, ut ex area decerpitur ἡ ἀπάρχη Deo sacra, quae fit ἅγια ἁγίων. GALLAND.

terminos gentium, secundum numerum Angelorum Dei. Et factus est pars Domini populus ejus Jacob, funiculus haereditatis ejus Israel. Et in alio loco dicit: *Ecce Dominus tollit sibi gentem e medio gentium, prout homo primitias areae suae accipit, et ex gente illa sancta sanctorum egredientur.* Deut. iv. 34. vii. 6. xiv. 2. Ezech. xlviii. 8, 14, 18.

XXX. Cum igitur portio Sancti simus, faciamus omnia quae ad sanctitatem pertinent, obtrectationes devitantes, scelestos et incestos complexus, ebrietates, insolentias, concupiscentias abominandas, detestandum adulterium, exsecrabilem superbiam. *Deus enim,* inquit, *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Adglutinemur igitur eis quibus gratia a Deo concessa est, concordiam cum animi modestia induamus, continentiae dono instructi, susurrationem omnem et obtrectationem procul devitantes, operibus non autem verbis justificati. Dicit enim: Prov. iii. 34. xxix. 23. Jac. iv. 6. 1 Pet. v. 5.

8. Ἁγίου οὖν] Cod. MStus exhibet ΑΓΙΟΥΝ, literis ΟΥ a manu recentiori super ΙΟ adpictis.

10. †ἀγνοὺς† συμπλοκὰς] Legendum est proculdubio vel cum Junio ἀνάγνους, vel cum Colomesio λάγνους. Malim vero ἀνάγνους, utpote apud Ecclesiasticos usitatius. Utitur sane voce λαγνείᾳ S. Chrysostomus cum μέθῃ conjuncta, Homil. xxiii. in I Ep. ad Cor. [Opp. tom. x. p. 201. ed. Ben.] Eadem voce, [Paedag. ii. § 10. p. 223. ed. Potter.] necnon adjectivo λάγνος [p. 222. ibid.] utitur Clemens Alexandrinus. WOTT.

12. Θεὸς γάρ, φησίν] Citantur haec ex Proverbiis, ubi legimus ὁ Κύριος ἀντιτάσσεται. Eadem citantur a S. Jacobo iv. 6, et a S. Petro Ep. I. v. 5. apud utrumque horum legimus Θεός, sicut a Clemente exhibetur. WOTT.

15. ἐνδυσώμεθα] Hermas, Past. III. ix. 28. 'Felices ergo vos 'quicunque....*indueritis* inno-'centiam.'

16. ἐγκρατευόμενοι] Junius et Fellus malunt καὶ ἐγκρατευόμενοι. Wottonus hujus loci interpunctionem incautus ita positam voluit, ἐγκρατευόμενοι ἀπὸ παντὸς ψιθυρισμοῦ, καὶ καταλαλιᾶς πόρρω ἑαυτοὺς ποιοῦντες.

18. ἔργοις δικαιούμενοι] Frustra B. Apostolis Paulo et Jacobo pugna in doctrina de Justificatione objicitur; cum videamus eandem ἐναντιοφάνειαν in uno eodemque homine, qui iisdem vixit temporibus. Clare hic Clemens justificationem ex o-

"τὰ πολλὰ λέγων καὶ ἀντακούσεται· ἢ ὁ εὔλαλος "οἴεται εἶναι δίκαιος; εὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς "ὀλιγόβιος. Μὴ πολὺς ἐν ῥήμασιν γίνου." Ὁ ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν Θεῷ, καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν· αὐτεπαινετοὺς γὰρ μισεῖ ὁ Θεός. Ἡ μαρτυρία τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἡμῶν διδόσθω ὑπ' ἄλλων, καθὼς ἐδόθη τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις. Θράσος καὶ αὐθάδεια καὶ τόλμα, τοῖς κατηραμένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, καὶ πραΰτης, παρὰ τοῖς εὐλογημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

Quomodo benedictionem divinam consequamur, exemplo Abrahami et Jacobi docet.

ΛΑ'. Κολληθῶμεν οὖν τῇ εὐλογίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἴδωμεν τίνες αἱ ὁδοὶ τῆς εὐλογίας· ἀνατυλίξωμεν τὰ ἀπ' ἀρχῆς γενόμενα. Τίνος χάριν ηὐλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ; οὐχὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας; Ἰσαὰκ μετὰ πεποιθήσ[εως γινώ]-

peribus urget; et tamen idem mox sequente §. 32. omnem operibus nostris, sapientiae, pietati vim justificandi detrahit, solique fidei eam tribuit: nempe non ad nostrarum Scholarum formulas et subtilitates orationem tum composuere Sancti Viri. Planum est, cum adimit Clemens operibus justificandi vim, opera intelligi propria industria, viribus propriis, ad ductum sapientiae humanae absque gratia Evangelica edita; rursus, cum operibus justificationem attribuit, intelliguntur opera, ex fide, ex gratia Evangelica edita, per quae omnis gloriatio et meritum excluduntur, ita ut haec opera vel in ipsa fide includantur, vel ab ea saltem nullo modo separari queant. FREY.

1. Ὁ τὰ πολλὰ κ. τ. λ.] Sic apud LXX. At aliter Textus Hebraeus, *Nunquid multitudini verborum non respondebitur, et num vir labiorum justificabitur? Nugae tuae homines tacere facient?* Versio Vulgat. *Nunquid qui multa loquitur non et audiet? aut vir verbosus justificabitur? Tibi soli tacebunt homines?* WOTT.

2. γεννητὸς] Ita Junius, Fell. Wott. Coust. Gall. Hornem. Hefel. cum Cod. MSto et LXX Intt. Colomesius, Cotelerius, et Russelius exhibent γενητός. Cf. Ignat. ad Eph. §. 7.

3. Ὁ ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν Θεῷ] Ita Cod. MStus. Junius mavult ἐκ Θεοῦ, propter sequentia καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν. Junio adstipulatur Wottonus, qui confert Rom. ii. 29. οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ. Wottonum sequitur Gallandius.

Qui multa dicit, et vicissim audiet; aut etiam eloquens Job. xi. 2, 3.
putat se esse justum? Benedictus natus mulieris, brevis vitae: ne multus sis in verbis. Sit laus nostra a Deo, et non a nobis ipsis; Deus enim suarum 1 Cor. iv. 5.
laudum praecones odio habet. Testimonium bona- 2 Cor. x. 18.
rum nostrarum actionum ab aliis nobis exhibeatur, Prov. xxvii. 2.
sicut patribus nostris qui justi erant exhibitum est. Temeritas, arrogantia, et audacia, maledictis a Deo; moderatio vero, humilitas, et mansuetudo, illis qui a Deo benedicti sunt.

XXXI. Ejus igitur benedictioni firmiter adhaereamus, et quaenam sint benedictionis viae, videamus; revolvamus diligenter quae ab initio facta sunt. Cujus gratia Abraham pater noster benedic- Jac. ii. 21.
tus fuit? nonne quia justitiam et veritatem per Gen. xxii.
fidem operatus est? Isaac cum confidentia futurum

7. ἐδόθη] Cod. MS. ΕΔΕΗΘΗ. Vid. Tab. I. lithographicam.

8. τοῖς κατηραμένοις] Junius et Boisius legendum putant παρὰ τοῖς, ut eadem sit constructio in priore ac in posteriore membro sententiae: sed nihil muto; quum eadem phraseως mutatio subinde occurrat in N. Testamento, ad cujus stylum et phraseologiam proxime accedit Clemens. WOTT.

13. ηὐλογήθη] Ita Cod. MStus, sicut etiam infra §. 33. ηὐλόγησεν. Libb. impr., praeter Wotton. Schoenemann. et Hefelium, εὐλογήθη.

15. Ἰσαὰκ μετὰ πεποιθήσ[εως γινώ]σκων κ. τ. λ.] Ex quibus arcanis libris hoc hauserit Clemens equidem plane nescio. Imo contrarium liquido patet ex Gen. xxii. 7, &c. et Isaaci fides ob aliam causam laudatur, Heb. xi. 20. DAVIS. Quum tamen ne minimam quidem objecisse remoram, aut vel suspirium aut querelam emisisse, legatur, haud inepte concluditur prompto paratoque animo μετὰ πεποιθήσεως καὶ ἡδέως voluntati Dei se subjecisse, fatumque obiisse. Ita sane rem intellexit Fl. Josephus, qui in Antiq. I. [xiii. §§. 3, 4.] longam et sapientem patri orationem, filio responsionem sese dignam ex re ipsa attribuit, affirmatque Isaacum τοὺς λόγους patris excepisse πρὸς ἡδονήν, quemadmodum Clemens hic ἡδέως, atque ita alacriter ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸν βωμὸν καὶ τὴν σφαγήν. Eodem vel haud absimili modo alii antiqui Hebraei rem ceperunt, ut in *Tanchuma* et *Rabbot* ad hanc *Parascham* legere est, nisi quod paullo citius hoc Isaaco innotuisse volunt...Nec quidquam a verisimilitudine remotum con-

σκων τὸ μέλλον, ἡδέ[ως ἐγένε]το θυσία. Ἰακὼβ μετὰ ταπεινοφρ[οσύνης] ἐξεχώρησεν τῆς γῆς αὐ[τοῦ δι' ἀδελ]φὸν, καὶ ἐπορεύθη πρὸς [Λαβὰν], καὶ ἐδούλευσεν· καὶ ἐδόθ[η αὐτῷ] τὸ δωδεκάσκηπτρον τοῦ [Ἰσραήλ].

Gratia Divina et fide justificamur.

ΛΒ'. [Εἴ] *τις καθ' ἓν ἕκαστον εἰλικρι[νῶς] κατανοήσῃ, ἐπιγνώσεται [τὰ με]γαλεῖα τῶν ὑπ' αὐτοῦ δεδομέ[νων] δωρεῶν.* Ἐξ *αὐτῶν γὰρ ἱερεῖ[ς] καὶ λευῖται πάντες οἱ λειτουργ[οῦν]τες τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ* Θεοῦ· *ἐξ αὐτοῦ ὁ* Κύριος Ἰησοῦς *τὸ κατὰ σάρκα· ἐξ αὐτοῦ βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες, καὶ ἡγούμενοι, κατὰ τὸν* Ἰούδαν· *τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα αὐτοῦ οὐκ ἐν μικρᾷ δόξῃ ὑπάρχουσιν, ὡς ἐπαγγειλαμένου τοῦ* Θεοῦ, *ὅτι "ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ."* Πάντες *οὖν ἐδοξάσθησαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν, οὐ δι' αὐτῶν, ἢ τῶν ἔργων αὐτῶν, ἢ τῆς δικαιοπραγίας ἧς κατειργάσαντο, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος αὐτοῦ.* Καὶ *ἡμεῖς οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν* Χριστῷ Ἰησοῦ *κληθέντες, οὐ δι' ἑαυτῶν δικαιούμεθα, οὐδὲ διὰ τῆς*

tinetur in illis Clementis verbis γινώσκων τὸ μέλλον: quidni enim Isaacus, qui ignorare non potuit se esse *filium promissionis* et haeredem gratiae, Gen. xvii. 21. promissionibus Dei bona spe fretus, sese fidenter providentiae voluntatique Numinis committere potuit? immo quid obstat quin eodem modo ratiocinari potuerit quemadmodum parens ejus, λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατὸς ὁ Θεός. Heb. xi. 19.? FREY.

2. αὐ[τοῦ δι' ἀδελ]φὸν] Edd. exhibent αὐ[τοῦ φεύγων ἀδελ]φόν. Supplementum scilicet tredecim literarum. At lacuna haec minor est quam ea quae proxime antecedit, ubi sex tantum desiderantur.

4. τὸ δωδεκάσκηπτρον] Hoc est τὸ δωδεκάφυλον, σκῆπτρον enim pro φυλῇ sumitur, ut I Reg. xi. 31. [35.] JUNIUS.—Sic apud Hebraeos שבט utrumque, et sceptrum et tribum, denotat. Datum est Jacobo, ut pater esset duodecim Patriarcharum, qui totidem quasi sceptra gerebant in republica Israelis. BOIS. Cf. §. 32. τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα. Infra §. 55. Clemens noster habet τὸ δωδε-

dignoscens, placide factus est sacrificium. Jacob in Gen. xxviii. xxix.
humilitate a fratre fugiens, terram suam deseruit,
et profectus est ad Laban, illique inservivit, et datae sunt ei duodecim tribus Israelis.

XXXII. Si quis particulatim singula vere et accurate consideraverit, donorum, quae per eum concessa sunt, magnificentiam intelliget. Ab illo enim sacerdotes omnes et Levitae, qui altari Domini inserviunt, ab illo Dominus Jesus secundum carnem, Rom. ix. 5.
ab illo reges, principes, et gubernatores ex familia et sanguine Judae, originem traxerunt. Nec reliquae ejus tribus in parvo honore sunt, promittente scilicet Domino, *Erit semen tuum tanquam stellae* Gen. xxii. 17.
coeli. Omnes igitur glorificati et magnificati sunt,
non per seipsos, aut eorum opera, aut justas actiones quas patrarunt, sed per voluntatem ejus. Sic et nos ex voluntate ejus in Christo Jesu vocati non per nos

κάφυλον τοῦ Ἰσραήλ. Exempla hujus vocis σκῆπτρον in eodem sensu positae praebent LXX Intt. I Sam. ix. 21. I Reg. viii. 16. xi. 13. 31. et Symmachus Ps. lxxiii. 3. habet σκῆπτρον ubi alii φυλὴν habent, quae indicat Schleusnerus in voc. Ruchatus conferri jubet Testam. xii. Patriarcharum, Dan, 1. ἵνα μὴ λυθῶσι δύο σκῆπτρα ἐν Ἰσραήλ. et Nephtali, 5. Ἀσσύριοι, Μῆδοι ... κληρονομήσουσιν αἰχμαλωσίᾳ τὰ ιβ′ σκῆπτρα τοῦ Ἰσραήλ.

7. [τὰ με]γαλεῖα] "Magnalia "Dei." Hermas, Past. I. iv. 2. III. x. 2, 4.

8. Ἐξ αὐτῶν] Ita Cod. MS. Libb. impr. Ἐξ αὐτοῦ, quam lectionem mallet Wottonus. At commode satis ad δωρεῶν referri potest αὐτῶν.

11. κατὰ τὸν Ἰούδαν] *secundum Judam.* Vertit Cotel. *propter Judam.* Alii vero Interpretes, *ex familia et sanguine Judae.* Declarat Clemens reges, principes, ac duces originem habuisse ex Jacob, secundum tribum Judae. COUST.

18. Καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ] De hoc loco S. Patris ita disserit Bullus, Harmon. Apost. Diss. Post. cap. xii. §. 27. 'Nimirum cum Paulus Abrahamum ejusque filios fide sola sine operibus justificari contendit, ejusmodi tantum opera (si Clementi interpreti credimus) excludit, quae ex propria hominis sapientia, intelligentia, pietate, sanctitate, h. e. ex libero ejus arbitrio, gratia Christi destituto profluunt. Ac sane opera quae ex fide gratiaque proficiscuntur,

ἡμετέρας σοφίας, ἢ συνέσεως, ἢ εὐσεβείας, ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας· ἀλλὰ διὰ τῆς πίστ[ε]ως, δι' ἧς πάντας τοῦ ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν· ᾧ ἔστω ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Nec tamen charitas et bona opera sunt derelinquenda, exemplo Dei proposito.

ΛΓ'. Τί οὖν ποιήσωμεν, ἀδελφοί; ἀργήσωμεν ἀπὸ τῆς ἀγαθοποιία[ς], καὶ ἐγκαταλείπωμεν τὴν ἀγάπη[ν]; μηθαμῶς τοῦτο ἐάσαι ὁ Δεσπότ[ης] ἐφ' ἡμῖν γε γενηθῆναι· ἀλλὰ σπεύσωμεν μετὰ ἐκτενεία[ς] καὶ προθυμίας πᾶν ἔργον ἀγαθ[ὸν] ἐπιτελεῖν. Αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργὸς καὶ Δ[εσπό]της τῶν ἁπάντων ἐπὶ τοῖς ἔρ[γοις] αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται. Τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐτ[οῦ] κράτει οὐρανοὺς ἐστήρισε[ν], καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ συ[νέσει διεκόσ]μησεν αὐτούς· γῆν τε [διεχώρ]ισεν ἀπὸ τοῦ περιέχον[τος

'a justificatione non excludi 'per Christi Evangelium, non 'uno in loco nos docet vir 'idem apostolicus,' &c.

1. ἡμετέρας] ΗΜΕΡΑΣ Cod. MStus.

3. πάντας τοῦ ἀπ' αἰῶνος] Hanc MSti lectionem exhibent Gallandius et Schoenemannus. Caeteri πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος...

4. ᾧ ἔστω ἡ δόξα] Ita cum MSto Wotton. Russel. Galland. Caeteri articulum non agnoscunt.

6. Τί οὖν ποιήσωμεν, ἀδελφοί;] In Codice quodam Bibliothecae Vaticanae, e quo Leontii et Joannis Sacrarum Rerum Librum edidit, Maius hujus capitis partem exstare testatur, Script. Vett. Nov. Collection. tom. vii. p. 84. Equidem satis mirari non possum, quid causae fuerit, quare vir ille doctissimus totum non exscripserit nobis locum, praesertim quum lectione a textu Cotelerii necnon a Damasceni Parall. variare fassus sit.

ib. ἀργήσωμεν] Hanc veram MSti lectionem primus restituit Wottonus. Caeteri ἀργάσωμεν. Fell. et Colom. cum Junio mallent ποιήσομεν vel ἀργήσομεν, et mox ἐγκαταλείψομεν. Cotelerius quidem ἀργήσωμεν e conjectura margini apposuit.

8. μηθαμῶς] Ita Cod. MStus, non μηδαμῶς uti in libris impressis.

ib. ἐφ' ἡμῖν γε γενηθῆναι] Ita Junius; et mihi quidem aoristus in hoc loco aptior esse videtur. Schoenemannus habet ἐφ' ἡμῖν γενηθῆναι. Editores vero caeteri exhibent γεγενηθῆναι, quasi praeteritum γεγενῆσθαι desiderantes.

ipsos justificamur, neque per sapientiam nostram, intelligentiam, pietatem, vel opera, quae in puritate cordis et sanctimonia operati sumus; sed per fidem, per quam omnipotens Deus omnes ab initio justificavit; cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

XXXIII. Quid igitur faciemus, fratres? cessabimus a bonis operibus, et charitatem derelinquemus? Neutiquam hoc a nobis fieri permittat Dominus, sed cum diligentia et animi alacritate, omne opus bonum peragere festinemus. Ipse enim opifex et Dominus omnium in operibus suis exsultat. Coelos enim suprema sua et maxima potentia stabilivit, illosque incomprehensibili sua sapientia ornavit, terram etiam ab aqua, quae illam ambit, separavit, et super firmum propriae voluntatis fundamentum

10. Αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργὸς] Citantur haec—non tamquam Incerti, ut habet Cotelerius, sed ut Κλήμεντος Ῥώμης,—apud Joann. Damascenum, Sacr. Parall. Lib. i. α. §. viii. Tom. ii. p. 310. ed. Le Quien. Paris. 1712. qui in nonnullis ab archetypo Alexandrino discrepat. Αὐτὸς ὁ δημιουργὸς καὶ Δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀγάλλεται· τῷ γὰρ παμμεγεστάτῳ αὐτοῦ κράτει οὐρανοὺς ἐστήριξεν, γῆν δὲ ἐχώρισεν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὴν ὕδατος, καὶ ἥδρασεν ἐπὶ τὸν ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου θελήματος θεμέλιον. Ἐπὶ τούτοις τὸν ἐξοχώτατον καὶ παμμεγεθῆ ἄνθρωπον ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ καὶ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν, τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα. Οὕτως γάρ φησιν ὁ Θεὸς, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας ἐποίησεν αὐτὰ, καὶ εὐλόγησε καὶ εἶπεν· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε.

12. ἀγαλλιᾶται.] Apud Joannem Damascenum legimus ἀγάλλεται ... παμμεγεστάτῳ. Infra tamen παμμεγεθῆ.

13. ἐστήρισε[ν] Ita Wott. et Gall. cum Cod. MS. Caeteri cum Joan. Damasc. ἐστήριξεν. Vide supra p. 54. l. 1. p. 80. l. 5.

14. συ[νέσει διεκόσ]μησεν] Ita ex Joan. Damasc. reposui cum Millio et Wottono, quos Coustant. et Galland. secuti sunt. Cod. MStus exhibet majorem partem literae Υ, et plurium literarum opus est ut expleatur lacuna haud parva quae in paginae summae angulo interiore exstat.

15. [διεχώρ]ισεν] Junius et Edd. plerique διεμέρισεν: Coust. ἐχώρισεν. Apud Joan. Damasc. γῆν δὲ ἐχώρισεν. Malo igitur διεχώρισεν, quae vox, ut monet

αὐτ]ὴν ὕδατος, καὶ ἥδρασεν [ἐπὶ τὸ]ν ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου βου[λήμα]τος θεμέλιον· τά τε ἐν αὐ[τῇ ζ]ῷα φοιτῶντα, τῇ ἑαυτοῦ [προστά]ξει ἐκέλευσεν εἶναι· θάλασ[σάν τε κ]αὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῷα προδημι[ουργή]σας, ἐνέκλεισεν τῇ ἑαυτοῦ [δυ]νάμει. Ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐξοχώτατον, [κα]ὶ παμμεγεθὲς κατὰ διάνοιαν, [ἄ]νθρωπον, ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν, τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα· οὕτως γάρ φησιν ὁ Θεὸς, "Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν "ἡμετέραν· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, "ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς." Ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας, ἐπήνεσεν αὐτὰ, καὶ ηὐλόγησεν καὶ εἶπεν, "Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε." Ἴδωμεν ὅτι τὸ ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς πάντες ἐκοσμήθησαν οἱ δίκαιοι· καὶ αὐτὸς οὖν ὁ Κύριος, ἔργοις ἑαυτὸν κοσμήσας, ἐχάρη. Ἔχοντες οὖν τοῦτον τὸν ὑπογραμμὸν, ἀόκνως προσέλθωμεν τῷ θελήματι αὐτοῦ· ἐξ ὅλης ἰσχύος ἡμῶν ἐργασώμεθα ἔργον δικαιοσύνης.

Bonis operibus magna apud Deum merces.

ΛΔ'. *Ὁ ἀγαθὸς ἐργάτης μετὰ παρρησίας λαμβάνει τὸν ἄρτον τοῦ ἔργου αὐτοῦ· ὁ νωθρὸς καὶ παρειμένος, οὐκ ἀντοφθαλμεῖ τῷ ἐργοπαρέκτῃ αὐτοῦ·*

Wottonus, perpetuo usurpatur Genes. i.

1. ἥδρασεν [ἐπὶ τὸ]ν] Junius ἥδρασεν [ὡς πύργο]ν ἀσφαλῆ. Perperam; spatium enim non est tot literarum. Colomesius conjicit θεμελίῳ. Legendum est proculdubio ἐπὶ τὸν ex Joan. Damasc. cum Wottono, Coustant. et Galland. Θεμέλιος masculino genere legitur Thucyd. i. 93. Lucian. Alex. §. 10. Calumn. §. 20.

2. τά τε ἐν αὐ]τῇ] Quae sequuntur ad τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει omisit Joan. Damasc. Sin haec omittantur, chasma est satis manifestum: adeo ut nemini constare non possit recte se habere Cod. MStum. WOTT.

4. προδημι[ουργή]σας] Scil. πρὸ τῶν ζώων γηΐνων. SANCROFT.

5. τὸ ἐξοχώτατον] τὸν ἐξοχώτατον καὶ παμμεγεθῆ ἄνθρωπον, Joan. Damascenus, qui κατὰ διάνοιαν non agnoscit.

6. κατὰ διάνοιαν] Ergo ex

firmavit; et animalia quae in illa versantur jussu suo praecepit esse. Mare etiam, et quae in illo sunt animalia cum prius creasset, potentia sua inclusit. Prae omnibus animal excellentissimum, et intellectus dignitate celsissimum, hominem, imaginis suae characterem, sacris et inculpatis manibus formavit. Sic enim dicit Deus, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et creavit Deus hominem, masculum et feminam creavit eos.* Haec igitur omnia cum perfecisset, laudavit ea, et benedixit, dixitque, *Crescite et multiplicamini.* Videamus justos omnes bonis operibus ornatos fuisse: ipse etiam Dominus cum se operibus ornasset, gavisus est. Habentes itaque hoc exemplar, ad voluntatem ejus impigre accedamus, et opus justitiae totis nostris viribus operemur.

Gen. i. 26, 27.

Gen. i. 28.

XXXIV. Bonus operarius cum fiducia panem operis sui accipit; segnis vero et remissus, operum

Clementis sententia, Dei in nobis imago est, non oris sublimitas, sed mentis celsitudo. BOIS.

7. ταῖς ἱεραῖς] ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ καὶ ἀμώμοις Joan. Damascenus.

8. οὕτως γάρ φησιν] Ita Wotton. et Schoenemann. cum Cod. MSto et Joanne Damasceno. Caeteri οὕτω.

9. κατ' εἰκόνα] Apud Joan. Damascenum κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, sicut et apud LXX.

12. ἐπῄνεσεν] ἐποίησεν Joan. Damascenus. Male.

ib. ηὐλόγησεν] Sic Cod. MStus et Joan. Damascenus. Fellus et Colomesius exhibent εὐλόγησεν. Vid. supra p. 112. l. 13.

13. Ἴδωμεν ὅτι τὸ ἐν] Junius, Fellus, et Colomesius malunt Εἴδομεν ὅτι τοῖς ἔργοις. Sed non opus est ut aliquid mutemus. WOTT. Nos probabili conjectura nixi scriberemus Ἴδωμεν τί τὸ δέον. Ἔργοις κ. τ. λ. DAVIS. Longius abest a MSto. Propius accedit Birrius, qui, levi mendo sublato, ita scribendum arbitratur, Εἴδωμεν [Εἴδομεν?] ὅτι τε ἐν ἔργοις οἱ δίκαιοι ... *Vidimus et justos...* GALLAND.

16. ὑπογραμμὸν] Vide supra §. 5. p. 28. l. 5.

17. ἐξ ὅλης] Boisius, a quo hac in re minime dissentio, vult ut legatur καὶ ante ἐξ ὅλης. WOTT.

21. αὐτοφθαλμεῖ] Sapient. Sa-

Angelorum exemplum.

δέον οὖν ἐστὶν προθύμους ἡμᾶς εἶναι εἰς ἀγαθοποιίαν· ἐξ αὐτοῦ γάρ ἐστι τὰ πάντα· προλέγει γὰρ ἡμῖν, " Ἰδοὺ ὁ Κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου " αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ." Προτρέπεται οὖν ἡμᾶς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπ' αὐτῷ, μὴ ἀργοὺς, μήτε παρειμένους εἶναι ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Τὸ καύχημα ἡμῶν καὶ ἡ παρρησία ἔστω ἐν αὐτῷ· ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι αὐτοῦ· κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, " Μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν " αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ· καὶ " ἐκέκραγον, Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος Κύριος σαβαὼθ, " πλήρης πᾶσα ἡ κτίσις τῆς δόξης αὐτοῦ." Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες τῇ συν-

lom. xii. 14. Polyb. p. 156. 1205. TOUP. in Suidam. Hanc vocem adhibent D. Lucas, Act. xxvii. 15. Συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ. S. Barnabas, §. 5. οὐκ ἰσχύουσιν εἰς ἀκτῖνας αὐτοῦ ἀντοφθαλμῆσαι.

ib. ἐργοπαρέκτῃ] Ut ἐργολάβος est, qui opus faciendum suscipit; et ἐργοδιώκτης, qui opus urget; ita ἐργοπαρέκτης est, qui opus praebet faciendum. BOIS.

2. ἐξ αὐτοῦ] i. e. τοῦ ἐργοπαρέκτου, scil. τοῦ Θεοῦ. Sic Boisius, cui accedere videtur Wottonus. GALLAND. Junius dederat, *ex hoc enim omnia sunt*. Cotelerius, Colom. *ex hoc enim omnia constant*. Hornemannus, *a Deo enim sunt pendentque omnia*.

3. Ἰδοὺ ὁ Κύριος] Citantur haec ex Esai. xl. 10. Ἰδοὺ, Κύριος, Κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρίας· ἰδοὺ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἐναντίον αὐτοῦ. Vel ex cap. lxii. 11. Ἰδοὺ ὁ Σωτήρ σοι παραγέγονεν ἔχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ. WOTT.

5. ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπ' αὐτῷ] Boisius, [innixus Prov. iii. 5.] voce nimium licenter intrusa, legebat πεποιθέναι ἐπ' αὐτῷ. At Junius, Fellus, et Colomesius rescribunt ἐπ' αὐτό. Levis quidem est mutatio, sensui vero non admodum consona. Quid igitur? Fidens repono: προτρέπεται οὖν ἡμᾶς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπὶ τὸ μὴ ἀργοὺς μηδὲ παρειμένους εἶναι. Sic clara fiunt omnia. DAVIS. Male Schoenemannus vertit, *Itaque*

distributorem non audet intueri; ad benefaciendum igitur alacres et promtos nos esse oportet; ex ipso enim omnia sunt. Praedicit enim nobis, *Ecce Dominus, et merces ejus in conspectu illius, ut reddat unicuique secundum opus suum.* Adhortando nos ad ipsum convertit toto corde, ne segnes et desides simus ad omne opus bonum. Gloriatio nostra et fiducia in eo sit; voluntati ejus subjiciamur, et multitudinem universam Angelorum ejus diligenter consideremus, quemadmodum adsistentes voluntatem ejus exsequantur. Dicit enim Scriptura, *Mille millia adstabant ei, et dena millia denum millium ministrabant ei. Et clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis creatura gloria ejus.* Ita et nos in concordia congregati in unum

Esai. xl. 10. lxii. 11. Apoc. xxii. 12.
Dan. vii. 10.
Esai. vi. 3.

ex toto corde nos hortatur ad hoc—cui adstipulantur Wakius et Chevallierius, *He warns us therefore beforehand with all his heart.* Rectius Gul. Burton, *He exhorts us with our whole heart to apply ourselves hereunto, &c.*

11. Μύριαι μυριάδες κ. τ. λ.] Inversio est prophetici contextus Dan. vii. 10. cum a LXX. convenienter archetypo redditum fuerit, χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. Consentiunt tamen cum Clemente Irenaeus, II. vii. [4. p. 124. ed. Massuet.] Gregorius Nyssenus, Homil. 8. in Ecclesiastem, et Cyrillus Alexandrinus, Epistola in Symbolum. COTEL.

14. πᾶσα ἡ κτίσις] Articulum e MSto primus restituit Wottonus. Apud LXX. legimus πᾶσα ἡ γῆ.

15. ἐπὶ τὸ αὐτὸ] Sic saepius apud N.T. Scriptores. S. Matt. xxii. 34. S. Luc. xvii. 35. Act. i. 15. ii. 1. 44. iii. 1. iv. 26. 1 Cor. xi. 20. xiv. 23. Hesych. ἐπὶ τὸ αὐτό· ὁμοῦ, εἰς τὸν αὐτὸν τόπον· quam significationem habet apud Polybium quidem passim. Alia ratione hanc dictionem usurpavit Thucydides, VI. 104. . . . αἱ ἀγγελίαι ἐφοίτων δειναὶ καὶ πᾶσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐψευσμέναι.

ib. τῇ συνειδήσει] Forte καὶ τῇ συνειδήσει, vel potius συνδήσει. JUNIUS. Forte, τῇ συνῳδίᾳ, vel ut Hesychius συνῳδείᾳ. SANCROFT. Non opus est correctione, utut phrasis sit asperiuscula; συνείδησις enim, aut τὸ συνειδὸς, nonnunquam pro συνειδήσει ἀγαθῇ sumitur: ita supra S. Clemens §. 2. μετ' ἐλέους καὶ συνειδήσεως: ita S. Chrysostomus, Hom. 53. in S.

ειδήσει, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος βοήσωμεν πρὸς αὐτὸν ἐκτενῶς, εἰς τὸ μετόχους ἡμᾶς γενέσθαι τῶν μεγάλων καὶ ἐνδόξων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ· λέγει γάρ, "Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν."

Praemii excellentiam adducit; viamque ad illud consequendum, per fidem in Christum et obedientiam evangelicam, indicat.

ΛΕ΄. Ὡς μακάρια καὶ θαυμαστὰ τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, ἀγαπητοί! ζωὴ ἐν ἀθανασίᾳ, λαμπρότης ἐν δικαιοσύνῃ, ἀλήθεια ἐν παρρησίᾳ, πίστις ἐν πεποιθήσει, ἐγκράτεια ἐν ἁγιασμῷ, καὶ ταῦτα ὑπέπιπτεν πάντα ὑπὸ τὴν διάνοιαν ἡμῶν. Τίνα οὖν ἄρα ἐστὶν τὰ ἑτοιμαζόμενα τοῖς ὑπομένουσιν; ὁ δημιουργὸς καὶ πατὴρ τῶν αἰώνων, ὁ πανάγιος, αὐτὸς γινώσκει τὴν ποσότητα καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα εὑρεθῆναι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ὑπομενόντων αὐτὸν, ὅπως μεταλάβωμεν τῶν ἐπηγγελμένων δωρεῶν.

Etquomodo ad eam perveniatur.

Πῶς δὲ ἔσται τοῦτο, ἀγαπητοί; ἐὰν ἐστηριγμένη ᾖ ἡ διάνοια ἡμῶν πίστεως πρὸς τὸν Θεὸν, ἐὰν ἐκζητῶμεν τὰ εὐάρεστα καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτῷ, ἐὰν ἐπιτελέσωμεν τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσωμεν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας, ἀπορρίψαντες ἀφ' ἑαυτῶν πᾶσαν ἀδικίαν καὶ ἀνομίαν, πλεονεξίαν, ἔρεις, κακοηθείας τε καὶ δόλους,

Matt. [§. 4. tom. vii. p. 544. ed. Bened.] εἰ γὰρ καὶ ἐν τῷ κατορθοῦν πόνον ἔχει ἡ ἀρετὴ, ἀλλὰ τὸ συνειδὸς πολλῆς πληροῖ τῆς εὐφροσύνης ..... οὐδὲν γὰρ ἥδιον συνειδότος ἀγαθοῦ, καὶ ἐλπίδος χρηστῆς. FREY.

3. Ὀφθαλμὸς οὐκ κ. τ. λ.] Haec tamquam e Bibliis petita laudat etiam Paulus. At nonnulli veteres [e. g. Origen. Tract. xxxv. §. 117. in S. Matt.] ea ἐκ τῶν Ἠλία ἀποκρύφων desumta statuerunt; quos acriter, ut solet, refellit Hieronymus, Epist. 101. [scil. edd. Vett.; Ep. 57. §. 9. ed. Vallars; Ep. 33. ed. Bened.] et ad Esaiae cap. 64. [Opp. tom. iv. p. 760. ed. Vallars.] Vide cl. I. A. Fabricium, Cod. Pseud. V. T. p. 1072. DAVIS.

conscientia, ut magnarum et gloriosarum promissionum ejus participes fiamus, tanquam uno ore impense et ardenter ad eum clamemus. Dicit enim, *Oculus* 1 Cor. ii. 9. Esai. lxiv. 4.
non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit exspectantibus eum.

XXXV. Quam beata, dilecti, et mirabilia sunt dona Dei! vita in immortalitate, splendor in justitia, veritas in libertate, fides in confidentia, temperantia in sanctitate, et haec omnia sub intellectum nostrum cadunt. Quaenam igitur sunt quae exspectantibus eum praeparantur? Sanctissimus opifex et saeculorum pater quantitatem et pulchritudinem eorum novit. Nos igitur, ut promissorum donorum participes fiamus, in numero exspectantium eum reperiri, serio contendamus. Quomodo autem hoc fiet, dilecti? Si fide in Deum cogitationes nostrae stabilitae fuerint, si grata illi et accepta diligenter quaesiverimus, si quae ad inculpatam ejus voluntatem spectant fecerimus, et viam veritatis sequuti fuerimus, abjicientes a nobis omnem injustitiam, iniquitatem, cupiditatem, contentiones, malitias, Rom. i. 29—32.
fraudes, susurrationes, obtrectationes, odium Dei, superbiam, fastum, vanam gloriam, et inhospitali-

5. ἡτοίμασεν] Ita cum Cod. MSto et B. Paulo Wotton. Galland. et Schoenemannus. Caeteri Edd. ἑτοίμασεν.

10. καὶ ταῦτα ὑπέπιπτεν] Est oppositio inter ea bona, quae in hac vita ex Dei gratia consequimur, et ea quae in altera vita expectamus. Similis ῥῆσις illi dicto S. Joann. Ep. I. iii. 2. νῦν τέκνα Θεοῦ ἐσμὲν, καὶ οὔπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα. FREY.

18. ἡ διάνοια] Deest articulus in libb. impr. ante Wottonum, neque eum agnoscunt Russelius et Hornemannus.

ib. ἡμῶν πίστεως] Junius, Boisius, Fellus, Cotelerius, et Colomesius, [quibuscum faciunt Coustantius, Schoenemannus, et Hornemannus] putant legendum esse διὰ πίστεως. Recte sane; contextus enim ratio postulat ut aut legamus πίστει aut inseramus διά. WOTT.

20. ἐπιτελέσωμεν] Ita MS. Libb. impr. inter ἐπιτελήσωμεν et ἀποτελήσωμεν oscitant.

ψιθυρισμούς τε καὶ καταλαλιὰς, θεοστυγίαν, ὑπερηφανίαν τε καὶ ἀλαζονείαν, κενοδοξίαν τε καὶ ἀφιλοξενίαν. Ταῦτα γὰρ οἱ πράσσοντες στυγητοὶ τῷ Θεῷ ὑπάρχουσιν· οὐ μόνον δὲ οἱ πράσσοντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες αὐτοῖς· λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, "Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεὸς, Ἵνα τί "σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις "τὴν διαθήκην μου ἐπὶ στόματός σου; σὺ δὲ "ἐμίσησας παιδείαν, καὶ ἐξέβαλλες τοὺς λόγους "μου εἰς τὰ ὀπίσω· εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες "αὐτῷ, καὶ μετὰ μοίχων τὴν μερίδα σου ἐτίθεις· τὸ "στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου "περιέπλεκεν δολιότητα· κ[αθ]ήμενος κατὰ τοῦ "ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς

2. κενοδοξίαν] Conjicit Birrius S. Patrem scripsisse καινοδοξίαν, et *novarum opinionum studium* notare voluisse. Conjecturam confirmat ex eo quod in MSto saepissime occurrat E pro AI positum. GALLAND. Herzogius vertit, *die eitle Ehre.* Cf. B. Paulum ad Philipp. ii. 3. Μηδὲν κατὰ ἐρίθειαν ἢ κενοδοξίαν. et Ignatium ad Magn. §. 11. ad Philad. §. 1.

ib. ἀφιλοξενίαν.] Ita proculdubio legendum pro φιλοξενίαν in MSto, uti Wottonus et Millius [not. ad Rom. i. 31.] senserunt. Junius et Fellus, quos in versione sua sequitur Chevallierius, mallent φιλοτιμίαν. Colomesius, Cotelerius, Constantius, et Schoenemannus margini apponunt tum φιλοκενίαν, quam vocem in textum admisit Hornemannus, tum ἀφιλοξενίαν. Birrio, qui ἀφιλοξενίαν respuit tamquam vocabulum prorsus novum, et φιλοδοξίαν legendum esse contendit, Gallandius respondet Cyrillum Alexandrinum habere ἀφιλοξενεῖν, Comm. in S. Johan. Lib. iii. Opp. iv. p. 284. ed. Aubert. Paris. 1638. Orellius, Select. Patt. Eccles. Capit. &c. part. i. p. 6. vel ἀφιλοξενίαν vel etiam πλεονεξίαν lectionem germanam esse putat. Herzogius, ni fallor, legebat φιλοτιμίαν, habet enim in sua versione, *die Liebe zur Eitelkeit.*

4. οὐ μόνον] In Codice MSto legimus ΟΥΜΟΝ, ex incuria librarii, qui in hoc capite describendo dormitasse videtur. Exaravit jam ΚΑΤΑΛΙΛΙΑΣ, et mox pro ἐπὶ στόματός σου, ε. σ. ΜΟΥ.

ib. οὐ μόνον δὲ οἱ πράσσοντες] Ex hoc loco constare potest S. Clementem legisse cap. i. v. 32.

tatem: qui enim haec faciunt Deo odio sunt; neque solum qui ea faciunt, sed qui eis consentiunt: dicit enim. Scriptura, *Peccatori autem dixit Deus, Quare* Ps. l. 16—23.
tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, et projecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et adversus filium matris tuae ponebas

Epistolae ad Romanos, *Ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον δὲ οἱ ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσιν.* Hanc esse veram ac genuinam lectionem optimo jure contendit Millius ad locum: 'quam quidem firmatam 'authoritate complurium Patrum, Cypriani, Epist. lxix. 'Augustini haud semel, Hieronymi, Ambrosii, Isidori Pelusiotae; exemplarium longe 'vetustissimorum ante mille 'ducentos et aliquot annos 'descriptorum, quod creditur; 'Interpretis Vulgati, Apostolorum nescio an aetate suppa'ris; ipsius denique Clementis 'S. Paulo coaevi, qui epistolam 'ad Corinthios decimo circiter 'post hanc ab Apostolo ad 'Romanos missam anno con'scripsit, ac Paulinae hujus *αὐτόγραφον* ipsum in urbe Roma 'sine dubio viderat, fideliter'que transcribendum curarat; 'lectionem, inquam, hanc vix 'est, quam ut, reclamantibus 'licet plerisque Codd. ac Com'mentariis Graecorum, ipsius 'Apostoli veram ac genuinam 'censeamus.' WOTT. Confer Colomesii Observationes Sacras, p. 136. Millio adhaeret Wetstenius in sua Novi Testamenti editione; adversatur Whitbyus in Exam. Var. Lect. II? 1. §. 1. n. 16.

9. *καὶ ἐξέβαλλες*] Ita Wottonus et Gallandius, propius ad Cod. MS. ubi ΕΞΑΒΑΛΛΕΣ legimus, quam Junius caeterique, qui *ἐξέβαλες* habent cum LXX.

10. *συνέτρεχες αὐτῷ*] Pronomen hoc exstat in Cod. MS. uti Millius jamdudum testatus est. Legitur etiam apud LXX. Attamen abest ab Edd. omnibus ante Gallandium, neque id agnoscunt Hornemannus et Hefelius.

11. *μετὰ μοίχων*] *cum adultero*, Wottonus in versione, quasi *μετὰ μοίχου* legisset cum Edd. Aldinis et Complut. et Justino Mart. in Dial. c. Tryphone. Opp. p. 122. ed. Ben.

13. *δολιότητα*] Sic Cod. MS. cum LXX. At libb. impr. ante Wottonum, necnon Hornemannus, exhibent *δολιότητας*, quam lectionem praebent Edd. Aldin. et Complut. et Justinus Martyr. l. c.

ib. *κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου*] Cod.

" μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον· τα[ῦ]τα ἐποίησας, " καὶ ἐσίγησα, ὑπέλαβες, ἄνομε, ὅτι ἔσομαί σοι " ὅμοιος· ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω σε κατὰ πρόσ- " ωπόν σου. Σύνετε δὴ ταῦτα οἱ ἐπιλανθανόμενοι " τοῦ Θεοῦ, μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων, καὶ μὴ ᾖ ὁ " ῥυόμενος· θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδὸς " ἣν δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ."

Omnis beatitudo nobis per Chri-

Λϛʹ. Αὕτη ἡ ὁδὸς, ἀγαπητοὶ, ἐν ᾗ εὕρομεν τὸ σωτήριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀρχιερέα τῶν

MStus ΤΟΥΑΔΕΛΦΟΥΣΣΟΥ, ex oscitantia librarii qui eamdem literam bis exaravit.

2. ἄνομε] Ita proculdubio legendum cum Wottono, Gallandio, et Schoenemanno, non ἀνομίαν cum caeteris libris impressis; Codex enim MStus ΑΝΟΜΑΙ praebet, ΑΙ pro Ε, ut saepius, positis. Clemens Alexandrinus, in his verbis citandis, legit ἄνομε, Stromat. iv. §. 24. qui tamen cum LXX. habet ἀνομίαν, Strom. vi. §. 14. Lectionem quam in textum admisi, confirmant, teste Wottono, Versiones Syr. Arab. et Vulgata.

3. παραστήσω σε κ. τ. λ.] Scripserant LXX. παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου. Id vero cum obscurum videretur, ex praecedentibus Psalmistae verbis, explicationis gratia, apposuit margini alius pronomen σε, alius voces τὰς ἁμαρτίας σου. Hincque postea librarii, prout libuit, aut exscripserunt sincerum textum, aut σε inseruerunt, aut subjunxerunt τὰς ἁμαρτίας σου. Clementinam lectionem amplectitur Glossa in Catena Aurea super Psalmos, et Apollinarius citatus a concinnatore alterius Catenae Aureae in 50 priores Psalmos, ubi praepostero ordine leges, *Arguam te et statuam contra te faciem tuam.* Item Eligius, Hom. 8. eamdem exhibet, ac interpretatur S. Augustinus Enarratione in Psalmum hunc, cujus interpretatio excerpta invenitur in Commentariis quae Ruffino Aquileiensi tribui solent. COTEL. τὰς ἁμαρτίας σου irrepserat in textum in Edd. Ald. et Complut. Legitur in 104 Codd. in recensione Holmesiana; atque ita laudatur hic locus a Justin. Mart. Dial. c. Tryph. §. 22. et Chrysostom. Homil. in S. Johan. 73. Tom. viii. p. 434. ed. Bened. Vetus Lat. exhibet *statuam illa.*

5. ὡς λέων] Haec verba non agnoscunt LXX Intt. Antiquissimum, ut monet Cotelerius, videtur esse glossema huc translatum a Ps. vii. 2. cujus vestigia comparent adhuc apud Augustinum, Chrysostomum, Theodoretum, et Arnobium.

6. ὁδὸς ἣν] Servant ἣν Chrysostomus, Hieronymus, Theodoretus, Catenae, et quaedam Psalteria Bibliothecae Christia-

scandalum: haec fecisti et tacui, existimasti, inique, quod ero tui similis: arguam te, et statuam te contra faciem tuam. Intelligite jam haec qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat tanquam leo, et non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter quo ostendam illi salutem Dei.

XXXVI. Haec est via, dilecti, in qua salutare nostrum Jesum Christum, oblationum nostrarum Heb. viii. 1–3. iv. 15.

nissimi regis. Exponit vero Euthymius καθ' ἣν. COTELER. Ita legimus apud LXX Intt. nisi quod pro ἣν habetur ᾗ, neque legitur articulus ante Θεοῦ. Textus Hebraeus exhibet, *Sacrificans confessionem honorabit me, et ponentem viam videre faciam eum in salutem Dei.* Vulgat. *Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter quo ostendam ei salutare Dei.* Versio Hieronymi, *Qui immolat confessionem glorificabit me, et qui ordinat viam ostendam salutare Dei.* Versio Syriaca, *Qui sacrificat laudem, ipse glorificabit me, et illic ostendam ei viam salutis ejus.* Versio Arabica propius ad LXX. *Sacrificium laudis glorificabit me, et illic ostendam tibi viam salutis Dei.* Symmachus, θυσιάζων ὑπὲρ αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ τῷ εὐτάκτως ὁδεύοντι δείξω σωτήριον Θεοῦ. Mutatis punctis et accentu tonico, quod cuivis integrum est, cum sint additamenta Masorethica, cum lectione LXX. ᾗ consentiet Heb. textus: *Sacrificium confessionis* vel laudis *glorificabit me; et ibi est via* qua *ostendam,* &c. neque dubito quin eo modo legerint LXX. WOTT. 'Οδὸς ἣν legitur in 45 Codd. in Recensione Holmesiana. Vet. Lat. *illic iter est quod ostendam illis salutare Dei.*

8. ἐν ᾗ εὕρομεν] Junius, Fellus, Colomesius mallent εὑρίσκομεν.

ib. τὸ σωτήριον] S. Symeon apud D. Luc. ii. 30. εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου.

9. τὸν ἀρχιερέα] Hic videtur esse unus ex iis locis, quae Photio displicuerunt, qui, cap. cxxvi. Bibliothecae, haec habet: Αἰτιάσαιτο δὲ ἄν τις αὐτὸν ἐν ταύταις·......καὶ τρίτον, ὅτι ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων, οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς. Quod si tanto Critico displicuerit, quod Jesum vocat Clemens Ἀρχιερέα, petivit eam vocem ex S. Paulo, Heb. iv. 15. [Addas ii. 17. iii. 1. v. 10.] neque ab ejus usu abhorret B. Ignatius, Epist. ad Philad. [§. 2.] Eadem igitur Clementi licentia concedatur, presertim quum S. Pater alibi agnoscit τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ esse τὰ παθήματα τοῦ Θεοῦ, eum esse τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ· necnon distinguit humanam a Divina natura cum dicit ὁ Κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα: [§. 32.] eique tribuat δόξαν καὶ μεγαλωσύνην, [§. 20.] quae soli supremo

stum tribuitur.

προσφορῶν ἡμῶν, τὸν προστάτην καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Διὰ τούτου ἀτενίζομεν εἰς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν· διὰ τούτου ἐνοπτριζόμεθα τὴν ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ· διὰ τούτου ἠνεῴχθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας· διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτωμένη διάνοια ἡμῶν ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς· διὰ τούτου ἠθέλησεν ὁ Δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοσούτῳ μείζων ἐστὶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα κεκληρονόμηκεν· γέγραπται γὰρ οὕτως· "Ὁ ποιῶν "τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς "αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· ἐπὶ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ οὕτως "εἶπεν ὁ Δεσπότης, Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον "γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι

Deo debentur, *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. Jesus autem, cum sit unicus Christianae professionis *ἀρχιερεύς*, dicitur *ἀρχιερεὺς τῶν προσφορῶν ἡμῶν*, quia omnes nostrae *προσφοραί* sive oblationes non aliter a Deo accipiuntur, eique gratae sunt, quam ex intercessione summi Pontificis nostri Jesu Christi *τοῦ μεγάλου, διεληλυθότος τοὺς οὐρανούς, τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ*.—WOTT.

2. *ἀτενίζομεν*] Ita dedi cum Junio, Fello, Colomesio, Ittigio, Freyio, Wottono, et Schoenemanno. Cod. MStus exhibet *ἀτενίσωμεν*. Boisius, Cotelerius, Coustantius, Russelius, Hornemannus mallent *ἀτενίσωμεν . . . . ἐνοπτρισώμεθα*.

5. *οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας*] Eamdem locutionem usurpat B. Paulus, Ep. ad Ephes. i. 18. *πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν*.

ib *διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος κ.τ.λ.*] Videtur S. Pater alludere ad Rom. i. 21. *Καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία*. Et I Pet. ii. 9. *τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς*. Junius pro *ἀναθάλλει* legendum putat *ἀναθρεῖ* vel *ἀναθεωρεῖ*, vel locum integrum ita legit, *Διὰ τοῦτο ἐν ἀσυνέτῳ καὶ ἐσκοτισμένῃ διανοίᾳ ἡμῶν ἀνατέλλει τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς*. Minime vero ferenda est haec emendatio, cum non tantum MS. verum etiam et Clemens Alex. [Strom. iv. §. 16. p. 613. ed. Potter. qui hanc lectionem contra Junium erudite tuetur] exhibeat *ἀναθάλλει*. WOTTON. Quando verba D. Pauli perpendo, Philip. iv. 10. *Ἐχάρην ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνε-*

summum sacerdotem, infirmitatis nostrae patronum
et defensorem invenimus: per hunc coeli altitudi-
nem adspicimus, per hunc vultum ejus immaculatum
et excelsum tanquam in speculo intuemur, per hunc
oculi cordis nostri aperti sunt, per hunc intellectus
noster insipiens et obtenebratus in admirabilem ejus Eph. iv. 18.
lucem repullulat, per hunc voluit nos Dominus im-
mortalem cognitionem gustare; qui magnificentiae
ejus splendor et radius existens, tanto major est
Angelis, quanto praestantius nomen sortitus est:
scriptum enim est, *Qui facit Angelos suos spiritus,* Heb. i. 3, 4.
et ministros suos ignis flammam. De filio autem Heb. i. 7.
suo, sic dixit Dominus, *Filius meus es tu, ego* Ps. ii. 7.
*hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes
haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos*

θάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν· ubi certo certius est, vocem ἀναθάλλω reponi per metaphoram pariter duram et insolentem, nihil facile mutaverim. FELL. Vide sis Suicerum in Thes. Eccles. voc. ἀναθάλλω. Junius in versione exhibet, *mirabilem ejus lucem attente contemplatur;* Colomesius interpretatur, *in admirabilem ejus lucem reflorescit;* Schoenemannus, *assurgit;* Hornemannus, *revirescendo ad mirabilem ejus lucem provehi nititur;* Chevallierius, *rejoices (to behold) his wonderful light;* Gulielmus Burton, *springs to a fresh dawning at his wonderful light.* Clausulam totam διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος ad αὐτοῦ φῶς praetermittit Herzogius.

6. ἐσκοτωμένη] Hanc MSti lectionem exhibent Wottonus, Russelius, et Gallandius. Caeteri cum Clemente Alexandrino, qui hunc locum citat Διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ ἀσύνετος, κ. τ. λ. . . . ἡμᾶς γεύσασθαι. Strom. iv. §. 16. p. 613. ed. Potter., legunt ἐσκοτισμένη. Cf. Ephes. iv. 18. ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ. Rom. i. 21. ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία.

9. ὃς ὢν ἀπαύγασμα] Ex hujusmodi citationibus sive allusionibus ad Epist. ad Heb. constare potest, eam epistolam, licet a Romana Ecclesia paene per quadringentos annos fuerit e Sacro Canone rejecta, posteaque ex authoritate, et certa aliarum Ecclesiarum traditione recepta fuerit, in initio ab Ecclesia Romana ipsoque Clemente agnitam fuisse. WOTT. Sic Tertullian. Apol. 21. 'Iste 'igitur Dei *radius*...delapsus in 'virginem quamdam, et in utero 'ejus caro figuratus nascitur 'homo Deo mistus.'

13. ἐπὶ δὲ τῷ υἱῷ] Lege ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ. BOIS.

" ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, κ[αὶ τὴν κατά]σχεσίν " σου τὰ πέρατα τ[ῆς γῆς]." Καὶ πάλιν λέγει πρὸς αὐ[τὸν, " Κάθου] ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν [θῶ τοὺς] " ἐχθρούς σου ὑποπόδιο[ν τῶν πο]δῶν σου." Τίνες οὖν οἱ [ἐχθροί]; οἱ φαῦλοι καὶ ἀντιτασσ[όμενοι] τῷ θελήματι τ[οῦ Θεοῦ].

Ut in militia alii aliis subjiciuntur,

ΛΖʹ. Στρατευσώμεθα οὖν, ἄνδ[ρες ἀδελ]φοὶ, μετὰ πάσης ἐκτενεί[ας ἐν τοῖς] ἀμώμοις προστάγμασιν [αὐτοῦ]· κατανοήσωμεν τοὺς στρατ[ευο]μένους τοῖς ἡγουμένοις ἡ[μῶν], πῶς εὐτάκτως, πῶς εὐείκτω[ς], πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελ[οῦ]σι τὰ διατασσόμενα. Οὐ πάντ[ες] εἰσὶν ἔπαρχοι, οὐδὲ χιλίαρχοι, οὐδὲ ἑκατόνταρχοι, οὐδὲ πεντηκόνταρχοι, οὐδὲ τὸ καθεξῆς·

1. κ[αὶ τὴν κατά]σχεσίν σου] Tum Codex MStus tum LXX. habent pronomen σοῦ, quod in textum reposuerunt Wottonus et Schoenemannus, atque ad oram libri exhibent Cotelerius et Coustantius.

4. Τίνες οὖν οἱ [ἐχθροί];] Junius, quem secuti sunt Edd. tantum non omnes, dederat... οἱ [ἐχθροὶ αὐτοῦ]; quod chasma non admittit. Wottonus reposuit ἐχθροὶ Κυρίου, putavit enim Codicem MStum exhibuisse ΚΥ post ἐχθροί. Hiatus autem, me quidem judice, non est plurium quam sex literarum. Schoenemannus et Hornemannus, cum Cotelerio et Clerico, omiserunt οὖν post τίνες.

6. τῷ θελήματι τ[οῦ Θεοῦ.] In hoc loco Wottonum secutus sum, qui cernere poterat in Cod. MSto τοῦ Θεοῦ, quae voces hodie quidem non exstant. Legimus autem adhuc, ΑΝΤΙΤΑΣΣ . . . . ΤΩΘΕΛΗΜΑΤΙΤΩΘΕΛΗΜΑ . . . I. . . lacuna post ΑΝΤΙΤΑΣΣ non capiente plures quam quinque vel sex literas. Lectio ergo illa quam de suo tacite dederat Junius, quam exhibent Edd. omnes ante Wottonum, necnon Russelius et Hornemannus, ἀντιτασσ[όμενοι τοῦ Θεοῦ] τῷ θελήματι τὸ θέλημα ἴδιον, MSti fidei non minus quam sermonis usui repugnat. Wottonus summo jure suspicatus est librarium oscitantem et incautum repetiisse alterum τῷ θελήματι: quod si quibus minus verisimile videatur, Davisius scribendum censet ἀντιτάσσοντες αὐτῶν τὰ θελήματα τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Birrius, teste Gallandio, lectionis Junianae patrocinium sibi suscipiendum existimavit, et hunc locum ita refinxit, ἀντιτασσόμενοι αὐτῶν τῷ θελήματι τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Conjecit nimirum vocem αὐτῶν brevi nota scriptam a librario praetermissam fuisse.

7. Στρατευσώμεθα] Christi-

terrae. Et rursus dicit ad eum, *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Quinam autem sunt inimici ejus? Homines perversi, et qui Divinae voluntati resistunt. Ps. cx. 1.

XXXVII. Militemus igitur, viri fratres, cum omni adsiduitate in inculpatis ejus praeceptis; consideremus milites qui ducibus nostris in bello parent, quam ordinate, cum obsequentia quam facili, et quam submisse imperata exsequantur: non omnes sunt praefecti, neque chiliarchae, neque centuriones, neque quinquagenarii, et sic deinceps; unusquisque

ana Religio saepius comparatur militiae propter labores indefessos et pericula, dum ejus officia rite peragamus, subeunda. Hujus militiae Christus dux est, quem oportet sequamur et vestigiis ejus insistamus, ut ab eo mercedem accipiamus. Hinc S. Ignatius [Ep. ad Polycarpum §. 6.] Ἀρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομίζεσθε. Vid. II Tim. ii. 3, 4. WOTT.

10. ἡγουμένοις ἡ[μῶν] Legerem αὐτῶν, plus enim S. Ecclesiae Patres a bello abhorrebant quam ut tribunos militares, *duces suos* appellare sustinerent. FELL. Fello adstipulatur Colomesius. At non e conjectura mera, sicut his viris doctis visum est, hanc lectionem dederat Junius; apud Codicem enim MStum litera H adhuc exstat.

ib. εὐείκτω[ς] Haec lectio, a Millio jamdudum probata, quam margini adponunt Junius, Fellus, et Colomesius, quin vera sit equidem nullus dubito; legimus enim in Codice MSto

I
ΕΥΕΚΤΩ. Pergamenae reliquiae lacerae literam ultimam Ω tantum non integram adhuc exhibent: librarius, ut videtur, pro Υ scripserat I, syllaba proxime sequente EI ejus menti obversante; et literam I ex incuria praetermissam supra lineam postea adpinxit. Edd. omnes, Junium secuti, praebent εὐεκτικῶς, *corpore bene habito, impigre, strenue*, quam vocem Fellus, qui ipse MStum non inspexit, strenue tuetur. Birrius reponit vel εὐεικτικῶς vel denique si mavis εὐεκθυμῶς.

13. πεντηκόνταρχοι] Cotelerius vertit, *quinquaginta militum praefecti*. Simpliciorem interpretationem Wottonianam, a Coustantio exhibitam, confirmat Gallandius ex Vulg. Interp. Exod. xviii. 21, 25. Deut. i. 15. Eodem vocabulo utitur Hieronymus, Comm. in Esai. iii. 3. Opp. tom. iv. p. 49. ed. Vallars. 'Quomodo Centuriones vocantur, qui centum 'praesunt militibus, et Chiliarchi, qui mille, ... sic in 'Israelitico exercitu *Quinquagenarii* vocabantur qui in 'capite erant quinquaginta mi-

ἀλλ ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἡγουμένων ἐπιτελεῖ. Οἱ μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν οὐ δύνανται εἶναι, οὔτε οἱ μικροὶ δίχα τῶν μεγάλων· σύγκρασίς τις ἐστὶν ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτοις χρῆσις. Λάβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν· ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδέν ἐστιν, οὕτως οὐδὲ οἱ πόδες δίχα τῆς κεφαλῆς· τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν ἀναγκαῖα καὶ· εὔχρηστά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι· ἀλλὰ πάντα συνπνεῖ, καὶ ὑπο[τα]γῇ μιᾷ χρῆται εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον τὸ σῶμα.

et membrorum nostri corporis mutua est necessitudo;

ΛΗʹ. Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλ[ον] τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ὑποτασσέσθ[ω] ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, καθὼ[ς] καὶ ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι

ita in Ecclesia alii aliis subjici debent, ac donis Dei uti.

'litum.'... necnon e scriptoribus classicis Varro, R. R. ii. 10. Cato, R. R. 69. Vocem πεντηκόνταρχος habes apud Xenoph. de Rep. Ath. i. 2. et Demosth. c. Polyclem, sensu autem prorsus alio, nempe *praefectus navis, quam impellunt quinquaginta remiges.*

1. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι] Cf. infra §. 41. et D. Paulum ad Cor. Ep. I. xv. 23.

2. τοῦ βασιλέως] Scil. *Caesaris, Imperatoris Romani,* pro nomine legitimo αὐτοκράτορος. Cf. S. Pet. I. ii. 13. εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι. 17. τὸν βασιλέα τιμᾶτε. et infra Mart. S. Ignat. §. 2. Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως. Plura dabit Eckhelius Doctr. Num. Vet. viii. p. 366.

3. οὔτε οἱ μικροὶ] Ita Wotton. Schoenem. et Hefel. cum MSto. Caeteri Edd. οὐδέ. Sententiam quod adtinet, Davisius confert Menenii Agrippae apologum apud Livium, ii. 32. Addas Sophocl. Aj. 158.

καίτοι σμικροὶ μεγάλων χωρὶς
σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται·
μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἄν,
καὶ μέγας ὀρθοῖθ' ὑπὸ μικροτέρων.

9. ἀλλὰ πάντα συνπνεῖ] Ita, pro συμπνεῖ, quod ab Edd. omnibus exhibetur, reposuit Wottonus. Vide supra notata p. 82. l. 15. Lineolam sane transversam in medio literae ductam cernere poterat, quam hodie in reliquiis MSti laceris et gallarum succo illitis videre non amplius licet. Post σώματι Boisius aliquid excidisse suspicatur, et inserit καὶ οὐκ ἔστι σχίσμα. Davisius pro ἀλλά legendum censet ἅμα, at nihil mutatione opus, modo ἀλλά, cum Gallandio, vertas *quin*

vero in suo ordine quae ab imperatore vel ducibus jubentur, peragit: magni sine parvis, et parvi sine magnis consistere nequeunt; mixtura quaedam est in omnibus, et in his usus. Exemplo nobis sit corpus nostrum; caput sine pedibus nihil est, prout neque pedes sine capite; minima autem corporis nostri membra universo corpori necessaria et utilia sunt, et cuncta conspirant, et una subjectione utuntur ut servetur totum corpus. 1 Cor. xii. 12—26.

XXXVIII. Servetur itaque totum corpus nostrum in Christo Jesu, et unusquisque proximo suo subjiciatur juxta ordinem in quo per gratiam ejus posi- Eph. v. 21. 1 Pet. v. 5.

immo, quin potius, Hellenismo usitatissimo.

10. ὅλον τὸ σῶμα] Hanc plenam MSti lectionem restituit Wottonus. Edd. plerique Junium sequuntur, qui, lectore inconsulto, omiserat τὸ σῶμα. Ruchatus comparat Tertull. Apol. 39. '*Corpus* sumus de conscientia Religionis, et disciplinae divinitate, et spei foedere.'

13. ὑποτασσέσθ[ω] ἕκαστος κ. τ. λ.] Est imitatio Pauli, Ephes. v. 21. ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ Θεοῦ. Ubi vide a nobis adnotata, in Addit. Hammondianis. CLERICUS.

14. καθὼ[ς] καὶ ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ.] Hoc est, *pro loco in quo proximus ejus collocatus est, dono a Christo accepto.* Sententia egregia est, neque quidquam mutandum. Quamvis Christianum deceat, pro humilitate a Christo praecepta, sibi alios praeferre; fieri hoc debet, pro dono ejus quem sibi praefert. Neque enim omnes sunt eodem loco habendi, nec sane possunt. CLERICUS. Boisius, qui in apographo pravo quo utebatur legebat καθὼς κατετέθη, reponendum putavit καθὼς καθήκει. Wottonus, qui nihil mutat, lectorem remittit ad Irenaeum V. xx. [§. 22. p. 320. ed. Massuet.] 'In sublimitate autem positos universi charismatis, vel in operibus justitiae confidentes, vel ministrationis supereminentia adornatos nequaquam extolli, ...sed humilia sentire in omnibus . . . quemadmodum et Apostolus docuit, *non alta, dicens, sententes, sed humilibus consentientes:* nec divitiis, nec gloria mundana, neque praesenti phantasia capi.'—Interpretatio Felliana supra exhibita nihil sane differt a versione Junii, *gratia et dignatione ejus*, quem sequuntur Wottonus, Gulielmus Burton, Wakius, Chevallierius, et Herzogius. Cotelerius vertit, *juxta gratiae donum ipsi assignatum*; neque aliter Schoenemannus et Hornemannus.

αὐτοῦ. Ὁ ἰσχυρὸς μὴ † τμμελείτω † τὸν ἀσθενῆ, ὁ δὲ ἀσθενὴς ἐντρεπέτω τὸν ἰσχυρόν· ὁ πλούσιος ἐπιχορηγείτω τῷ πτωχῷ, ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστείτω τῷ Θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ δι' οὗ ἀναπληρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα· ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθ[ω] τὴν σοφίαν αὐτοῦ, μὴ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτ[ω], ἀλλ' ἐάτω ὑφ' ἑτέρου ἑαυτὸν μ[αρ]τυρεῖσθαι· ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ .... καὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσ[κων ὅτι ἕτ]ερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν [αὐτῷ] τὴν ἐγκράτειαν. Ἀναλογι[σώμ]εθα οὖν, ἀδελφοί, ἐκ ποίας [ὕλης] ἐγενήθημεν, ποῖοι καὶ τί[νες εἰ]σήλθομεν εἰς τὸν κόσμον, [ὡς ἐκ τ]οῦ τάφου καὶ σκότους· [ὁ ποιή]σας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας [εἰσή]γαγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ,

1. μὴ † τμμελείτω †] Pro hac MSti lectione mendosa Junius et Wottonus ad oram libri reponunt μὴ ἀτημελείτω, quod in textum admiserunt Russelius, Hornemannus, et Hefelius. Cotelerius, Colomesius, et Schoenemannus, corrigunt vel μὴ πλημμελείτω vel μὴ ἀτημελείτω. Gallandio magis placet correctio Millii, μήτ' ἀμελείτω.

4. αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα] Vocem ὑστέρημα hoc sensu positam habes S. Luc. xxi. 4. II. Cor. ix. 12.

5. ὁ σοφὸς] Citantur haec a Clemente Alexandrino, [Strom. iv. §. 16. p. 613. ed. Potter.] apud quem legimus, post Προδήλων οὖν ὄντων ἡμῖν τούτων κ. τ. λ. quae habentur infra §. 40, Ὁ σοφὸς τοίνυν ἐνδεικνύσθω τὴν σοφίαν μὴ λόγοις μόνον ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς. Ὁ ταπεινόφρων μαρτυρείτω μὴ ἑαυτῷ ἀλλ' ἐν τῷ ὑφ' ἑτέρου αὐτὸν μαρτυρεῖσθαι· ὁ ἅγνος τῇ σαρκὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσκων ὅτι ἕτερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν αὐτῷ τὴν ἐγκράτειαν. Quibus subjicit, Ὁρᾶτε, ἀδελφοί, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσούτῳ ὑποκείμεθα μᾶλλον κινδύνῳ. quae habentur infra §. 41. WOTT.

7. ἀλλ' ἐάτω ὑφ' ἑτέρου] Pro hac Codicis MSti lectione Russelius exhibet ἀλλ' ἐν τῷ, e Clemente Alexandrino, quem ex hoc loco corrigit Potterus. Mox pro ὑφ', Colomesius et Hornemannus habent ὑπ', Junium secuti, qui veram lectionem hic quoque ad oram libri relegavit.

8. ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ] Hoc et alia quaedam transcripsisse videtur Tertullianus libro de Virginibus Velandis: 'Et si 'a Deo confertur continentiae 'virtus, quid gloriaris, quasi

tus est. Fortis ne negligat imbecillem, imbecillis fortem revereatur; dives pauperi largiatur, pauper Deum laudet quod ei alium largitus sit, per quem ejus penuria et indigentia suppleri potest. Sapiens non in verbis, sed in bonis operibus, sapientiam suam manifestet; humilis non sibi testimonium ferat, sed alteri permittat de eo testimonium praebere. Qui carne castus est, ne insolescat, cum sciat alium esse qui continentiae donum ipsi tribuat. Consideremus, igitur, fratres, ex qua materia facti simus, qui et quales mundum ingressi simus tanquam ex sepulchro et tenebris: qui nos fecit et condidit,

Prov. xxvii. 2.
1 Cor. iv. 7.
Ps. cxxxix. 15.

'non acceperis?' [§. 13. p. 180. ed. Rigalt.] Legimus etiam his similia apud S. Ignatium in Ep. ad Polycarpum [§. 5.]: Εἴ τις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν εἰς τιμὴν τοῦ Κυρίου τῆς σαρκὸς, ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω. Ἐὰν καυχήσηται, ἀπώλετο. WOTT. In hoc loco Cotelerius sibi visus est videre unum ex illis in quibus Clemens, juxta relationem cum Epiphanii Haeres. xxx. 15. Opp. I. p. 139. ed. Petav. tum Hieronymi lib. i. §. 12. Opp. ii. p. 258. ed. Vallars. contra Jovinianum, pro Virginitate per Epistolas suas locutus fuerat.

9. ... καὶ μὴ ἀλαζονευέσθω] Membrana lacera spatium forsitan trium aut quatuor literarum post σαρκὶ linquit. Junius, Millius, Colomesius, et Wottonus, delere jubent importunam particulam καὶ, quam Clemens Alexandrinus non agnoscit, quam Davisius natam fuisse suspicatur e male repetita prioris voculae syllaba.

ib. ἕτ]ερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν] Cyprianus ad Donatum de Gratiae Divinae efficacia eleganter; 'Dei est inquam, Dei 'omne quod possumus: inde 'vivimus, inde pollemus,' &c. [p. 3. ed. Fell.] JUNIUS. ἐπιχορηγεῖν vox Apostolica. II. Cor. ix. 10. Galat. iii. 5. Coloss. ii. 16. II Petr. i. 5, 11.

11. ἐγενήθημεν] Ita exhibetur a Cod. MSto (non ἐγεννήθημεν, sicut ab impr. Codd. habetur), quo modo, licet ἐγεννήθημεν legat, vertit Junius, *ex qua materia facti simus*. WOTT.

12. εἰ]σήλθομεν] Cod. MStus ex incuria librarii exhibet . . ΣΗΛΘΑΜΕΝ. Hanc periodum aliter distinguendam esse censet Potterus ad Clem. Alex. p. 613. not. 11. Ἀναλογισώμεθα ——ποῖοι καὶ τίνες εἰσήλθομεν εἰς τὸν κόσμον· ὡς ἐκ τοῦ τάφου κ. τ. λ. Utramcunque interpunctionem amplexi fuerimus, vertendum monet Davisius quasi legeretur, ὅτι ἐκ τοῦ τάφου.

13. σκότους] Vide supra notata, p. 20. l. 13.

[προ]ετοιμάσας τὰς εὐεργεσίας [αὐτ]οῦ, πρὶν ἡμᾶς γεννηθῆναι. [Ταῦ]τα οὖν πάντα ἐξ αὐτοῦ ἔχοντες, [ὀ]φείλομεν κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν [αὐ]τῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Homini non esse unde extollatur.

ΛΘʹ. Ἄφρονες καὶ ἀσύνετοι, καὶ μωροὶ, καὶ ἀπαίδευτοι χλευάζουσιν ἡμᾶς καὶ μυκτηρίζουσιν, ἑαυτοὺς βουλόμενοι ἐπαίρεσθαι ταῖς διανοίαις αὐτῶν· τί γὰρ δύναται θνητός; ἢ τίς ἰσχὺς γηγενοῦς; γέγραπται γάρ· "Οὐκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου, ἀλλ' ἢ "αὔραν καὶ φωνὴν ἤκουον. Τί γάρ; μὴ καθαρὸς "ἔσται βροτὸς ἔναντι Κυρίου; ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων "αὐτοῦ ἄμεμπτος ἀνήρ; εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ "πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιόν τι ἐπε"νόησεν· οὐρανὸς δὲ οὐ καθαρὸς ἐνώπιον αὐτοῦ· ἔα "δὲ, οἱ κατοικοῦντες οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ "ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἐσμεν. Ἔπαισεν αὐτοὺς σητὸς "τρόπον, καὶ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας οὐκ ἔτι εἰσίν· "παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι, "ἀπώλοντο· ἐνεφύσησεν αὐτοῖς, καὶ ἐτελεύτησαν,

6. *μυκτηρίζουσιν*] In Cod. MSto ΜΥΚΤΙΡΗΖΟΥΣΙΝ.

9. *οὐκ ἦν μορφὴ*] LXX Interpretes ex quibus haec citantur habent: Εἶδον, καὶ οὐκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου· ἀλλ' ἢ αὔραν καὶ φωνὴν ἤκουον. Hebraeus Textus: *Stabit, et non agnoscam aspectum ejus, imago coram oculis meis, murmur silens et vocem audiam.* Vulgat. *Stetit quidam cujus non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, et vocem quasi aurae lenis audivi.* Versiones Syr. et Arab. prope accedunt ad Intt. LXX. Symmachus prius membrum sic effert: ἔστη τις, οὗ οὐκ ἐγνώρισα τὸ εἶδος. WOTT.

11. *ἔναντι Κυρίου*] Ita Cod. Alex. apud Jobum. ἐναντίον τοῦ Κυρίου Cod. Vat.

12. *εἰ κατὰ παίδων*] Ita legitur apud LXX Intt. Aliter apud Heb. Text. *Ecce in servis suis non credet, et in Angelis suis ponet gloriationem.* Versio Vulgata, *Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles, et in Angelis suis reperit pravitatem.* Versio Syriaca, *Quandoquidem in servis suis non credit, et in Angelis suis ponet stuporem.* Symmachus, Ὅρα ἐν δούλοις αὐτοῦ ἀβε-

praeparatis prius benefactis suis antequam nasceremur, in mundum suum introduxit. Haec igitur omnia cum ab eo habeamus, in omnibus gratias ipsi agere debemus, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

XXXIX. Homines imprudentes, desipientes, fatui et imperiti, dum sese cogitationibus suis extollere cupiunt, nos ludibrio habent, et naso suspendunt. Quid enim potest mortalis, aut quale robur ex terra
geniti ? scriptum enim est, *Non erat figura ante* Job. iv. 16
oculos meos, sed auram et vocem audiebam. Quid —18.
enim ? nunquid homo coram Domino mundus erit, vel de operibus suis inculpabilis vir ? Si contra servos suos non credit, et adversus Angelos suos
pravum quid advertit, et coelum non est mundum Job. xv. 15.
coram eo, hem vero qui habitant domos luteas, ex Job. iv. 19
quibus et ipsi de eodem luto sumus ! Percussit illos —21.
tanquam tinea, et a mane usque ad vesperam ultra non sunt: eo quod non poterant sibi ipsis subvenire, perierunt: insufflavit eis, et interierunt, quia

βαιότης, καὶ ἐν ἀγγέλοις αὐτοῦ εὑρήσει ματαιότητα. WOTT.

14. οὐρανὸς δὲ—αὐτοῦ] Aliena haec sunt a cap. iv. libri Job. at inseruntur ex cap. xv. 15. ubi legimus apud LXX. ὁ οὐρανὸς δὲ οὐ καθαρὸς ἐναντίον αὐτοῦ. WOTT.

ib. ἔα δὲ] Legimus apud LXX Intt. τοὺς δὲ κατοικοῦντας. Cod. Vat. ἔα δὲ τοὺς κατοικοῦντας. Cod. Alex. Versio Vulgat. *Quanto magis hi, qui habitant domos luteas* &c. Symmachus, Πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς κατασκηνοῦσιν οἰκίας πηλίνας, ὧν γήινος ὁ θεμέλιος. WOTT. Chrysostomus de Incompr. Dei Nat. ii. 5. praebet, ἐῶ δὲ τοὺς κατοικοῦντας οἰκίας πηλίνας. Opp. I. p. 458. ed. Bened.

16. Ἔπαισεν] In Cod. MSto ΕΠΕΣΕΝ, ΑΙ et Ε permutatis, uti saepissime a librario nostro, qui in fine hujus capitis exaravit ΕΞΕΡΕΤΟΙ, et mox §. 41. ΠΑΡΑΙΚΒΑΙΝΩΝ.

17. ἕως ἑσπέρας] Ita Cod. Alex. et Ed. Complut. μέχρι ἑσπέρας Cod. Vat.

19. ἐνεφύσησεν] Paulo aliter apud LXX Intt. quam apud Clementem legimus: ἐνεφύσησε γὰρ αὐτοῖς, καὶ ἐτελεύτησαν· καὶ παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν ἀπώλοντο. Cod. Alex. ἐνεφύ-

" παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν. Ἐπικάλεσαι δὲ " εἴ τίς σοι ὑπακούσεται, ἢ εἴ τινα ἁγίων ἀγγέλων " ὄψῃ· καὶ γὰρ ἄφρονα ἀναιρεῖ ὀργή· πεπλανημένον " δὲ θανατοῖ ζῆλος. Ἐγὼ δὲ ἑώρακα ἄφρονας ῥίζας " βαλόντας, ἀλλ' εὐθέως ἐβρώθη αὐτῶν ἡ δίαιτα. " Πόρρω γένοιντο οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἀπὸ σωτηρίας· κο- " λαβρισθείησαν ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, καὶ οὐκ ἔσται " ὁ ἐξαιρούμενος· ἃ γὰρ ἐκείνοις ἡτοίμασται, δίκαιοι " ἔδονται· αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται."

Ordo servandus;

M'. Προδήλων οὖν ἡμῖν ὄντων τούτων, καὶ ἐγκεκυφότες εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως, πάντα τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ Δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐ[κέλ]ευ-

σησε γὰρ αὐτοῖς, καὶ ἐξηράνθησαν· ἀπώλοντο παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν. Cod. Vat. Hebraeus Textus aliter se habet, *Nonne profecta est dignitas eorum in eis? morientur, et non in sapientia.* Vulgat. *Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis; morientur, et non in sapientia.* Versio Syriac. *Ecce abstulit utilitatem eorum ab ipsis, et nomen eorum in ipsis morietur, et non in sapientia.* Arab. *Ecce abstulit utilitatem eorum ab ipsis, et residui eorum in ipsis morientur, et non in sapientia.* WOTT.

2. σοι ὑπακούσεται] Ita Cod. Vat. σοῦ εἰσακούσεται Cod. Alex.

3. ὄψῃ] Ita Cod. MStus, et LXX. Edd. ante Wottonum, necnon Hornemannus, ὄψει.

5. βαλόντας] Ita cum Cod. MSto Wottonus, Gallandius, Schoenem. et Hefelius. Caeteri cum LXX. βάλλοντας. Ed. Complut. exhibet ῥίζας. Codd. Alex. et Vat. ῥίζαν.

ib. ἀλλ' εὐθέως] Clemens cum LXX Intt. legit. At Hebraeus textus multo aliter se habet: *Ego vidi stultum radices agentem, et imprecatus sum habitaculo ejus statim.* Vulgat. *Ego vidi stultum firma radice, et maledixi pulchritudini ejus statim.* Versio Syriaca, *Vidi iniquum prospere agentem et perire progeniem ejus subito.* Arab. *Equidem vidi iniquum se erigentem et perire progeniem post ipsum.* Aquila, καὶ κατηρασάμην τὴν εὐπρέπειαν αὐτοῦ παραχρῆμα. WOTT. Junius, Fell. Colom. ἀλλὰ εὐθέως.

6. Πόρρω γένοιντο] Ita Cod. Vat. Legimus in Cod. Alex. ἀλλ' εὐθὺς ἡ δίαιτα αὐτῶν ἐβρώθη. Πόρρω ἐγένοντο κ. τ. λ.

ib. κολαβρισθείησαν] 'κόλαβρος 'Graece est *porcellus* .... Inde 'κολαβρίζειν Hellenistis *contemnere*: quia porcello apud Judaeos nihil fuit contemptius.' Bochart. Hieroz. P. i. Lib. ii. §. 56. p. 707. 'Vox Hebraica, 'quae proprie *conteri* notat, h. l. '[Job. v. 4.] notionem *opprimendi* habet. Caeterum con-

non habebant sapientiam. "Invoca autem, si quis Job. v. 1–5.
tibi respondeat, vel si quem sanctorum Angelorum adspicias; etenim stultum perimit ira, errantem autem occidit zelus. Ego autem vidi stultos radicem mittentes, sed statim absumta est illorum habitatio. Longe fiant filii eorum a salute, et conterantur super januas minorum, et non erit qui eripiat: quae enim illis parata sunt justi comedent, ipsi vero de malis non liberabuntur.

XL. Cum igitur haec nobis sint manifesta, etiam in profunda Divinae cognitionis introspicientes, debemus omnia rite et ordine facere quae Dominus 1 Cor. xiv. 40.

'trita vilipenduntur.' Schleusnerus, Lex. Vet. Test. in voc. Aquila reddit ἐπιτριβήσονται. Theodot. κατεκλάσθησαν. Symmachus, ταπεινωθήτωσαν. Phavorinus explicat περιρραγείησαν· χλευασθείησαν· ἐκτιναχθείησαν· εὐτελεῖς νομισθείησαν. Suidas κολαβρισθείη· χλευασθείη, ἐκτιναχθείη, ἀτιμασθείη· κόλαβρος γὰρ καὶ κάλαβρος ὁ μικρὸς χοῖρος· ἀντὶ τοῦ, οὐδενὸς λόγου ἄξιος νομισθείη. Jul. Pollux, iv. 14. inter alia saltationis genera memorat κολάβρισμον. Θρᾴκιον ὄρχημα καὶ Καρικόν· ἦν δὲ καὶ τοῦτο ἔνοπλον. Ab Athenaeo, xiv. §. 27. vocatur καλάβρισμος. vid. Kuster. ad Suidam in voce.

8. ἃ γὰρ ἐκείνοις] Paulo aliter legimus apud LXX. ἃ γὰρ ἐκεῖνοι ἐθέρισαν, [συνήγαγον Cod. Vat.] δίκαιοι ἔδονται, αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαιρεθήσονται. [ἐξαίρετοι ἔσονται Cod. Vat.]. At in Hebraeo Textu habetur, *cujus messem famelicus comedet, et de spinis capiet eum.* Vulgat. *cujus messem famelicus comedet, et ipsum recipiet armatus.* Aquila, πεινῶν φάγεται, αὐτὸς δε πρὸς ἐνόπλων ἀρθήσεται. Symmachus, πεινῶντες φάγονται, αὐτοὶ δὲ πρὸς ἐνόπλων ἀρθήσονται. WOTT.

10. ἐγκεκυφότες] Clem. Alex. habet ἐκκεκυφότες, non adeo recte, uti monuit cl. Potterus ad locum, Strom. iv. §. 16. p. 613. ἐγκεκυφότες esse germanam lectionem Boisius jam antea viderat.

11. εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως] Haec quidem Clemens Alexandrinus dixerit, at non Romanus. BERNARD. Quid vetat Clementem nostrum locutionem hanc a B. Paulo sumpsisse, Ep. ad Romanos xi. 33? Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ!

12. ἐπιτελεῖν ἐ[κελ]ευ[σε]ν] Distinctionem post hanc vocem ἐκέλευσεν, a Junio incaute positam, primus sustulit Wottonus, quem secuti sunt Edd. omnes recentiores praeter Hornemannum. Interpunctionem Junii cl. Pottero magis placuisse miror; quorsum enim, uti quaerit Wottonus, est κατὰ καιροὺς τεταγμένους in eodem sententiae membro cum ἀλλ' ἐν ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις?

[σε]ν κατὰ καιροὺς τεταγμένους, τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι· καὶ οὐκ εἰκῇ ἢ ἀτάκτως ἐκέλευσεν γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ

1. κατὰ καιροὺς τεταγμένους] Horae Canonicae. SANCROFT. Turbant sine magna causa, qui hic quid mutatum volunt, aut ad Christianos haec immediate referunt. Ex fine hujus sectionis patet, universum hunc sermonem ad Judaeos spectare; primo universe Christianis Judaicae λειτουργίας ordinem; postea specialius sect. seq. ob oculos ponit commendatque Clemens, intersertis ad Corinthios admonitionibus. Caeterum hic et seq. sect. locus est, ex quo viri docti haud inepte collegere, scriptam esse epistolam hancce, stante adhuc templo Hierosolymitano, peractisque etiamnum in illo sacris functionibus: cum de istis tanquam adhuc durantibus in praesenti loquatur tempore. Non ignoro, quomodo per figuram quamdam grammaticam, adductis quibusdam exemplis, conentur istud eludere viri quidam docti qui ad Domitiani aut Trajani imperium aetatem hujus epistolae referre malunt. Verum, ni fallor, neutiquam sunt similia ab illis allata exempla huic tam simplici et historicae Clementis ῥήσει. FREY.

ib. προσφορὰς] Observari debet, primis Ecclesiae temporibus, non solum singulis diebus Dominicis, in Christianorum conventu, ex D. Pauli mandato, pauperum gratia collectam pecuniariam fuisse institutam; sed etiam ἀκροθίνια quaedam, doni seu *oblationis* nomine, sacrae mensae fuisse allata. Hinc saepius, in hac ipsa Epistola, τῆς προσφορᾶς mentio: ubi etiam Episcopi describuntur hoc charactere et elogio, quod sint προσενεγκόντες τὰ δῶρα. [§. 44.] In quem sensum θεοφόρος Ignatius, nequidquam reclamante plagoso S. S. Patrum Orbilio, Dallaeo, ait ad Smyrn. [§. 8. Ep. Interpol.] non licere absque Episcopo οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν. Nec aliter Justinus M. tum elementa ad Eucharistiam adhibita, tum ad Eulogias absentibus mittendas destinata, Apol. II. [I. §§. 65, 67.] disertis verbis προσφοράς appellat. Sed apertissime omnium Irenaeus, IV. 39. [§. 17. p. 249. ed. Massuet.] rem totam exsequitur. 'Dominus, discipulis 'suis dans consilium primitias 'Deo offerre ex suis creaturis, 'non quasi indigenti, sed ut 'ipsi nec infructuosi, nec in'grati sint, &c.:' quod saepius ingerit §§. 33. et 34. ut et alibi passim. Quibus succinit B. Cyprianus de Opere et Eleemosyna, [p. 203. ed. Fell.] quem fere descripsit D. August. Serm. 213. de Temp. Atque hanc ipsam ob causam *oblationum* vox tam frequenter apud antiquissimos Ecclesiae Patres occurrit, praesertim ubi de Eucharistiae mysteriis agitur; ut et in Missali Romano: imo vero et in Ecclesiae nostrae Anglicanae solenni Officio etiamnum retinetur. FELL. Ex-

praestitutis temporibus peragere nos jussit, et oblationes et officia sacra peragi; idque non temere vel inordinate fieri mandavit, sed statutis temporibus et

positionem Felli respuit Grabius ad Irenaeum, V. xxxii. et contendit Clementem, tum in hoc loco, tum in illis verbis, §. 44... προσενεγκόντας τὰ δῶρα, intellexisse Eucharistiae *sacrificium*, idque proprie sic dictum. In alteram autem partem omnino audiendus est Pfaffius in Diss. de Oblat. Vett. Euch. §§. 24, 25. Fragmentis Irenaei Anecd. subjecta.

2. ἐπιτελεῖσθαι κ. τ. λ.] Davisius, harum vocum sede mutata, legit τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας οὐκ εἰκῇ καὶ ἀτάκτως ἐκέλευσεν ἐπιτελεῖσθαι καὶ γίνεσθαι, ἀλλὰ κ. τ. λ.

3. ἐκέλευσεν] Hanc vocem literis miniatis exaravit Junius, quem sequuntur Edd. ante Wottonum. Membrana autem, quantumvis detrita et gallis tinctoriis oblita, hujus vocis vestigia satis manifesta adhuc exhibet.

ib. ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις] 'Omnibus tempus determinatum est, et opportunitas omni negotio sub coelis,' inquit vir Sapiens, Eccl. iii. 1. Serio dolendum, si paratas sibi habeant vices levissima vitae munia, sola pietas, in cujus obsequium vita ipsa, et omnia aevi spatia concessa fuerant, temporis finibus excluderetur. Re vera septimum diem humano generi a condito mundo, maximis, hoc est, suis auspiciis sanctum voluit Deus. Unde postquam in ejusdem παλιγγενεσίᾳ novam reparati orbis Epocham instituisset, paribus eam privilegiis et quasi infulis donavit, et τῆς κυριακῆς sacrosancta facta est religio. Quinetiam quandoquidem Salvator noster pietatem discipulorum suorum, Mosis sequacium κατορθώματα superare voluit: apud quos, ultra Sabbati solennia, secunda et quinta Sabbati habebantur Sacrae, ne, ut ait Maimonides, *Tephilla ubircath Cohenim* cap. xii. n. 1. *trium dierum spatio auditione cessaretur*; (unde fluxit mos jejunandi δὶς τοῦ σαββάτου, cujus mentio Luc. xviii. 12.) par erat ut iisdem saltem intervallis, apud Christianam pietatem professos, sacra redirent munia; quod utique factum, nimirum stationum diebus ad quartam et sextam promotis, quod passim ex Tertulliano discimus, [de Jejun. §. 2. p. 545. ibid. §. 14. p. 552. ed. Rigalt.] et etiam a Clemente Alex. [Strom. vii. §. 12. p. 877. ed. Potter.] qui eas τετράδα καὶ παρασκευήν, sive Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης appellitat; licet diu sit, ex quo Romana Ecclesia ab antiquissima hac praxi desciverit. In minutioribus temporis intervallis consimilis omnino ratio; eas enim, quae in Ecclesia Judaica receptae fuerant, vices, non a Domino nostro tantum, sed insuper ab Apostolis agnitas videmus: proinde Act. iii. 1. τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς, solennioris officii causa, D. Petrum et Johannem in Templum perduxisse, verbis disertis dictum est. In Syna-

ὥραις· ποῦ τε καὶ διὰ τίνων ἐπιτελεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ αὐτοῦ βουλήσει· ἵν' ὁσίως πάντα τὰ γινόμενα ἐν εὐδοκήσει, εὐπρόσδεκτα εἴη τῷ θελήματι αὐτοῦ. Οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν, εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ Δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν. Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσὶν, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ λευΐταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται.

goga, licet lege nulla de precibus caveretur, singulis diebus tres recurrebant earundem vices, Maimonides Jad, tract. de Precibus, et Benedict. Sacerd. i. 4. quas etiam Christianae Ecclesiae moribus receptas Tertullianus in Lib. de Jejuniis, Cyprianus de Oratione, necnon Hieronymus ad Laetam et Demetriadem, nescire nos vetant. FELL.

2. *ὑπερτάτῃ*] Cod. MStus ΥΠΕΡΤΑΤΩ.

3. *πάντα τὰ γινόμενα*] Hanc plenam MSti lectionem exhibent Wottonus, Gallandius, et Schoenemannus. Caeteri articulum *τὰ* omittunt.

6. *τοῖς γὰρ νομίμοις*] Cf. quae observantur supra ad §. 1. p. 8. l. 9.

7. *Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ*] Ecclesiam Judaicam fuisse typum Christianae, eosdemque fere ordines ex instituto Dei apud Judaeos receptos fuisse, qui in Ecclesiam Christi abolita Dispensatione Mosaica admissi fuerunt, nemini apud Scriptores antiquos non constat. Habuit Ecclesia Judaica Ἀρχιερέα, Sacerdotes, et Levitas? Habet etiam et Christiana Episcopos, Presbyteros, et Diaconos. Hinc S. Hieronymus, qui unus e veteribus Presbyterorum paritati vel minimum favet, fatetur idem fuisse in Ecclesia Episcopum quod Aaron in Templo, Presbyteros quod et Sacerdotes, Diaconosque quod Levitae. [? Ep. 52. ad Nepotianum I. p. 260. ed. Vallars.] Vide quae in Dissert. Prooemialibus hac de re observavimus. [p. ccxviii.] Aliquando et Christus ipse dicitur ὁ Ἀρχιερεύς. Cf. S. Ignatium, Ep. ad Philadelph. §. 9. Hinc apud S. Cyprianum, 'Nam si Jesus 'Christus Dominus et Deus 'noster ipse est summus Sa-'cerdos Dei Patris.... utique 'ille Sacerdos vice Christi vere 'fungitur, qui id quod Christus 'fecit, imitatur.' [Epist. 63. p. 155. ed. Fell.] Licet autem Christus sit unus utriusque Foederis summus Sacerdos, ejus tamen vices gerit in Ecclesia

horis; ubi etiam et a quibus peragi vult, ipse excelsissima sua voluntate definivit, ut religiose omnia secundum ejus beneplacitum adimpleta, grata et accepta ipsius voluntati essent. Qui igitur praefinitis temporibus oblationes suas faciunt, accepti et beati sunt: Domini enim mandata sequentes, non aberrant. Summo quippe sacerdoti sua munera tributa sunt, sacerdotibus locus proprius assignatus est, et Levitis sua ministeria incumbunt. Laicus praeceptis laicis constringitur.

Episcopus, non secus ac ὁ Ἀρχιερεύς in Templo. Unde S. Cyprianus; 'Dominus noster, 'cujus praecepta metuere et 'observare debemus, Episcopi 'honorem, et Ecclesiae suae 'rationem disponens, in Evangelio loquitur, et dicit Petro; '*Ego tibi dico, quia tu es Petrus, 'et super istam petram aedificabo 'Ecclesiam meam*, &c. Inde 'per temporum et successionum 'vices Episcoporum ordinatio 'et Ecclesiae ratio decurrit, ut 'Ecclesia super Episcopos con'stituatur, et omnis actus Ec'clesiae per eosdem Praepositos 'gubernetur.' [Ep. xxxiii. p. 66. ed. Fell.] WOTT.

9. ἴδιος ὁ τόπος] Hoc vocabulo officium Ecclesiasticum sive ordinem Sacri ministerii, saepe denotant Patres Graeci. Sic positum habes infra §. 44. Sic apud Ignatium quoque, Ep. ad Polycarp. §. 1. ad Smyrn. §. 6. Cf. Polycarp. ad Philipp. §. 11.

10. λαϊκὸς ἄνθρωπος] Cum tam pauca sint Hellenistarum Judaeorum scripta quae ad nos pervenerunt, mirum non est, loca proferri non posse, e quibus liqueat Sacerdotes et Levitas dictos κλῆρον et κληρικούς: potuerunt tamen iis nominibus duplici de causa adpellari. Prior quidem est, quod, quamvis totus populus Hebraeus dictus fuerit κλῆρος τοῦ Θεοῦ, attamen singulari ratione Sacerdotes et Levitae potuerint etiam sic dici, cum eos sibi secrevisset quasi peculiarem suam *sortem*; quod soli cultui publico Dei consecrati essent et vacarent. Altera vero, quod Deus eorum vicissim fuerit κλῆρος, ut liquet ex verbis Mosis Num. xviii. 20. Qua de causa, potuerunt posteri Aharonis κλῆρος et κληρικοὶ dici, eo quod κατ' ἐξοχὴν Deum haberent quasi κλῆρον; et κληρικοὶ essent, hoc est, sortis illius divinae participes. Ad vocem vero λαὸς quod adtinet, cum Levis et Aharonis posteritas eo nomine non minus continerentur quam alii Israëlitae, attamen frequenter, ubi agitur de sacris, *populus* dicuntur reliquae tribus Israëlis. Hinc I Sam. xxii. 4. לחם חל, panis prophanus, hoc est, panes quos cuivis ἐκ τοῦ λαοῦ comedere licuit, dicti sunt ab Aquila, Symmacho, et The-

praesertim in oblationum ritu.

ΜΑʹ. Ἕκαστος ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριστείτω Θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα, ἐν σεμνότητι. Οὐ πανταχοῦ, ἀδελφοὶ, προσφέρονται θυσίαι ἐνδελεχισμοῦ, ἢ εὐχῶν, ἢ περὶ ἁμαρτίας καὶ πλημμελίας, ἀλλ' ἢ ἐν Ἱερουσαλὴμ μόνῃ· κἀκεῖ δὲ οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, μωμο-

odotione ἄρτοι λαϊκοί. Similiter spatium quod Ezech. xlviii. 15. חל dicitur et ab Aquila versum est βέβηλον, Symmachus et Theodotion λαϊκὸν transtulerunt. Hinc et Aquila, novorum vocabulorum inventor, saepe usus erat verbo λαϊκόω, pro eo quod est *profano*. Vide Fragmenta Vett. Intt. Deut. xx. 6. xxviii. 30. Ezech. vii. 21. Hinc credibile est, vocem λαϊκὸς usitatam apud Hellenistas Judaeos, ut significaretur a tribu Levis, aut etiam prosapia Aharonis alienus. Quibus verisimile fit, jam a primaevis scriptoribus Christianorum, qui Judaeorum Hellenistarum sermonem imitati sunt, vocem λαϊκὸς adhibitam esse ad significandum eum, qui sacro nullo ministerio fungebatur, et vocibus etiam κλῆρος et κληρικὸς ut designentur ii, qui sacris operam dabant; sic Clemens Alex. Strom. v. [§. 6. p. 665.] dixit, velum Adyti, apud Hebraeos, fuisse κώλυμα λαϊκῆς ἀπιστίας, [h. e. si Potterum audias, λαοῦ ἀπίστου, qui eo velo ab adyto introspiciendo arcebatur.] CLERICUS. Vox *hominis laici* in oppositione ad hominem ecclesiasticum seu clericum forsitan hic prima vice occurrit; refertur autem in isto loco ad Judaeos, non Christianos, significatque illos qui in Ecclesia Judaica nec summo Pontificatu, nec Sacerdotio, nec ullo alio munere Sacro perfungebantur; quemadmodum in V. T. frequenter עם aut עם הקהל opponitur τοῖς כהנים, ut Lev. xvi. 33. Transiit postea usus hujus vocis a Judaica in Christianam Ecclesiam, unde toties apud secundi et tertii saeculi Patres, Clementem Alex. Origenem, Tertullianum, et Cyprianum occurrit. Rem ipsam, i. e. distinctionem inter ordinem clericorum et laicorum tempore jam apostolico obtinuisse, scripta apostolorum abunde docent: an jam istis nominibus eo tempore fuerit expressa, in disceptatione versatur, negantibus Salmasio, Rigaltio, aliisque, affirmantibus plerumque Anglis Theologis, urgentibusque locum illum Clementis Alex. in libello, *Quis dives salvetur*, §. 42. [p. 959. ed. Potter.] de Johanne Evangelista, qui ab exilio Ephesum reversus, vicinas ecclesias, constitutis Episcopis, ordinavit, ὅπου δὲ κλήρῳ ἕνα γέ τινα κληρώσων τῶν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος σημαινομένων: quamvis fortassis Clemens ad usum sui temporis

XLI. Unusquisque vestrum, fratres, in suo ordine Deo gratias agat, degens in bona conscientia, non transgrediens praescriptam ministerii sui regulam, in honestate. Non in omni loco, fratres, offeruntur sacrificia perpetua, vel votiva, vel pro peccatis et delictis, sed Hierosolymis tantum; neque illic in quovis loco fit oblatio, sed in atrio templi ad altare, diligenter prius inspecto sacrificio a summo sacer-

respiciens, iis verbis apostolicum factum expresserit, quibus eo aevo uti solebant. FREY. Quod ad laicorum et clericorum distinctionem adtinet, inquit Hammondus, ea Sacris Instrumenti Novi Scriptoribus satis nota est. Ibi enim ut *ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων*, ita et *ἀδελφῶν* et *πιστῶν* mentionem non semel factam videmus. Disserf. c Blondell. &c. p. 70.

2. *συνειδήσει*] Codex MStus exhibet ΣΥΝΕΙΔΗΣΙΝ, et in linea proxime subsequente ΠΑΡΑΙΚΒΑΙΝΩΝ.

5. *εὐχῶν*] *ἴσως εὐχαριστηριῶν* inquit Junius. [cui adsentiuntur Fellus et Colomesius.] Sed praeterquam quod Sacrificia de quibus hic sermo, non dicuntur a LXX senioribus *εὐχαριστήριοι θυσίαι* sed *σωτήριοι*, nihil mutato opus est, cum et *εὐχαὶ* *sacrificia salutaria* sint, ista nempe quae *ex voto* offeruntur, Levit. vii. 6. MILL.

6. *πλημμελίας*] Hanc formam Ionicam exhibet MStus. Edd. tantum non omnes margini apponunt *πλημμελείας*, et sic forsitan rectius; nam EI et I a librario nostro saepissime permutantur.

ib. *ἀλλ' ἢ ἐν Ἱερουσαλὴμ*] *ἢ* omittitur in Edd. omnibus praeter Wott. Galland. et Schoenemann.

8. *ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ*] *coram Templo.* Atrium enim interius constat ex *ναῷ* (parte tecta) et *θυσιαστηρίῳ* seu Atrio Altaris aperto, et sine tecto. Vide Matth. xxiii. 25. Luc. xii. 5. Apoc. xi. 1, 2. et Mede ibid. pp. 125–7. SANCROFT.

ib. *μωμοσκοπηθὲν*] Sacerdotes non tantum Judaeorum sed gentium etiam hostias probare solebant, et victimarum praecordia diligenter inspicere et examinare, antequam litarent; quod *οἱ ἔξωθεν, δοκιμάζειν* et *ἐξετάζειν τὰ ἱερεῖα* vocant, Scriptores autem Sacri *μωμοσκοπεῖν*. Unde Philo Judaeus *περὶ Γεωργίας*, [Opp. i. p. 320. ed. Mangey.] *Ἄτοπον γὰρ ἱερέων μὲν πρόνοιαν ἔχειν, ὡς ὁλόκληροι τὰ σώματα καὶ παντελεῖς ἔσονται, τῶν τε καταθυομένων ζώων, ὡς οὐδὲν οὐδεμίᾳ τὸ παράπαν ἀλλ' οὐδὲ τῇ βραχυτάτῃ χρήσεται λώβῃ· καὶ τίνας δεῖ καὶ ὅσους ἐπ' αὐτὸ τοῦτο χειροτονεῖν τὸ ἔργον, οὓς ἔνιοι μωμοσκόπους ὀνομάζουσιν, ἵνα ἄμωμα καὶ ἀσινῆ προσαγῆται τῷ βωμῷ τὰ ἱερεῖα κ. τ. λ.* ubi nominis rationem observare licet, et quod infrequenter ante ipsum, et a quibusdam tantum usurparetur.

σκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν προειρημένων λειτουργῶν. Οἱ οὖν παρὰ τὸ καθῆκον τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ποιοῦντές τι, θάνατον τὸ πρόστιμον ἔχουσιν. Ὁρᾶτε, ἀδελφοὶ, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσούτῳ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ.

Ordo ministrorum in

ΜΒʹ. Οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν ἀπὸ

Clemens Alex. Strom. iv. [§. 18. p. 617. ed. Potter.] ἦσαν δὲ κἀν ταῖς τῶν θυσιῶν προσαγωγαῖς παρὰ τῷ νόμῳ οἱ τῶν ἱερείων μωμοσκόποι. Et Chrysostomus, Hom. xx. in Ep. ad Romanos [§. 2. Opp. tom. ix. p. 657. ed. Bened.] de praevia examinatione nostra corporis et animi, antequam ad Sacram Synaxin accedere praesumamus, sic scribit: Διὸ χρὴ πανταχόθεν μωμοσκοπεῖσθαι τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον· εἰ γὰρ οἱ τὰς παλαίας ἀναφέροντες θυσίας ἐκελεύοντο πάντα περισκοπεῖν, ...πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοὺς οὐ πρόβατα ἄλογα, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἀναφέροντας πλείονα ἀκρίβειαν ἐπιδείκνυσθαι χρὴ, καὶ πανταχόθεν εἶναι καθαρούς. Et Homil. vii. in Ep. ad Hebraeos: Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἱερεὺς ἐπιφωνεῖ τότε τοὺς ἁγίους καλῶν, καὶ διὰ τῆς φωνῆς ταύτης μωμοσκοπῶν ἅπαντας, ὥστε μὴ προσελθεῖν τινὰ ἀπαράσκευον κ. τ. λ. JUNIUS. Μωμοσκόπους, eos victimarum probatores, μοσχοσφραγιστὰς vocatos invenies in lib. 4. Porphyrii de Abstinentia ab animatis. COTEL. Vid. Levit. xxii. 21. ἄμωμον ἔσται εἰσδεκτὸν, πᾶς· μῶμος οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ. et S. Polycarp. Epist. ad Philipp. §. 4. πάντα μωμοσκοπεῖται.

1. διὰ τοῦ ἀρχιερέως] Forte legendum est Ἱερέως, cum Sacerdotum inferioris ordinis potius quam summi Sacerdotis sit τὰς θυσίας μωμοσκοπεῖν. Haec sane ita displicuerunt Anonymo [Bernardo] ut non potuerit seipsum temperare, quin pro more suo, quid possit ars critica, frustra tentarit. Inquit enim ad locum a μωμοσκοπηθὲν ad λειτουργῶν, 'Haec ex Clem. Alex. 'p. 521. B. male immutata 'effictaque. Nam et male hic 'haerent vix quidem Graeca, et 'falsissimum dicunt, scilicet 'fuisse summi et caeterorum 'Sacerdotum ac Levitarum esse 'μωμοσκόπους.' Quid sibi velit nescio sane, nisi quod omnia carpere ei in animo est. Si connexionem quaeramus, si Graecae linguae proprietatem, nihil est ab ea alienum; si accuratam legalium rituum cognitionem, eorum potuit esse non adeo peritus, ut certo sciat cujus sit μωμοσκοπεῖν. Sin pro ἀρχιερέως legatur ἱερέως, omnia se recte habent: imo summo Sacerdoti aliquali modo tribui potest hoc officium τοῦ μωμοσκοπεῖν, cum ejus sit singulis Sacerdotibus et Levitis, qui altari temploque adsistebant, munus proprium demandare, et curare ut omnia, quae ad templum spectabant,

dote, et praedictis ministris. Qui igitur, praeter Levit. xvii. 8, 9.
id quod voluntati ejus consentaneum est, aliquid
admittunt, mortis supplicio puniuntur. Videtis,
fratres, quo majore cognitione digni sumus habiti, eo Luc. xii. 48.
graviori periculo obnoxii sumus.

XLII. Apostoli nobis a Domino Jesu Christo

rite peragantur. WOTT. Subtilitates Judaeorum circa hanc μωμοσκοπίαν legere est apud Maimonidem, qui in *Jad Hasaca* Tract. *Issure Misbeach* §§. 2, 3. numerat 73 vitia sacrificiorum, quorum 50 et hominem et pecus profanum faciunt, reliqua 23 propria sunt pecudibus. Nec tamen aut ibidem aut alibi invenire est, quod hic tradit Clemens, curam hanc accuratissimae inspectionis et perspectionis victimarum integritatis summo praecipue Pontifici et reliquis incubuisse sacerdotibus. Sed sive jam ipsi per se hac opera defuncti fuerint, sive alios ad hoc curandum delegaverint, dubitari nequit, quin summo studio et quasi sub eorum oculis peractum fuerit hoc negotium: ea de causa praeter alias opus fuit continua fere praesentia summi Sacerdotis in templo: id certe inter praecipuas functiones hujus ponit Maimonides, Tract. *Kele hammicdasch* §. 5. 'Ad gloriam et honorem Summi Pontificis pertinet, ut consideat in sanctuario per totum diem, nec egrediatur, nisi domum tantum noctu, aut per horam, aut bihorium interdiu.' Si cui haec nondum ad scrupulum hunc tollendum satis idonea videantur, quid obstat, quominus mutata vulgari interpunctione, ipsum dubii fundamentum removeamus? ut τὸ διὰ τοῦ ἀρχιερέως κ. τ. λ. non ad vocabulum remotius μωμοσκοπηθὲν, sed ad propinquius προσφερόμενον referamus, hoc sensu, non in quolibet loco, sed Hierosolymis dumtaxat, nec in quavis hujus civitatis parte, sed in atrio tantum, sacrificia a summo et reliquis sacerdotibus offeruntur, postquam prius a μωμοσκόποις accurate fuerunt perquisita. Non enim id praecipue agit B. Clemens, ut doceat quis peculiariter sit μωμοσκόπος, sed a quo et quo in loco sacrificia oporteat offerri. Unde etiam patet, quam infirmum sit fundamentum cl. Edvardi Bernard, hanc totam pericopen ceu falsam et ineptam eo nomine effurcillantis. FREY.

4. πρόστιμον] Polybius, i. 17. Τὸ γὰρ πρόστιμον παρ' αὐτοῖς (Ῥωμαίοις) θάνατός ἐστι τῷ προεμένῳ τὸν τόπον— Hesychius, πρόστιμον· ζημία, παραγραφή.— Moeris Attic. Ἐπιτίμιον, Ἀττικῶς. πρόστιμον Ἑλληνικῶς.

ib. Ὁρᾶτε, κ. τ. λ.] Citantur haec a Clemente Alex. αὐταλεξεί, [p. 613.] quibus, praetermissis iis quae habentur usque ad §. 48. subnectit, Ἡ σεμνὴ οὖν, κ. τ. λ. WOTT.

5. κατηξιώθημεν] Cod. MS. ΚΑΤΑΞΙΩΘΗΜΕΝ.

7. εὐηγγελίσθησαν] Forte pro εὐηγγελίσαντο; vel dele ἡμῖν, et

Ecclesia a Christo constitutus.

τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἐξεπέμφθη ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ· ἐγένοντο οὖν ἀμφότερα εὐτάκτως ἐκ θελήματος Θεοῦ.

Episcopi et Diaconi ab Apostolis ordinati.

Παραγγελίας οὖν λαβόντες, καὶ πληροφορηθέντες διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πιστωθέντες ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, μετὰ πληροφορίας Πνεύματος Ἁγίου, ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. Κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες, καθέστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ Πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους

dic εὐηγγελίσθησαν, i. e. *nuntium salutis acceperunt, Evangelium edocti sunt*. BOIS. Priorem rationem mallent Wottonus et Schoenemannus. Apud Cotelerium, Coustantium, et Hornemannum, exhibetur εὐαγγελίσθησαν, ex incuria, ut videtur, typographi.

6. πιστωθέντες ἐν τῷ λόγῳ] Praepositionem ἐν a Wottono repositam exhibent Gallandius et Schoenemannus. Eamdem locutionem habes apud D. Paulum, II. Ep. ad Tim. iii. 14.

7. πληροφορίας] Cf. Col. ii. 2. I Thess. i. 5. Hac voce sermonem patrium ditavit Bullus, Discourse 3. 'The witness of 'the Spirit doth not ordinarily 'produce in the faithful that 'highest degree of persuasion 'which amounts to a *plero*-'*phory*, or absolute and full as-'surance of his salvation, ex-'cluding all doubt thereof.' Vol. iii. p. 43. ed. Burton.

10. καθέστανον] Ita ad Cod. MSti fidem Wotton. Galland. et Schoenem. Caeteri καθίστανον. καθιστάνω et καθιστάω recentioris Graecismi formae. Cf. infra, §. 44. Τοὺς οὖν κατασταθέντας ... et notata ad Ignat. Ep. ad Trall. §. 3. τὸ κατάστημα.

11. δοκιμάσαντες] Quippe quibus διακρίσεις πνευμάτων per Spiritum Sanctum datae fuerant. I Cor. xii. 10. Cf. infra §. 44. ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες. §. 46. ἄνδρι δεδοκιμασμένῳ. Hanc vocem e jure Attico desumtam illustrat Suicerus in Thes. Eccles.

ib. εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους] Hic insurgunt adversus Ecclesiam novi Aëriani, clamantes agnosci dumtaxat a Clemente duos in Clero ordines, Episcoporum, eorumdemque Presbyterorum, et Diaconorum. Ad quos breviter, uti notarum scriptorem decet, ita respondeo. Non sunt expressiora verba Epistolae nostrae testimoniis Novi Testamenti; de Episcopis et Diaconis solummodo, Philipp. i. 1. et I Tim. iii.; de Episcopis et Presbyteris, Act. xx. 17, 28. Tit. i. 5, 7. et

evangelizaverunt, Jesus Christus a Deo. Missus est igitur Christus a Deo, et Apostoli a Christo; et factum est utrumque decenter ex voluntate Dei. Mandata quippe accipientes, et per resurrectionem Domini nostri Jesu Christi plena certitudine imbuti, Deique verbo confirmati, cum certa Spiritus Sancti fiducia egressi sunt, annunciantes regni Dei adventum. Per regiones igitur et urbes verbum praedicantes, primitias earum, Spiritu cum probassent, Episcopos et Diaconos eorum qui credituri erant, constituerunt. Neque hoc quidem novum institutum

Joan. xvii. 18. xx. 21

I Pet. v. 1, 2.; de Presbyteris ac Presbyterio, Act. xiv. 23. xv. 2, 4, 6, 22, 23, 41. xvi. 4. xxi. 18. I Tim. iv. 14. v. 17, 19. Jac. v. 14. II et III Joh. i. Verum hos textus nequaquam officere Orthodoxiae, fuse solideque demonstratur a Catholicis doctoribus; quod neminem latet. Certe nomina Apostoli, Episcopi, Presbyteri, in Scripturis ponuntur ὁμωνύμως. Apostolus Christus: Apostoli, modo tantum duodecim, modo etiam Barnabas, Paulus, Andronicus, Junias, Epaphroditus, aliique plures, I Cor. xv. 7. Jam vero Episcopus dicitur Christus, I Pet. ii. 25. Episcopatus tribuitur Apostolis, Act. i. 20. Episcoporum nomen veris Episcopis, hoc est Antistitibus primi ordinis, datur I Tim. iii. 2. et Tit. i. 7. juxta communem SS. Patrum doctrinam. Et Episcopi, Philipp. i. 1. sunt secundi gradus, δευτέρου θρόνου sacerdotes, Chrysostomo, Oecumenio, Theophylacto, Theodoreto, necnon Auctori Commentariorum inter Hieronymi Opera cusorum: item Act. xx. 28. Pseudo-Hieronymo illi ad I Tim. iii. 8. Theodoreto in interpretatione versus primi Epistolae ad Philippenses, et Maximo ad initium Coelestis Hierarchiae, ac libri de Divinis Nominibus; praeterea I Tim. iii. 2. et Tit. i. 7. Theodoreto eidem. Denique πρεσβύτερον se appellat Apostolus Petrus, itidemque Apostolus Johannes; et I Tim. iv. 14. Presbyterium de primo sacerdotii gradu exponunt antiqui interpretes; in aliis vero locis Presbyteros seu Seniores, interdum volunt esse summos primosque Sacerdotes, interdum Sacerdotes inferiores ac secundos; observantque saepenumero, indiscriminatim solere appellari Episcopos et Presbyteros. Quinetiam ex mente Chrysostomi ad Philipp. i. 1. initio Christianismi sub Diaconorum nomine Episcopos etiam ac Presbyteros designabant. COTEL. Forte etiam Episcopos tantum ac Diaconos hic recenset, propter Esaiae locum mox ab eo citatum, in quo Episcopi et Diaconi nominatim memorantur. COUST.

καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. Καὶ τοῦτο οὐ καινῶς· ἐκ γὰρ δὴ πολλῶν χρόνων ἐγέγραπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων· οὕτως γάρ που λέγει ἡ γραφὴ, "Καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν "δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει."

Exemplum Moysis, qui contentio-

ΜΓ'. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ οἱ ἐν Χριστῷ πιστευθέντες παρὰ Θεοῦ ἔργον τοιοῦτο, κατέστησαν τοὺς

4. Καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους] Interpretes LXX habent καὶ δώσω τοὺς Ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. Textus Hebr. *et ponam censum tuum pacem, et exactores justitiam.* Vulgat. *et ponam visitationem tuam pacem, et praepositos tuos justitiam.* Vers. Syr. *censorem tuum constituam pacem, et praefectum tuum pacem.* De Hammondo et Marino asserit Cotelerius, quod alter Clementinam lectionem fuisse Codicis quo utebantur Apostoli, atque hodiernae esse praeferendam [adv. Blondell. Dissert. iv. 7. v. 7.]; alter decerptum esse quod hic citatur ex libro aliquo sive Sacro sive Apocrypho, qui non exstat hodie, existimavit. [Exercit. Bibl. I. ix. 4.] Ipse Cotelerius conjuncta fuisse duo Esaiae testimonia lx. 17. et lxvi. 21. ἀπ' αὐτῶν λήψομαι Ἱερεῖς καὶ Λευΐτας. Ego sane existimo Colomesium rem attigisse, apud quem hoc de loco ita legimus, 'Vix itaque 'dubitem, quin B. Clemens 'locum illum ut alios aliquot 'paulo immutarit, ut ad pro-'positum suum aptaret; nec 'Hebraeus Textus secus sentire 'nos cogit, ut pluribus conten-'dit vir notissimae eruditionis 'Henricus Hammondus.' Minime igitur ferendus est Anonymus, [Bernardus,] qui, cum sit perfrictae frontis vir, ausus est hoc in loco temere effutire, 'Qui ausus est tot ineptias 'Clementis nomine vendere, 'etiam Sacris Literis hanc 'clausulam adjecit, ut assu-'mentum hoc praecedentibus 'responderet.' Impares autem erunt hujus conatus ad infirmandam authoritatem Epistolae, qua non est alia, quae magis respondet characteri Apostolici Scriptoris, aut pluribus usa est testimoniis sanctorum et antiquiorum Patrum. Haec eadem a S. Irenaeo citata eodem in sensu, licet aliter ad veritatem LXX Intt. expressa legimus: Τοιούτους Πρεσβυτέρους ἀνατρέφει ἡ Ἐκκλησία, περὶ ὧν καὶ ὁ Προφήτης φησίν· Δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. IV. xxvi. [5. p. 263. ed. Massuet.] Eodem modo haec explicat S. Hieronymus, '*Ponam,* 'inquit, *principes tuos in pacem,* '*et episcopos tuos in justitiam.* '... In quo Scripturae Sanctae 'admiranda majestas, quod 'principes futuros Ecclesiae 'Episcopos nominavit; quorum 'omnis visitatio in pace est, et

fuit, multis enim retro saeculis de Episcopis et Diaconis scriptum fuerat; sic enim alicubi dicit Scriptura, *Constituam Episcopos eorum in justitia, et Diaconos eorum in fide.* Esai. lx. 17.

XLIII. Et quid mirum, si quibus in Christo a Deo hoc munus commissum fuit, praedictos consti-

'vocabulum dignitatis in justi-'tia;' &c. [Opp. tom. iv. p. 728. ed. Vallars.] WOTT. Quidquid illustr. Fellus aliique viri docti hic laborent, fatendum humani quid passum, atque imbecilli prorsus argumento usum Clementem in allegatione ista. . . . . Hebraea verba non sine violentia eo trahi queunt; ut enim פקדה satis commode ἐπισκοπήν, et per figuram *Episcopos* notare possit, quis concedet נוגשים recte per *Diaconos* verti, indeque firmo ratiocinio concludet, multis retro seculis, quod hic affirmat Clemens, ordinem Episcoporum et Diaconorum jam a Deo constitutum et perscriptum fuisse? ne alias ab Hebraeo aberrationes in hoc loco reddendo attingam. Vel ergo auctoritas cujusdam Interpretis viro optimo imposuit, vel vitioso innixus est Codice Graeco, vel memoria fefellit. Quotquot fuerunt Interpretes vetusti, Graecus, Syrus, Chaldaeus, Arabs, Latinus, ignorant penitus hos diaconos. FREY. Isaiae verba sic intelligenda sunt ut primario ad *Judices Judaeorum* et ipsorum *ministros* pertineant, quales in omnibus civitatibus jussu Domini constitutos videmus. Deut. xvi. 18. Aequissimum est et S. S. genio valde consentaneum ut quod primario in Judaeorum foro locum habuerit, secundario ad Christi Ecclesiam accommodetur. Illud ab Apostolis ipsis et Evangeliorum scriptoribus non raro factum videmus; nec igitur neganda Clementi libertas ista, qui voculas illas duas, civitate jam (ante scriptam hanc Epistolam) donatas et a Paulo simul positas, Phil. i. 1. apud Graecum Isaiae Interpretem, cujus authoritas apud Hellenistas, ipsosque, ad quos scribebat, Corinthios, multum valebat, repererat. HAMMOND. adv. Blondell. Dissert. v. 7. Scriptores Ecclesiastici antiquiores loca S. S. in modum ab usu nostro abhorrentem adducere et ad institutum suum accommodare solebant. Cf. supra §. 23. extr. et Euseb. H. E. i. 4. Ἔνθεν αὐτοὺς δὴ τοὺς θεοφιλεῖς ἐκείνους εὕροις ἂν καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ κατηξιωμένους προσωνυμίας, κατὰ τὴν φάσκουσαν περὶ αὐτῶν φωνήν· "Μὴ "ἅψησθε τῶν χριστῶν μου, καὶ "ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονη-"ρεύησθε."

6. πιστευθέντες] Ita Wotton. Russel. Galland. Schoenem. et Hefelius, ad fidem MSti. At reliqui cum Junio πιστεύοντες, germana lectione ad marginem rejecta. Cf. B. Paulum ad Tit. i. 3. ἐν κηρύγματι ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ.

nem de sacerdotali dignitate ortam sedavit.

προειρημένους; ὅπου καὶ ὁ μακάριος πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ Μωϋσῆς τὰ διατεταγμένα αὐτῷ πάντα ἐσημειώσατο ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ᾧ καὶ ἐπηκολούθησαν οἱ λοιποὶ προφῆται, συνεπιμαρτυροῦντες τοῖς ὑπ' αὐτοῦ νενομοθετημένοις. Ἐκεῖνος γάρ, ζήλου ἐμπεσόντος περὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ στασιαζουσῶν τῶν φυλῶν ὁποία αὐτῶν εἴη τῷ ἐνδόξῳ ὀνόματι κεκοσμημένη, ἐκέλευσεν τοὺς δώδεκα φυλάρχους προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους ἐπιγεγραμμένας ἑκάστης φυλῆς κατ' ὄνομα· καὶ λαβὼν αὐτὰς ἔδησεν, καὶ ἐσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις τῶν φυλάρχων, καὶ ἀπέθετο αὐτὰς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῦ Θεοῦ· καὶ κλείσας τὴν σκηνήν, ἐσφράγισεν τὰς κλεῖδας, ὡσαύτως καὶ τὰς ῥάβδους· καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἄνδρες ἀδελφοί, ἧς ἂν φυλῆς ἡ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέλεκται ὁ Θεὸς, εἰς τὸ ἱερατεύειν καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ. Πρωΐας δὲ γενομένης, συνεκάλεσεν πάντα τὸν Ἰσραήλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶ[ν, καὶ ἐπε]δείξατο τοῖς φυλάρχοις [τὰς σφρα]γῖδας, καὶ ἤνοιξεν τὴ[ν σκηνὴν] τοῦ μαρτυρίου, καὶ προσ[ήνεγκεν] ῥάβδους· καὶ εὑρέθη ἡ ῥ[άβδος] Ἀαρὼν οὐ μόνον βεβλα[στηκυῖα], ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα. Τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; Οὐ πρ[ο-

2. τὰ διατεταγμένα] Ante has voces Cotelerius, Colomesius, et Coustantius inserendum ducunt ὅς.

5. Ἐκεῖνος γὰρ κ. τ. λ.] Referendo virgarum historiam, ad contenta capite xvii. libri Numerorum adjicit nonnullas circumstantias admodum verisimiles, ac ut videtur desumptas ex Hebraeorum traditionibus. Cum vero duodecim virgas ponit, eadem in sententia versatur ac Philo Judaeus, lib. iii. de Vita Mosis, circa medium, [Opp. ii. p. 162. ed. Mangey.] Augustinus, Sermone 3. de Tempore. [Serm. 245. Append. tom. v. ed. Bened.] COTEL.

8. κεκοσμημένη] Cod. MStus exhibet ΚΕΚΟΣΜΗΜΕΝΩ.

9. ἐπιγεγραμμένας] Davisius

tuerint? quando quidem et beatus Moyses, *fidelis servus in universa domo*, omnia quae ipsi mandata erant, in sacris libris notaverit; quem caeteri prophetae uno consensu sequuti sunt, testimonium eis praebentes quae ab ipso legibus sancita sunt. Ille enim, cum aemulatio pro sacerdotio incidisset, et tribus inter se dissentirent, quaenam illarum glorioso illo nomine et titulo ornanda esset, jussit duodecim tribuum principes afferre sibi virgas, quibus uniuscujusque tribus nomen esset inscriptum; quas cum accepisset in fasciculum ligavit, et annulis principum tribuum signavit, et in tabernaculo testimonii ac mensa Domini deposuit eas, clausoque tabernaculo, claves similiter et virgas signavit, et dixit eis, Viri fratres, cujus tribus virga germinaverit, hanc elegit Deus, quae ipsi sacra faciat et ministret. Mane autem facto congregavit universum populum Israel, sexcenta millia virorum, et tribuum principibus sigilla ostendit, tabernaculum testimonii aperuit, et virgas protulit; et inventa est virga Aaronis, non tantum germinasse, sed et fructum ferens. Quid

Heb. iii. 5.

Num. xvii.

mavult ἐπιγεγραμμένης.

10. φυλῆς κατ' ὄνομα] φυλῆς τὸ ὄνομα conjicit Boisius. Apud Josephum, Antiq. Jud. iv. 4. legimus τὰ τῶν φυλῶν ὀνόματα βακτηρίαις ἐπιγεγραμμένα. Cf. Ignat. Ep. ad Smyrn. §. 13.

11. ἐσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις] De hoc silent prorsus sacrae literae; censendum igitur est petitum fuisse ex indubitata aliqua traditione, sicut illud quod dicitur de Prophetia Enoch, in Ep. S. Judae ver. 17. Et quod a S. Paulo dicitur de Janne et Jambre Magis Aegyptiis: nisi forte Spiritus Sanctus ea aliter ignota S. Apostolis dictarit, quod sane B. Chrysostomo haud absimile videtur, qui de his verbis, ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσεῖ, κ. τ. λ. [II Tim. iii. 8.] haec habet; Τίνες εἰσὶν οὗτοι οἱ Μάγοι οἱ ἐπὶ Μωσέως; Πῶς δὲ αὐτῶν τὰ ὀνόματα οὐδαμοῦ ἐμφέρεται ἀλλαχοῦ; ἢ ἀγράφως παραδέδοται, ἢ ἀπὸ τοῦ Πνεύματος εἰκὸς ἦν εἰδέναι τὸν Παῦλον. [Homil. viii. in II Tim. Opp. tom. xi. p. 708. ed. Ben.] WOTT. Josephus (ubi supra) ait virgas facile cognitas τῶν τότε ἀνδρῶν κατασημηναμένων αὐτὰς οἵπερ ἐκόμιζον. FELL.

ἔγνω] Μωϋσῆς τοῦτο μέλλειν [ἔσεσθαι]; Μάλιστα ᾔδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀκ[αταστα]σία γένηται ἐν τῷ Ἰσραὴλ, οὕτω[ς ἐποί]ησεν, εἰς τὸ δοξασθῆναι τ[ὸ ὄνο]μα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου [Θεοῦ], ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Apostolorum regula de creandis Episcopis.

ΜΔ'. Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν, κατέστησαν τοὺς προειρημένους, καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως ἐὰν

3. ἐποί]ησεν] Ita cum Junio libri omnes in contextu. Cotel. Colom. et Coustant. ad marginem exhibent ἐνόησεν. Lacunae sane magnitudo lectioni vulgatae favet.

4. τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου [Θεοῦ] τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. S. Johan. xvii. 3.

6. ἀπόστολοι ἡμῶν] Hoc nullus unquam dixit Clemens. BERNARD. Davisius vel εὖ μὲν ἔγνωσαν rescribendum, vel ἡμῶν prorsus delendum putat. Quibus bene respondet Gallandius: 'Lege Phil. ii. 25... 'Ἐπαφρόδιτον ... ὑμῶν ἀπόστο-'λον. pressius adhuc II Pet. 'iii. 2. . . . . τῆς τῶν ἀποστόλων 'ἡμῶν ἐντολῆς. Cur ergo οἱ 'ἀπόστολοι ἡμῶν non scripserit 'S. Pater? His addas velim 'II Cor. viii. 23. ... ἀπόστολοι 'ἐκκλησιῶν ... quo sensu forte 'dixerit S. Clemens οἱ ἀπόστολοι 'ἡμῶν, ad utramque Ecclesiam, 'Romanam sc. et Corinthiacam 'respiciens. Denique ad rem 'quod attinet, ita statuit ip-'semet Apostolus, I Cor. iii. 22. 'πάντα γὰρ ὑμῶν ἐστὶν, εἴτε Παῦ-'λος, εἴτε Ἀπολλὼς κ. τ. λ.'

ib. διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν] Ita recte Edd. ad unum cum Junio. Pro ΚΥ̅, quam vocem excidisse putabat Russelius, librarius noster exaravit ΧΥ̅.

7. ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς.] Apostoli nostri per Jesum Christum cognoverant (Christo ipso, ut videtur, praedicente) contentionem de Episcopatus nomine orituram esse, scil. aut de *dignitate Episcopali*, ut ὄνομα significat ἀξίωμα, aut de *re ipsa*, adeoque de nomine rem ipsam denotante. HAMMOND. c. Blondellum. Diss. v. cap. 7. §. 8. Chevall. cum Wakio, *that contentions should arise on account of the ministry.* Herzogius, *über den Namen des Episkopats*. Grassius et Ruchatus, *l'honneur de l'Episcopat*.

9. πρόγνωσιν εἰληφότες] Junii et Colomesii interpretatio eadem est ac Wottoniana. Cotelerius et Coustantius vertunt, *perfectam praecognitionem adepti.* Mire Hornemannus, *omnibus perquisitis, et quae cognoverunt sedulo perpensis*. Tu confer I Tim. i. 18. iv. 14. et Chry-

vobis videtur, dilecti? An non hoc futurum praesciverat Moyses? Maxime noverat; verum ne seditio et confusio in populo Israel oriretur, ita fieri excogitavit, ut nomen veri et solius Dei glorificaretur, cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

XLIV. Apostoli quoque nostri per Jesum Christum Dominum nostrum cognoverunt, contentionem de nomine Episcopatus oborituram; atque ob hanc causam, perfecta praescientia praediti, constituerunt praedictos, ac deinceps futurae successionis seriem tradiderunt, ut cum illi decessissent, ministerium

sostomum a Grotio in Comment. indicatum . . . τότε δὲ, ἐπεὶ οὐδὲν ἀνθρώπινον ἐγίνετο, καὶ ἀπὸ προφητείας ἐγίνοντο οἱ Ἱερεῖς. Τί ἐστιν ἀπὸ προφητείας; ἀπὸ Πνεύματος Ἁγίου. Homil. v. §. 1. in I Ep. ad Tim. Opp. xi. p. 574. ed. Bened.

ib. τοὺς προειρημένους] Hoc est, Episcopos et Diaconos. Apostoli constituerunt inspectores et ministros iis qui credituri erant, aeque in Ecclesiis Romana et Corinthia ac in aliis. Qua in re obiter observandum, Petri partes atque auctoritatem non plus valuisse quam aliorum; Clemens enim quosvis commemorat ἀποστόλους, atque ἀποστόλους ἡμῶν vocat. GUL. BURTON.

10. μεταξὺ] Hic et infra, i. q. μετέπειτα, ut Act. Apost. xiii. 42. Barnab. Ep. §. 10. εἶδε δὲ Ἰακὼβ τύπον τῷ πνεύματι τοῦ λαοῦ τοῦ μεταξύ. Hujus significationis paullo insolentioris exempla idonea dabit Krebsius, Observ. Flavian. pp. 220, 221. Cod. MStus hic et infra exhibet ΜΕΤΟΞΥ.

ib. ἐπινομὴν] Hujus vocis duo tantum exempla praebent Lexica; Plutarch. Vit. Alex. §. 35. ubi de ignis, Aelian. Hist. Anim. xii. 32. ubi de veneni depastione ponitur. Ad hunc Nostri locum plurimas interpretationes a viris doctis prolatas habemus. Junium si audias, *descriptas ministeriorum et officiorum vices* in animo habuit S. Pater. Salmasius vertit *praeceptum*. Usserius, *ordinem praescriptum*. Colomesius, *ordinationem*. Hammondus, in cujus sententiam eunt Fellus et Wottonus, in Dissert. 5. §. 7. contra Blondellum, intelligit *seriem aut modum successionis, catalogum, distributionem, aut ordinationem*. Alio in loco, nempe in libro cui titulus, *The Power of the Keys*, chap. iii. §. 4. p. 20. idem vir doctissimus, de hoc loco Clementis agens, ita interpretatur, *they set down a list or continuation of successors*. Ab illa interpretatione Hammondi haud multum dissidet Coteleriana, *futurae successionis regulam;* ad hanc accedit Clericus, *subrogationem*, i. e. *nomina subrogandorum, successionem in*

κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. Τοὺς οὖν κατασταθέντας ὑπ' ἐκείνων, ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν, συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης, καὶ

Legitime electos ac recte viventes de munere suo de-

mortui locum, ad quam interpretationem confirmandam Hesychium adducit, qui ἐπινόμους exponit κληρονόμους, *haeredes*. Schoenemannus vertit, *futurae successionis hanc tradiderunt regulam*. Ruchatus, *et pour la suite ils ont donné ce Réglement*, &c. Herzogius, *bestellten sie die Vorgenannten ; und übergaben ihnen dann das Recht*, &c. Wakius et Chevall. *and then gave direction*, &c. Interpres Anon. Aberdoniensis, *and then gave an additional direction*, &c. Cui nulla ex his satisfacit, conjecturas quae afferuntur videat. Conjicit Junius legendum esse ἀπονομήν. Boisius, ἐπιλογήν, vel ἐπιλογὴν ἑτέροις, sc. interea dum vivebant aliis jus eligendi concesserunt; Turnerius, apud Usserium de Epistolis S. Ignatii §. 18., ἐπιμονήν.

ib. δεδώκασιν] Cod. MStus exhibet ΕΔΩΚΑΣΙΝ. Legendum forte ἔδωκαν.

1. κοιμηθῶσιν] Beate defunctos Spiritus Dei passim vocat κεκοιμημένους. Matt. xxvii. 52. Act. vii. 60. I Cor. xv. 6. I Thess. iv. 13, 15. Cf. Ignat. ad. Rom. §. 4. Sic Hermas, Pastor. I. iii. 5. 'Electis Dei qui *dormierunt*.'

ib. δεδοκιμασμένοι ἄνδρες] *probati*, scilicet, uti videtur, a Spiritu Sancto. Vide supra §. 42. δοκιμάσαντες τῷ Πνεύματι.

2. κατασταθέντας κ. τ. λ.] Locus, si quis alius, apprime utilis ad intelligendum quae fuerint partes Cleri et Plebis, in Episcoporum ordinatione. Κατάστασις ad Apostolos et Episcopos, συνευδόκησις ad Plebem spectabat. Rem optime illustrat B. Cyprianus, Epist. lxviii. [lxvii. p. 172. ed. Fell.]—'Diligenter 'de Traditione Divina et Apostolica Observatione servandum 'est et tenendum, quod apud 'nos quoque et fere per universas provincias tenetur, ut ad 'ordinationes rite celebrandas, 'ad eam plebem cui praepositus 'ordinatur, Episcopi ejusdem 'provinciae proximi quique conveniant, et Episcopus deligatur plebe praesente, quae singulorum vitam plenissime novit, et uniuscujusque actum 'de ejus conversatione perspexit.' Ita in substituendo successore in locum Judae traditoris, cum Apostoli duos constituissent, fideles ex eorum mandato inquirunt, et ἐπισκοπῇ quadam Episcopum designant, ἐπισκέπτοντες ἄνδρας μεμαρτυρημένους. Cujus rei, cum obiter mentionem fecisset, hanc causam assignat D. Cyprianus modo laudatus: 'Hoc tam diligenter 'et caute convocata tota plebe 'gerebatur, ne quis ad altaris 'ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet.' Ita et Timotheus a B. Paulo ordinabatur, siquidem ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν. Act. xvi. Verba

eorum ac munus exciperent alii viri probati. Constitutos itaque ab illis, vel deinceps ab aliis viris eximiis, cum consensu universae ecclesiae, qui inculpate

Origenis, hac ipsa in re, Hom. vi. in Levit. [Opp. ii. p. 216. ed. Ben.] legisse minime pigebit, qui ait, 'requiri in ordinando 'sacerdote praesentiam populi, 'ut sciant omnes et certi sint, 'quia qui praestantior est ex 'omni populo, qui doctior, qui 'sanctior, qui in omni virtute 'eminentior, ille eligitur ad 'sacerdotium; et hoc adstante 'populo, ne qua postmodum 'retractatio cuipiam, ne quis 'scrupulus resideret.' Iste autem plebis est assensus, quem Theodoretus in causa Petri, successoris Athanasii, Lib. iv. 20. describit, quod in illo ὁ λαὸς ἅπας ταῖς εὐφημίαις ἐδήλουν τὴν ἡδονήν. In Ecclesia nostra etiamnum requiritur; et ante collatos Presbyteratus ordines in solenni Officio, allocutio ad plebem habetur. Nec aliud fere agitur, in constituendis apud nos Episcopis; licet enim *nominatio* (quae quidem plurimum valere solet) penes sit Principem; *Electio* tamen, ad Presbyterium sive episcopalis sedis capitulum (veteris Alexandrini moris ad instar, de quo Hieron. Eutych. et alii) etiamnum pertinet: ea tamen peracta (quod etiam Alexandriae factum intelligere est, vel ex loco Theodoreti modo laudati) plebis assensus demum expectatur; in quem finem, *Electio*, a Presbyterio seorsim habita, ab iisdem Plebi universae, in navi Ecclesiae Cathedralis, solenniter solet renunciari, qui plerumque eandem gratam atque ratam habent. FELL.

4. συνευδοκησάσης] *Applaudente aut congratulante tota Ecclesia.* Nihil hic de *acceptatione* totius Ecclesiae, sine qua Episcopos et Diaconos ab Apostolis et Apostolicis viris constitutos non esse, ex hoc loco concludit Blondellus; quasi qui ex Dei jussu et approbatione constituebantur, populi etiam acceptatione indigere putandi essent. HAMMOND. Apostolos sibi successores διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως sive χειροτονίας constituisse, suamque in eos Ecclesiam instituendi ac regendi derivasse ἐξουσίαν, qua et aliis munus Episcopale non interrupta ac continua per omnia saecula successione traditúri essent, testantur ubique sancti Patres; eosque, qui ita constituti fuerunt, non ab hominibus sed a Deo ipso potestatem spiritualem, qua Ecclesiam Christi administrarent et regerent et successores sibi constituerent per omnia futura saecula, accepisse nos docent. Aliam Laïcis unquam fuisse potestatem praeter τὸ συνευδοκεῖν non agnoverunt, quae συνευδόκησις dicitur a S. Cypriano *suffragium plebis*: Ep. lv. [ed. Fell. p. 104.] 'Et factus est 'Episcopus a plurimis collegis 'nostris qui tum in urbe Roma 'aderant;....factus est Episco'pus de Dei et Christi ejus 'judicio, de Clericorum paene 'omnium testimonio, de Plebis,

jicere nefas.

λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσύχως καὶ ἀβαναύσως, μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβαλέσθαι τῆς λειτουργίας. Ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενεγκόντας τὰ δῶρα, τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν. Μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι, οἵτινες ἔγκαρπον καὶ τελείαν ἔσχον τὴν ἀνάλυσιν· οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται μή τις αὐτοὺς μεταστήσῃ ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου.

'quae tunc affuit, suffragio, et 'de Sacerdotum antiquorum ac 'bonorum virorum collegio;' &c. Per 'plurimis collegis nostris' ii sunt intelligendi, qui consecrarunt Cornelium; ex eo, quod dicit 'factum esse de Dei et 'Christi ejus judicio,' vult innuere, Potestatem Ecclesiasticam legitime secundum leges Ecclesiae et praescriptionem Evangelii in successione continua derivatam et constitutam Divinitus esse a Deo, Christoque ipso non secus ac ἐξουσίαν Apostolicam datam; 'de Cleri-'corum paene omnium testimo-'nio, et de Sacerdotum antiquo-'rum ac bonorum virorum col-'legio' denotat consessum Romanorum sacerdotum, quorum fuit Episcopum eligere, fideique ejus orthodoxae et inculpatis moribus praebere testimonium; 'populi suffragium' idem est, quod Clementis συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας. In alia Epistola legimus: [Ep. lxviii. p. 177.] 'Qui Episcopo Cornelio in Ca-'tholica Ecclesia de Dei judi-'cio, de Cleri ac Plebis suffra-'gio ordinato, profanum altare 'erigere, et adulteram cathe-'dram collocare, et sacrilega 'contra verum Sacerdotem sa-'crificia offerre audet.' Adeo prope ad B. Clementem accedit Cyprianus. WOTT.

1. λειτουργήσαντας ἀμέμπτως] Irenaeus, Fragm. ii. extr. πνευματικῶς λειτουργοῦντες. ed. Pfaff. p. 27.

2. ἀβαναύσως] Vox Graeca βάναυσος de iis artibus dicitur, quae camini et ignis subsidio opera conficiunt; atque inde ad quaslibet mechanicas artes translata est. Unde Hieronymus, I. contra Pelagianos, [§. 21. p. 702. ed. Vallars.] artes omnes memorans, nominatimque Grammaticam, Rhetoricam, Philosophiam aliasque liberales recensens, praemittit; 'Ut ta-'ceam de his quas Graeci βα-'ναύσους vocant, nos ad *opera* '*manuum* pertinere possumus 'dicere.' Veteribus autem hujusmodi artifices ab honoribus secludere solenne erat. At ministerium hic commendatur, quod non sit hujusmodi illiberale. COUST. Confer locum illum insignem Clementis Alex.

ovili Christi ministraverunt, cum humilitate, quiete nec illiberaliter, et longo tempore ab omnibus testimonium praeclarum reportarunt, hos censemus officio injuste dejici. Non enim leve nobis erit peccatum, si eos, qui sancte et sine reprehensione offerunt munera, episcopatu dejecerimus. Beati sunt presbyteri, qui viam prius emensi, fructuosam et perfectam consequuti sunt dissolutionem! non enim verentur, ne quis de constituto ipsis loco eos transferat. Vi-

Cohort. ad Gentes, §. 10. p. 78. ed. Potter. Φειδίας ὑμῶν καὶ ὁ Πολύκλειτος ἡκόντων, Πραξιτέλης τε αὖ καὶ Ἀπελλῆς, καὶ ὅσοι τὰς βαναύσους μετέρχονται τέχνας, γήινοι γῆς ὄντες ἐργάται.

ib. μεμαρτυρημένους] Cod. MS. ΜΕΜΑΡΤΥΡΗΜΕΝΟΙΣ.

6. τὰ δῶρα] Nimis audacter pronuntiat Bernardus neminem veterum ita sine adjecto simpliciter locutum esse. Ignatius in Ep. ad Smyrn. §. 7. Eucharistiam vocat τὴν δωρέαν τοῦ Θεοῦ. et in Const. Apost. viii. 12. legimus οἱ διάκονοι προσαγέτωσαν τὰ δῶρα τῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. Plura exempla hujus significationis e scriptoribus non tantum vetustatis habentibus congessit Cotelerius, qui notat etiam Eucharistiam ab Aethiopibus *Corban* appellari, i. e. δῶρον. Marc. vii. 11. Cf. Suicer. Thes. Eccl. voc. δωρέα, et δῶρον. Virgulam post τὰ δῶρα interposuit Colomesius ut auferret gravem Junii errorem, a Fello notatum, quo vocem ἐπισκοπῆς cum δῶρα construxerat, locumque sic reddiderat, *qui sancte et sine reprehensione Episcopatus munera offerunt*. Herzogius vertit, *wenn wir sie, die unsträflich und heilig die Gaben darbringen, der bischöflichen Würde entsetzen.* Aliter interpretati sunt Gul. Burton, *who have unblamably and holily undergone the duties of their episcopacy:* Wakius et Chevall. ...*should we cast those off from their ministry, who holily and without blame fulfil the duties of it.* Ruchatus, *qui ont offert les dons de l'Eglise, c. d. les prières et l'Eucharistie.* Grassius, *qui offrent dignement et saintement les saints mystères.*

8. τελείαν τὴν ἀνάλυσιν] Cf. B. Paulum, II Ep. ad Tim. iv. 6. ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε...ad Phil. i. 23. τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. Hammondus intelligit Martyrium, illam Christi athletarum τελείωσιν.

10. ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου.] Ex hoc loco satis constat, eos, qui ex hac vita pie excesserunt, habere locum, vel sedem, sibi proprium. Hinc a Clemente dicitur de S. Paulo supra §. 5. εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη, i. e. ad sedes Beatorum. Hinc a S. Barnaba [§. 19.] ὁδεύειν εἰς τὸν ὡρισμένον τόπον· a

Ὁρῶμεν γὰρ ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετάγαγετε καλῶς πολιτευομέν[ους], ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας.

Justos non a justis, sed ab iniquis vexari Scriptura docet.

ΜΕ΄. Φιλόνεικ[οί] ἐστε, ἀδελφοὶ, καὶ ζηλωταὶ περὶ [μὴ] ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν. Ἐν[κύπτετε] εἰς τὰς γραφὰς, τὰς ἀληθεῖς [ῥήσεις] Πνεύματος τοῦ Ἁγίου. Ἐπίστασθε [ὅτι οὐδ]ὲν ἄδικον οὐδὲ παραπε[ποιημ]ένον γέγραπται ἐν αὐταῖς· [οὐ γὰρ ε]ὑρήσετε δικαίους ἀποβε[βλημ]ένους ἀπὸ ὁσίων ἀνδρῶν. [Ἐδιώ]χθησαν δίκαιοι, ἀλλ' ὑπὸ ἀνό[μων]· ἐφυλακίσθησαν, ἀλλ' ὑπὸ [ἀνο]σίων· ἐλιθάσθησαν ὑπὸ πα[ραν]όμων· ἀπεκτάνθησαν [ὑπ]ὸ τῶν μιαρῶν

S. Ignatio, [ad Magnes. §. 5.] *ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν.* Necnon unicuique suum esse gradum secundum fidem, opera vel labores in hac vita perpessos; quod etiam post resurrectionem fore, non obscure subindicat S. Paulus, I. Cor. xv. [41.] Docet etiam nos Beatus Servator noster, [S. Joan. xiv. 2.] *Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν.* Quaenam autem est habitaculorum coelestium distinctio, nisi pro felicitatis gradu diverso; adeo ut unicuique sit sua sedes vel *μονή*, sua gloria? Unde de S. Petro dicit, [supra §. 5. p. 24. l. 7.] quod *ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης.* S. Polycarpus de S. Paulo ac reliquis Apostolis [Ep. ad Philipp. §. 9.] *εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ, ᾧ καὶ συνέπαθον.* S. Irenaeus, V. xxxvi. [2. p. 337. ed. Massuet.] *εἶναι δὲ τὴν διαστολὴν ταύτην τῆς οἰκήσεως τῶν τὰ ἑκατὸν καρποφορούντων, καὶ τῶν τὰ ἑξήκοντα, καὶ τῶν τὰ τριάκοντα——καὶ διὸ εἰρηκέναι τὸν Κύριον· Ἐν τοῖς τοῦ Πατρός μου μονὰς εἶναι πολλάς.* S. Chrysostomus de B. Paulo [Homil. viii. c. Anomoeos. Opp. i. 517. ed. Ben.] *Εἰ δὲ περισσότερον πάντων ἔκαμε, περισσότερον καὶ στεφανοῦται· ἕκαστος γὰρ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον. κ. τ. λ.* S. Cyprianus de Habitu Virginum, [ad finem, p. 102. ed. Fell.] 'Sed cum habitationes multas apud Patrem suum esse dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat.' Sin quaeratur quis sit ille locus, in quo asservantur Sanctorum animae, apud veteres Patres unanimi omnium consensu constare videtur, non immediate ad altissimos coelos intromissas esse, sed asservari in Paradiso eximia, at coelesti inferiore, felicitate affluente ad ultimum usque resurrectionis et judicii diem. Consulatur Justini M. Dialogus cum Tryphone. [§. 5. p. 107. §. 80. p. 178. ed. Ben.] WOTT.

demus enim quod vos nonnullos honeste viventes, ab officio quod inculpate et cum honore exsequebantur dimovetis.

XLV. Contentiosi estis, fratres, et in rebus quae ad salutem non pertinent accensi zelo. Scripturas diligenter inspicite, quae Spiritus Sancti vera sunt oracula. In illis nihil injustum neque fictum aut simulatum contineri, discite; non enim a viris sanctis inveniectis justos dejectos. Persecutionem passi sunt justi, sed ab impiis; in carcerem conjecti, sed a profanis; lapidibus obruti sunt, sed ab iniquis;

1. μεταγάγετε] Ita Cod. MS. non μετηγάγετε, quam lectionem exhibent libri impressi.

ib. καλῶς πολιτευομέν[ους] Wottonus infeliciter vertit *honeste administrantes*, neque melius Jun. Cotel. Colom. Hornem. Rectius Wakius, *who lived reputably*; Chevall. *who conducted themselves well*. Cf. infra §. 54.

2. τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας.] Cum sedulam curam iis praestare soliti simus, quae in honore ac pretio habemus, λειτουργίαν τιμᾶν dicuntur, qui munera sua diligenter obeunt. Cyrillus in Julianum, Lib. viii. cap. 243. ὅτι ζῴου παντὸς ἀπεσχήμεθα, καὶ τὸν τοῦ Πυθαγόρου τετιμήκαμεν λῆρον. Clementina Homil. iii. cap. 59. Μηδέποτε τὸ τῆς Μοναρχίας τιμήσαντες ἀγαθόν. Eos intelligit, qui sententiam de unitate Dei fixam ratamque non servant. Similiter apud Platonem φοβεῖσθαι δόξαν idem valet ac ἕπεσθαι δόξῃ. Vide Theodoretum, Therap. ii. p. 27. DAVIS.

5. ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν.] Eamdem locutionem legas ap. S. Barnabae Epist. §. 17. τῶν ἀνηκόντων ὑμῖν εἰς σωτηρίαν, *eorum quae ad vestram salutem spectant*. Cf. S. Ign. ad Smyrn. §. 8.

ib. Ἐν[κύπτετε] Ita cum Cod. MSto Wottonus et Gallandius. Caeteri cum Junio Ἐ[γκύπτετ]ε. Litera extrema hujus vocis quam legebat Wottonus jamdiu periit. Cf. §. 40. ἐγκεκυφότες εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως.

7. Ἐπίστασθε] Ita dedi cum Russelio et Hefelio, atque ita caeteri Edd. ad oram libri, quamquam in contextu retinent lectionem MSti plane vitiosam ἐπίτασθαι. Coustantius aliter ac reliqui hunc locum ita distinguit, Ἐγκύπτετε εἰς τὰς γραφὰς, τὰς ἀληθεῖς ῥήσεις. Πνεύματος τοῦ Ἁγίου ἐπίτασθε· Οὐδὲν ἄδικον κ. τ. λ.

10. ἐφυλακίσθησαν] Ita Cod. MStus, uti Millius recte vidit. Fell. Cotel. Colom. Ittig. Coustant. Schoenem. et Hornemannus, Junium secuti, legunt ἐφυλάχθησαν. Sic etiam Freyius, qui tamen ad calcem paginae profert ἐνεφυλακίσθησαν, quod post Wottonum exhibent Russelius, Galland. et Hefelius.

11. ὑπὸ πα[ραν]όμων...ὑπὸ τῶν

καὶ ἄδικον ζῆλον [ἀ]νειληφότων. Ταῦτα πάσχοντες [ε]ὐκλεῶς ἤνεγκαν. [Τί γ]ὰρ εἴπωμεν, ἀδελφοί; Δανιὴλ ὑπὸ τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν [ἐ]βλήθη εἰς λάκκον λεόντων; [ἢ] Ἀνανίας καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ ὑπὸ τῶν θρησκευόντων τὴν μεγαλοπρεπῆ καὶ ἔνδοξον θρησκείαν τοῦ Ὑψίστου κατείρχθησαν εἰς κάμινον πυρός; Μηθαμῶς τοῦτο γένοιτο. Τίνες οὖν οἱ ταῦτα δράσαντες; Οἱ στυγητοὶ καὶ πάσης κακίας πλήρεις εἰς τοσοῦτο ἐξήρισαν θυμοῦ, ὥστε τοὺς ἐν ὁσίᾳ καὶ ἀμώμῳ προθέσει δουλεύοντας τῷ Θεῷ εἰς αἰκίαν περιβαλεῖν· μὴ εἰδότες ὅτι ὁ Ὕψιστος ὑπέρμαχος καὶ ὑπερασπιστής ἐστιν τῶν ἐν καθαρᾷ συνειδήσει λατρευόντων τῷ [πα]ναρέτῳ ὀνόματι αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξ[α εἰς] τοὺς αἰῶνας τῶν αἰ[ώνων. Ἀ]μήν. [Ο]ἱ

μιαρῶν] Junius caeterique censent vocem ἀλλ' interponendam esse, propter praecedentia ἀλλ' ὑπὸ ἀνόμων et ἀλλ' ὑπὸ ἀνοσίων. Sed nihil muto, quum utraque constructio sana sit, neque a Patrum usu aut a Novo Testamento alienae sint hujusmodi variationes. WOTT.

1. [ἀ]νειληφότων] Ita Gallandius et Schoenemannus cum Wottono, qui, Millium secutus, ἀνειληφότων reposuit pro Junii lectione παρειληφότων. Optime; exemplar enim MStum majorem partem literae N etiamnum retinet; et supra §. 3. extr. legimus ζῆλον ἄδικον...ἀνειληφότας.

4. [ἢ] Ἀνανίας] In MS. ante Ἀνανίας literae spatium exstat. Wottonus articulum ὁ reponendum censet. Mihi autem, cum Gallandio et Schoenemanno, Davisii ἢ magis convenire videtur. καὶ, quod inserendum arbitratus est Millius, non admittit lacuna.

7. Μηθαμῶς] Ita cum MSto Wottonus. Caeteri μηδαμῶς.

8. στυγητοὶ] Codex MStus ΣΤΥΗΤΟΙ.

9. εἰς τοσοῦτο ἐξήρισαν θυμοῦ] Boisius legendum putat, ἐξήρθησαν [idque mallet Birrius] vel ἐξηγριώθησαν, vel ἐξηρίσθησαν, vel ἐπλήσθησαν. Quid si ἐξέκαυσαν, ut in initio, [§. 1. p. 8.] εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν? licet literarum affinitas huic lectioni non adeo faveat; vel ἐξέρριψαν, scil. ἑαυτούς, phrasi Graecis et Latinis scriptoribus non inusitata. JUNIUS. Haec locutio non est Graeca. Videtur legendum, εἰς τοσοῦτο ἐξήλασαν θυμοῦ. τὸ ἐλάσαι sic adhibet, inter alios, Cyrillus. Vide Lib. iv. in Julianum, p. 135. D. Lib. v. p. 168. B. p. 174. E. et Lib. vii. pp. 217, 220. Vel, si mavis, commode rescribi possit εἰς τοσοῦτο ἐξῄεσαν θυμοῦ. Nam cum

occisi sunt, sed a scelestis et injusta invidia contra eos stimulatis: quae omnia cum paterentur, gloriose et magnanimiter tulerunt. Quid enim, fratres, dicemus? Daniel in speluncam leonum ab eis qui Dan. vi. 16.
Deum timebant conjectus est? Ananias, Azarias et Misaël inclusi sunt in ardentis ignis camino Dan. iii. 20.
ab eis qui magnificum et gloriosum Altissimi cultum profitebantur? Absit hoc prorsus. Quinam igitur sunt, qui haec patrarunt? Abominandi et omni malitia pleni in tantum furorem contentionis studio incitati fuerunt, ut servientes Deo in sancta et inculpata voluntate tormentis injecerint; ignorantes, Altissimum propugnatorem et defensorem eorum esse, qui in pura conscientia, nomen ejus omni virtute plenum colunt, cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen. Illi vero in fiducia patienter

ira sit *brevis furor*, irati ἐντὸς ἑαυτῶν οὐ γίνονται. Vide Herodotum, vii. 119. DAVIS. Cotelerius mavult ἐξῄρησαν. Huic merae conjiciendi licentiae et temeritati recte obstitit. Wottonus. Exempla vocis ἐξερίζειν quae desiderabat ille, praebet Thesauri a Stephano constructi editio nova Parisiensis, unum nempe e Plutarch. Vit. Pomp. §. 56. alterum ex Appian. Bell. Civ. ii. 151. Ruchatus vertit, *qui vinrent à cet excès de fureur.* Herzogius, *bis zu solcher Wuth entbrannten.*

10. εἰς αἰκίαν περιβαλεῖν] Junius, Fellus, et Colomesius mallent εἰς κάμινον περιβαλεῖν, quam lectionem interpretati sunt Gulielmus Burton et Herzogius. Davisius legit εἰς αἰκίαν προβαλεῖν. Gallandio probabilis videtur emendatio Birrii, qui suspicatur Clem. scripsisse εἰς αἰκίαν πύρι περιβαλεῖν, hoc scilicet sensu, *ut in cruciatum* (i. e. *cruciandi causa*) *igne circumdarent*; vocemque πύρι ob sequentem περι excidisse. Sed lectio MSti omnino retinenda est; recte enim monet Wottonus haec non de iis tantum dici qui in ignem conjecti fuerunt, sed de iis etiam, de quibus legimus paulo supra; ἐδιώχθησαν δίκαιοι—ἐλιθάσθησαν—ἀπεκτάνθησαν.

13. [πα]ναρέτῳ] Legunt Codd. imp. cum Junio ἐναρέτῳ· at MS. non agnoscit ε, spatiumque ante literam ν est saltem duarum literarum. Restituo igitur παναρέτῳ. WOTT. Hanc lectionem, proculdubio veram, exhibent Russel. Galland. Hornemannus, et Hefelius. Vocem πανάρετον frequentat S. Pater. Cf. §§. 1, 2, 57.

δὲ ὑπομένοντες ἐν πεποιθήσει, δόξαν καὶ τιμὴν ἐκληρονόμησαν, ἐπήρθησάν τε καὶ †ἔπαφροι† ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ μνημοσύνῳ αὐτῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Μϛ′. Τοιούτοις οὖν ὑποδείγμασι κολληθῆναι καὶ ἡμᾶς δεῖ, ἀδελφοί. Γέγραπται γάρ· "Κολλᾶσθε τοῖς "ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται." Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· "Μετὰ ἀνδρὸς "ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ, καὶ μετ' ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, "καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις." Κολληθῶμεν

2. †ἔπαφροι†] Librarii culpa hanc vocem laborare nullus equidem dubito. Boisius locum sanasse sibi visus est, cum legeret vel ἐλαφροὶ, *solutis vinculis*, vel ἀνέπαφοι, *intacti* sc. *ab igne*, quam vocem Chrysostomus de Josepho usurpat, Homil. 44. in Genesin. [Opp. iv. p. 455. ed. Ben.] . . . . θαυμαστὸν καὶ παράδοξον τὸν δίκαιον τοῦτον, εἰς τὴν κάμινον ταύτην τὴν τῆς Βαβυλωνίας χαλεπωτέραν ἐμπεπτωκότα, τὴν ἀσέλγειαν λέγω τῆς Αἰγυπτίας, ἀνέπαφον διαμεῖναι, κ. τ. λ. Junius mavult ἐλαφριζόμενοι, Philonis Judaei auctoritate adductus, qui verbum ἐλαφρίζεσθαι cum ἐπικουφίζεσθαι synonymum facit, et saepius conjungit. Cotelerius conjicit vel ἐλαφροὶ vel ἔπαυροι. Quid sibi velit hoc in loco ἔπαυροι non intelligo. Hesychius habet Ἐπαύρους· τοὺς χειμάρρους ποταμούς. Ruchatus, ut videtur, ἔπαυροι idem esse existimavit quod ἔπαφροι, quia scilicet Graeci diphthongum αυ pronuntiarent ac si scripta esset αφ. Birrius legendum arbitratur ἔπαρχοι, quae vox occurrit etiam §. 37. vel certe ἔφοροι, suadente Historia Sacra, Daniel. iii. 30. Fellus, hujus vocis usu apud Galenum aliosque innixus, ubi *quod spuma obductum renidet et albescit* exprimit, retineri posse lectionem Cod. MSti existimat, ut sensus sit, eos qui per patientiam Deum honorarunt, ab ipso exaltatos *niveoque candore nitentes* apud eum in aeterna memoria esse. Davisius locum totum sic refingit, ἐπήρθησαν δὲ καὶ ἐπαιθέριοι ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἔστω μνημόσυνον αὐτῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Hefelius conjicit ἐπαφρόδιτοι, *gratiosi*. Wakius, quem ad verbum sequitur Chevallierius, vertit . . . *are exalted and lifted up by God in their memorial throughout all ages.*—Herzogius, *Von Gott wurden sie erhoben und erhöht, auf dass ihrer gedacht würde in die Ewigkeiten der Ewigkeiten! Amen!* Ruchatus, *Dieu les a élevés, et a glorifié leur mémoire.*

6. Κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις] Frustra quaeritur hoc dictum in Sa-

tolerantes, gloriae et honoris haeredes facti sunt, et a Deo in memoria ipsorum exaltati et elevati, in saecula saeculorum. Amen.

XLVI. Talibus igitur exemplis et nos adhaerere oportet, fratres; scriptum enim est, *Sanctis vos adjungite, quia qui illis adhaerent sanctificabuntur.* Et rursus in alio loco dicit, *Cum viro innocente* Ps. xviii. 26.
innocens eris, et cum electo electus eris, et cum per-

cris Literis, si verba tantum spectentur; sed si allegoricas et symbolicas expositiones admittimus, sic exponenda est, authore Barnaba Pauli Apostoli sodali, lex Mosaica, Lev. xi. de comedendis iis animalibus, quae et ruminant, et bisulca sunt, ac si κολλᾶσθαι τοῖς ἁγίοις juberet. [Barnab. Epist. §. 10.] BOIS. Monet Cotelerius, se nusquam in Scripturis hunc locum invenisse, eumque ex pluribus textibus conflatum conjectat, puta ex his, Ecclesiastici vi. 35. τίς σοφός; αὐτῷ προσκολλήθητι, et ex I Cor. vii. 14. ubi vir infidelis per mulierem fidelem, et mulier infidelis per virum fidelem sanctificari dicitur. Facilius hoc darem, si tantum legere esset, *scriptum est enim, quia qui sanctis adhaerent, sanctificabuntur,* nec subjungeretur disertus Scripturae textus. Jo. Clericus, Art. Crit. Part. iii. Sect. 2. c. 5. n. 12. observat similem esse locum Clementis Alexandrini, Strom. v. [8. p. 677. ed. Potter.] ita enuntiatum; γέγραπται δὲ, μετὰ ἀνδρὸς ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις· κολλᾶσθαι οὖν τοῖς ἁγίοις προσήκει, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται. Atque is est primus locus ex quo notat vir eruditus Clementis nostri epistolam nonnullis videri interpolatam, utpote in quam haec Clementis Alexandrini, mutato eorum ordine, translata judicent. Sed cur non potius hunc ibi Clementem nostrum imitari censeamus? maxime cum alibi ejus verba exscribat interdum, et ea aut paucioribus perstringendo, aut pluribus interpolando imitari convincatur. Nobis quidem, qui ignoramus ubi scriptum sit, *Sanctis vos adjungite* &c. verborum Clementis Alexandrini ordo videtur concinnior. Sed forte hunc ea ipsa ratio, quia unde sumta esset illa sententia nesciebat, adduxit, ut totius loci ordinem inverteret, neque Clementis nostri nomine eum laudaret. COUSTANT. Ad Sirach. vi. 35, 36. respexisse Clementem putat Herzogius. ἀθῷος scribendum esse, non ἀθῶος, docet Elmsleius ad Eurip. Med. 1267.

9. καὶ μετ' ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ] Editoribus ante Wottonum qui hanc clausulam omittunt, fraudi fuit, ut videtur, typothetarum incuria potius quam error Junii, cujus versio Latina haec verba agnoscit. Russelius

Corinthiorum dissensio quam perniciosa.

οὖν τοῖς ἀθῴοις καὶ δικαίοις· εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Ἵν[α] τί ἔρεις, καὶ θυμοὶ, καὶ διχοστασίαι, καὶ σχίσματα, πόλεμός τε ἐν ὑμῖν; ἢ οὐχὶ ἕνα Θεὸν ἔχομεν, καὶ ἕνα Χριστόν; καὶ ἓν Πνεῦμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μία κλῆσις ἐν Χριστῷ; ἵνα τί διέλκομεν καὶ διασπῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ στασιάζομεν πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἴδιον, καὶ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἐρχόμεθα, ὥστε ἐπιλαθέσθαι ἡμᾶς ὅτι μέλη ἐσμὲν ἀλλήλων; Μνήσθητε τῶν λόγων Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, εἶπε γάρ· "Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ·

plenam lectionem Wottoni et Codicis MSti exhibet in Graecis, interpretationi autem nihil addit.

1. ἐκλεκτοὶ] Ex hoc loco constat eos esse ἐκλεκτοὺς τοῦ Θεοῦ, qui ἀθῷοι ac δίκαιοι sunt; adeo ut δικαιοσύνη praecedat electionem: aliis in locis significat idem quod κλητοί, i. e. ἅγιοι, πιστοὶ, ἀδελφοὶ, μαθηταί· in Ecclesiam accepta fide Christiana admissi, et sacro baptismatis lavacro initiati: per *electos* enim *vocatos* et *sanctificatos* nuspiam, quod sciam, in Sacris Scripturis aut apud Sanctos Patres intelligitur, quod singuli aeternis Dei decretis ad salutem destinati eo modo irresistibili gratia aguntur, ut a fide, et consequenter a salute, nequeant desciscere. WOTT.

3. ἐν ὑμῖν] Junius, [cui adsentiuntur Fell. Cotel. Colom. Schoenem. et Hornem.] mavult ἡμῖν, propter sequentia ἢ οὐχὶ ἕνα Θεὸν ἔχομεν, καὶ ἕνα Χριστόν; Sed non opus est ut aliquid mutemus; hujusmodi enim personarum mutationes saepius occurrunt in Sacris Scripturis Novi Testamenti. WOTT.

ib. ἢ οὐχὶ ἕνα Θεὸν κ. τ. λ.] Simile dictum B. Clementis laudat S. Basilius de Spiritu Sancto, §. 29. [Opp. tom. ii. p. 358. Paris. 1637.] Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαϊκώτερος· [Διονυσίου] Ζῇ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, quae verba ex quonam opere accepta fuerint, nec dicitur a Cappadociae Archiepiscopo, nec divinare nos valemus. COTEL. Vide infra inter Fragmenta. Wottonus confert illud D. Pauli ad Ephes. iv. 4—6. Ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν, εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ τῶν πάντων. et quae a S. Ignatio habentur in Ep. ad Magnes. [§. 7.] μηδὲ πειράσητε εὔλογόν τι φαίνεσθαι ἰδίᾳ ὑμῖν· ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ μία προσευχὴ, μία δέησις, εἷς νοῦς, μία ἐλπὶς ... εἷς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς κ. τ. λ. Addas etiam I Cor. xii. 12, 13. Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἕν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ

verso perverteris. Quare innocentibus et justis jungamus nos, ii quippe sunt electi Dei. Cur inter vos sunt contentiones, irae, dissensiones, schismata et bellum? Nonne unum Deum, et unum Christum habemus? Nonne unus est Spiritus gratiae, qui super nos effusus est, et una vocatio in Christo? cur Christi membra divellimus et discerpimus, et contra proprium corpus seditionem movemus, eoque superbiae devenimus, ut nos invicem aliorum membra esse obliviscamur? Recordamini verborum Domini nostri Jesu Christi, dixit enim; *Vae illi homini, bonum*

Jacob. iv. 1. Eph. iv. 4. 1 Cor. xii. 13. Rom. xii. 5. Matt. xxvi. 24. et xviii. 6.

ἑνὸς, πολλὰ ὄντα, ἕν ἐστι σῶμα· οὕτω καὶ ὁ Χριστός. Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, κ. τ. λ.

5. μία κλῆσις] Boisius vult ut legamus μίαν κλῆσιν, vel οὐχὶ καὶ ἕν ἐστι πνεῦμα ... καὶ μία κλῆσις . . . Sed non opus est ut aliquid mutetur, de sensu enim satis constat; parum autem habuit S. Pater rhetoricas subtilitates, verborumque ac sententiarum elegantias. WOTT.

7. τὸ σῶμα τὸ ἴδιον] Vide supra §. 37. extr. εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον τὸ σῶμα.

ib. εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν] Vide supra §. 1. p. 6. l. 5. Etymol. Magn. Ἀπόνοια σημαίνει δύο, τὴν ὑπερηφανίαν καὶ τὴν θρασύτητα· καὶ γίνεται παρὰ τὸ ἄποθεν εἶναι τὸν νοῦν, καὶ γὰρ θρασύτης ἐστὶν ἡ ἄλογος τόλμα. Ἡ ἀπὸ πρόθεσις χωρισμὸν δηλοῖ· τουτέστιν ἡ χωρίζουσα τοῦ δέοντος. Exempla idonea hujus significationis dabit Suicerus in voc. Altero sensu, *madness*, interpretantur Grassius, Ruchat. Herzog. Wakius, et Chevall.

10. εἶπε γάρ· κ.τ.λ.] Quod Antiquis non insolens fuit, multa testimonia in unum conjungit: nempe Matt. xxvi. 24. Luc. xvii. 2. Matt. xviii. 6. Marc. ix. 42. et in Marco, aut in Luca, aut in utroque reperisse videtur περιτεθῇ pro hodierno περίκειται· sicque in Luca exhibet Codex MS. qui est Bibliothecae Regiae 2247. Vulgata, *imponatur*. Verbo etiam περιτεθῆναι utitur Theophylactus eum Evangelistam enarrans, necnon Origenes ad Matt. xviii. Et vero eadem divinorum eloquiorum compages struitur a Clemente Alex. ad finem Centonis iii. [18. p. 561. ed. Potter.] ubi cognominis sui Romani verba mutuatur; nec multum absimilis a Tertulliano, Lib. iv. 35. adv. Marcionem; ab Origene, Homil. 25. in Numeros; item ab Auctore Dialogorum contra Marcionistas, inter Origeniana Opera, Dial. 1. necnon ab Hilario ad Ps. cxix. 165. Atque colligi potest ex locis Tertulliani ac Origenis, nonnulla exemplaria Evangelica habuisse περιδεῖται. Certe in

" καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν " μου σκανδαλίσαι· κρεῖττον ἦν αὐτῷ περιτεθῆναι " μύλον, καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ " ἕνα τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσαι." Τὸ σχίσμα ὑμῶν πολλοὺς διέστρεψεν, πολλοὺς εἰς ἀθυμίαν ἔβαλεν, πολλοὺς εἰς δισταγμὸν, τοὺς πάντας ἡμᾶς εἰς λύπην· καὶ ἐπίμονος ὑμῶν ἐστὶν ἡ στάσις.

Exemplo D. Pauli, a contentionibus Co-

ΜΖʹ. Ἀναλάβετε τὴν ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ Ἀποστόλου. Τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ

Latino Euthymio legimus, Luc. xvii. *Expedit illi, ut mola asinaria alligetur ad collum ejus.* Idemque verbum in hoc Christi Sermone usurpant non pauci; ut Scriptor tractatus de Coena Domini in Cyprianicis operibus; Hilarius in Matthaeum Canone 18. Paulinus Presbyter in vita S. Ambrosii, et Hieronymus c. Jovinianum, i. §. 13. ad Ezech. capp. xvi. xxxiii. xxxiv. ad Mich. iii. et ad Malach. ii. COTEL.

ib. Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ] Citantur haec eadem a Clemente Alexandrino, Strom. iii. [18]. p. 561. ed. Potter. voce una vel altera leviter immutata; legimus enim apud ipsum, Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, φησὶν ὁ Κύριος· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι· κρεῖττον ἦν αὐτῷ περιτεθῆναι μύλον, καὶ καταποντισθῆναι εἰς θάλασσαν, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου διαστρέψαι· τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημεῖται δι' αὐτούς. Vocem διαστρέψαι proculdubio ex hoc nostro petivit, apud quem legimus immediate subjunctum Τὸ σχίσμα ὑμῶν πολλοὺς διεστρέψεν, κ. τ. λ. Nemo autem praeter Anonymum [Bernardum] in animum suum potuit inducere vel suspicari, haec ex Alexandrino a nescio quo interpolatore sumpta fuisse; omnia enim minus apte apud Alex. quam apud Romanum cohaerent; quod cuivis constabit, qui Clementem cum Clemente conferet. WOTT. Bernardus atque Clericus alterum hinc pro suspicione sua argumentum arripuerunt, quo testarentur hancce epistolam ex Clemente Alex. ab aliquo interpolatam esse. 'Neminem' enim 'fore,' inquit Clericus, 'qui a se impetrare possit, ut 'credat, utrumque casu duo 'haec loca conjunxisse et eodem modo immutasse, aut 'Clementem Alex. citasse Evangelia ex Clemente Romano.' Sed hoc argutari est; talibusque fictionibus non opus habet, qui semel animadvertit, quot loca et quomodo Clemens Alex. ex Romano mutuatus sit. Nec vero improbabile est, quod praecipue urget Coustantius, vulgata olim fuisse quaedam Evangeliorum exemplaria, in quibus eadem illa loca con-

erat ei si natus non fuisset, quam ut unum ex electis meis scandalizaret: melius erat ut ei mola circum- Luc. xvii. 2. *poneretur, et demergeretur in mare, quam ut unum de pusillis meis scandalizaret.* Schisma vestrum multos pervertit, multos in animi dejectionem, multos in vacillationem, omnes nos in tristitiam conjecit; et seditio vestra durat, nec adhuc cessat.

XLVII. Epistolam beati Pauli Apostoli in manus sumite: quid primum vobis statim in initio Evan-

juncta legerentur, siquidem non solum in diversis Patrum locis a Cotelerio allatis eadem conjuncta legantur, sed etiam in vetere exemplari Graeco vestigia hujus lectionis exstant, et inter variantes N. T. proferantur. SCHOENEMAN. Pearsono judice, veritati magis consonum est ab Apostolis ipsis aut eorum discipulis haec accepisse Clementem. Vindic. Ign. P. ii. cap. 9.

1. καλὸν ἦν] Post ἐκείνῳ, Junius, Boisius, et Fellus interponendum esse censent δι' οὗ τὰ σκάνδαλα ἔρχεται, ex Evangelio S. Matthaei. Quum autem neque Cod. MS. neque Clemens Alex. qui ex nostro ea petivit, haec agnoscant, hanc esse Clementis nostri veram ac genuinam lectionem non dubito. WOTT.

ib. εἰ οὐκ ἐγεννήθη] μᾶλλον interponendum esse post αὐτῷ censent Junius, Fellus, et Colomesius. Minime sane probanda est haec emendatio; dicitur enim Hellenistico more a S. Patre, ideoque, sicut in Hebraea lingua, comparatio non fit nisi per ἤ. WOTT. Neque Textus Sacer, S. Matt. xxvi. 24. unde partem hanc sententiae Clemens proculdubio deduxit, neque Clem. Alex. qui haec exscripsit, agnoscunt μᾶλλον. GALLAND.

ib. ἢ ἕνα τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσαι] Clem. Alex. ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου διαστρέψαι. μικρῶν legitur apud omnes Evangelistas. WOTT.

9. ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου] Εὐαγγέλιον hoc loco late sumitur, et Apostolorum scripta comprehendit, ut apud Nyssenum, qui contra Apollinarem locum ex Epist. S. Johannis laudans, scribit, ... καθὼς φησι τὸ Εὐαγγέλιον, ὅλον τότε τὸν κόσμον ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι. [ad Theophilum. Opp. iii. p. 263. Paris. 1638.] Sic Legis nomine non tantum Πεντάτευχος Moysis, sed Prophetarum etiam interpretationes, et reliqui Veteris Testamenti libri intelliguntur. Unde Johannis cap. x. 34. locus Psalmistae, ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, scriptus esse dicitur ἐν τῷ νόμῳ· et cap. xv. 25. ejusdem Evangelii, ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν, quae verba sunt Psalmistae, Ps. xxxiv. 19. ἐν τῷ νόμῳ scripta esse dicuntur; et ad Corinth. I. xiv. 21. locus Esaiae ab

rinthios dehortantis usus, humilitatem et resipiscentiam commendat.

τοῦ Εὐαγγελίου ἔγραψεν; ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν, περὶ αὐτοῦ τε καὶ Κηφᾶ τε καὶ Ἀπολλω, διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι· ἀλλ' ἡ πρόσκλισις ἐκείνη ἧττον ἁμαρτίαν ὑμῖν προσήνεγκεν· προσεκλίθητε γὰρ Ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις, καὶ ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ παρ' αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ κατανοήσατε τίνες ὑμᾶς διέστρεψαν, καὶ τὸ σεμνὸν τῆς περιβοήτου φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμείωσαν.

Apostolo ἐν νόμῳ scriptus esse dicitur. JUNIUS. ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου est, inquiunt viri docti, in principio Epistolae primae ad Corinthios. Evangelii scilicet nomine comprehenditur totum Testamentum Novum, ut cernere est Constit. Apost. i. §. 5. atque docet Origenes, Praefat. Comment. in Johannem. [§. 6. Opp. tom. iv. p. 7. ed. Ben.] Unde ab eodem Adamantio ad Matth. xxi. 45. locus I Cor. ii. 15. tamquam Evangelii citatur. [Opp. tom. iii. p. 787.] Sit ergo *in principio Evangelii*, idem ac apud Clementis imitatorem Polycarpum, §. 11. *in principio Epistolae.* Forte tamen principium Evangelii hic denotat prima praedicationis Evangelicae tempora, Philipp. i. 5. ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἄχρι τοῦ νῦν et cap. iv. 15. οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι. Alio sensu Hieronymus c. Jovinianum, ii. §. 11. [§. 15. tom. ii. p. 350. ed. Vallars.] scribit, 'In foribus Evangelii, 'Anna . . . inducitur;' et ante eum Tertullianus de Jejuniis, §. 8. [p. 548. ed. Rigalt.] 'In 'limine Evangelii Anna' &c. Fores enim ac limen Evangelii dicuntur tempora praecedentia mox secuturum Evangelium, quod, teste Hieronymo in Jovinianum i. §. 14. [§. 26. p. 277. ed. Vallars.] ante crucem Christi non erat. COTEL. Cum Junio faciunt Gulielmus Burton, Heinsius, Exercit. Sacr. lib. vi. ad Rom. ii. 16. et Millius, qui antestatur Irenaeum iv. §. 66. scil. IV. xxiv. 1. ed. Massuet. 'Legite diligentius id 'quod ab Apostolis est Evan'gelium nobis datum.' Nullus autem dubito quin Clemens respiceret prima praedicationis Evangelicae tempora, quod cum Cotelerio viderunt Fellus, Wottonus, et Freyius; quo sensu Scriptores Ecclesiastici hanc phrasin frequentant. Cf. Lessium, *Ueber Religion.* i. 516. Ruchatus interpretatur, *au commencement (de sa prédication) de l'Evangile.* Grassius, *au commencement de l'Epitre qu'il vous addresse?* Wakius, *at his first preaching the Gospel among you.*

gelii scripsit? Certe divinitus inspiratus, de seipso, de Cepha, et Apollo, per Epistolam vos monuit, quia etiam tum inter vos factiones et partium studia fuerant. Verum in illa animorum inclinatione minus a vobis peccatum est; in Apostolos enim praeclaro testimonio celebres, et virum ab illis probatum animis et affectu propendebatis. Nunc vero qui sint, qui vos perverterint, et inclyti amoris vestri fraterni decus imminuerint, vobiscum per-

1 Cor. i. 10. et sq.

2. καὶ Κηφᾶ] Hinc constat Cepham, a S. Paulo memoratum, [I Cor. i. 12. iii. 22.] non fuisse alium a S. Petro; inquit enim Clemens Ἀποστόλοις γὰρ προσεκλίθητε; neque locum esse explicationi Theodoreti, Chrysostomi et Theophylacti, qui volunt S. Paulum usum fuisse prosopopoeia ad Corinthios, eaque ad seipsum, Petrum, et Apollo transtulisse, quae de aliis dicenda essent, ut celaret veram causam et ipsos authores Schismatis quod apud eos ortum fuit. Quibus accedit Tillemontius, vid. Not. 36. de S. Petro. Contendit etiam S. Petrum non Evangelium Corinthiis praedicasse; et eos, siqui Petri se fuisse dixerunt, eum alibi audiisse. Nos Clementem, qui et ipse tum Petrum tum Paulum Romae audiit, hac in re, potius quam istorum incertas conjecturas, sequimur. WOTT. Quod alius Cephas a Petro agnosci non debeat, nos docent Hieronymus, [ad Galat. ii. 11, 12. Opp. tom. vii. p. 409. ed. Vallars.] Claudius Taurinensis, et Anselmus ad Gal. ii. ubi contrariam refellunt sententiam; de qua consule etiam Eusebium, H. E. i. 12. COTEL. Eusebius, in loco a Cotelerio indicato, recitat testimonium Clementis Alex. Hypotyp. v. Cf. Chrysostom. Homil. in Gal. ii. 11. Opp. tom. iii. p. 362. ed. Ben. Plura de hac quaestione dabit Vallarsii annotatio. Cum Wottono et Cotelerio stant Coustantius, et Gulielmus Burton, qui Salmasii auctoritate nititur. τε post Κηφᾶ primus restituit Wottonus, quem sequuntur Gallandius, Schoenemannus, et Hefelius.

4. ἡ πρόσκλισις ἐκείνη] Cod. MStus ΠΡΟΣΚΛΗΣΕΙΣ. Russelius, Gallandius, et Schoenemannus post Wottonum legunt ἡ πρόσκλισις ἡ ἐκείνη; at Cod. MStus lectionem a Junio evulgatam exhibet. Vox πρόσκλισις legitur supra §. 21. p. 92. l. 9.

ib. ἧττον ἁμαρτίαν] Legendum ἥττονα ἁμαρτίαν. Sic apud S. Joan. xix. 11. ὁ παραδιδούς με σοὶ μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει. Omisit, ut fit, librarius ultimam prioris vocis literam, quod ab eadem litera vox posterior ordiretur. DAVIS.

7. τὸ σεμνὸν τῆς περιβοήτου] Cf. supra §. 1. p. 8. l. 1. τὸ σε-

Αἰσχρὰ, ἀγαπητοὶ, καὶ λίαν αἰσχρὰ, καὶ ἀνάξια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγωγῆς, ἀκούεσθαι, τὴν βεβαιοτάτην, καὶ ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν, δι' ἓν ἢ δύο πρόσωπα, στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. Καὶ αὕτη ἡ ἀκοὴ οὐ μόνον εἰς ἡμᾶς ἐχώρησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας ἀφ' ἡμῶν· ὥστε καὶ βλασφημίας ἐπιφέρεσθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου, διὰ τὴν ὑμετέραν ἀφροσύνην, ἑαυτοῖς δὲ κίνδυνον ἐπεξεργάζεσθαι.

Ut ad fraterni amoris studium cito redeant.

ΜΗ'. Ἐξάρωμεν οὖν τοῦτο ἐν τάχει, καὶ προσπέσωμεν τῷ Δεσπότῃ, καὶ κλαύσωμεν ἱκετεύοντες αὐτὸν, ὅπως ἵλεως γενόμενος ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τὴν σεμνὴν τῆς φιλαδελφίας ἡμῶν ἁγνὴν ἀγωγὴν

μνὸν καὶ περιβόητον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπητον ὄνομα ὑμῶν.

2. *ἀγωγῆς*] *ἀγωγὴ vivendi ratio*, sicut infra §. 48. et apud D. Paulum ad Tim. II. iii. 10. ubi Theophylactus hanc vocem per *βίον καὶ πολιτείαν* exponit. Cf. II. Maccab. iv. 16. Sic Clemens Alex. Paedag. i. 7. p. 129. ed. Potter. *ἀγωγή τε ὀρθὴ, ἀνάγουσα εἰς οὐρανόν*. et iii. 12. p. 303. *ἡ δὲ ἀρίστη ἀγωγὴ, εὐταξία ἐστὶ κ. τ. λ.* Plura dabit Krebsius, Observ. Flavian. p. 365.

ib. *ἀκούεσθαι*] Junius, Boisius, Fellus, et Colomesius legendum putant *ἀκούεται*. WOTT.

3. *ἀρχαίαν*] Ecclesia Corinthiorum dicitur *ἀρχαία*, non absolute, cum enim Clemens scripserit hanc Epistolam, Ecclesia Christi nondum quadraginta annorum fuit, sed respectu habito ad alias, imo ad ipsam Ecclesiam Romanam; vel dicitur *ἀρχαία*, eo quod paene in ipsis Evangelii primordiis fuerit fundata; unde S. Irenaeus de Ecclesia Romana dicit: 'maximae et antiquissimae' (proculdubio *ἀρχαιοτάτης*) ... 'a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo fundatae et constitutae Ecclesiae.' [III. iii. 2. p. 175. ed. Massuet.] Quod si inde Ecclesiae Romanae aliquid honoris accedit, quod est *ἀρχαιοτάτη*, eam praecedit Corinthiorum Ecclesia ab iisdem gloriosissimis duobus Apostolis, Petro scil. et Paulo, fundata et constituta. WOTT. Nequaquam solide ex hoc epitheto inferunt V. D. tempore demum Domitiani aut Trajani scriptam fuisse hanc Epistolam, cum tempore Neronis antiqua nequiverit appellari Ecclesia. Ut enim taceam, quod recte observavit Colomesius, antiquam vocari sensu comparativo, respectu aliarum recentiorum Ecclesiarum, haud negligenda est egregia obser-

pendite. Turpia, dilecti, turpia valde, et Christiana conversatione indigna, audiri primordialem et in fide firmissimam Corinthiorum Ecclesiam, unius aut duorum causa, contra Presbyteros seditionem movere. Et hic quidem rumor non tantum ad nos, sed ad eos etiam qui a nobis animo sunt alieniore, manavit; ita ut propter vestram amentiam, blasphemiae nomini Domini inferantur, et vobis ipsis periculum creetur. Rom. ii. 24. 1 Tim. vi. 1.

XLVIII. Tollamus igitur hoc e medio quam celerrime, pedibus Domini advolvamur, et flentes suppliciter imploremus eum, ut propitius factus nobis reconciliari velit, nosque in decoram et castam fraterni amoris conversationem nostram restituat.

ratio cl. Dodwelli, Ecclesiam ianc vocari ἀρχαίαν, i. e. primordialem potius, quam antiquam: quippe quae in prima Evangelii ἀρχῇ fuerit ad fidem Domini conversa: eodem modo quo Mnasonem legimus superstitibus adhuc Apostolis vocatum ἀρχαῖον μάθητήν, Act. xxi. 16. Nempe honoratiores fuere illae Ecclesiae, quae conditae ante alias, inprimis quae in ipsa ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου fidem recepere. Conversionem autem Corinthiorum jam legimus contigisse Act. xviii. Vid. haec pluribus prosequentem virum eruditum in Dissert. 2. ad Opp. Posthum. Pearsoni p. 222. FREY.

ib. πρόσωπα] Apud Theologos, Sanctos Patres, et rerum Liturgicarum Scriptores, τὸ πρόσωπον significat subsistentiam unam, distinctam, individuam atque intelligentem; quam etiam et ὑπόστασιν appellant. Nescio vero, an τὸ πρόσωπον pro homine usurpatur alibi, nisi in hac ipsa Epistola §. 1. [p. 6. l. 4.] et in II Epist. S. Pauli ad Cor. [i. 11.] Ἐκ πολλῶν προσώπων εὐχαριστίᾳ, quem secutus est Clemens; et S. Ignatii ad Magnesios [§. 6.] Ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις προσώποις τὸ πᾶν πλῆθος ἐθεώρησα ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ. Parallelum his locum apud Sacros vel Ethnicos Scriptores me compperisse haud memini. WOTT. Exempla hujus significationis congessit Wetstenius ad II Cor. i. 11.

6. ἑτεροκλινεῖς] Proculdubio S. Pater vult Ethnicos; respicit autem illud S. Pauli, Rom. ii. 24. τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν. WOTT.

8. ἑαυτοῖς δὲ κίνδυνον] Junius et Fellus mallent ἑαυτοῖς τε κίνδυνον.

13. ἡμῶν ἁγνὴν] Pronominis

ἀποκαταστήσῃ ἡμᾶς. Πύλη γὰρ δικαιοσύνης ἀνεῳγυῖα εἰς ζωὴν αὕτη, καθὼς γέγραπται, "Ἀνοίξατέ μοι "πύλας δικαιοσύνης, εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογή-"σομαι τῷ Κυρίῳ. Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου· δίκαιοι "εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ." Πολλῶν οὖν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, ἀταράχως πάντα ἐπιτελοῦντες. Ἤτω τις πιστὸς, ἤτω δυνατὸς γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λό-

genitivum e Cod. MSto primus exhibuit Wottonus. Idem cum Cotelerio et Colomesio καὶ inserendum esse existimat inter ἡμῶν et ἁγνὴν, quia scilicet apud Clementem Alexandrinum qui hunc locum laudat Strom. iv. 17. p. 613. ed. Potter. legimus Ἡ σεμνὴ οὖν τῆς φιλανθρωπίας καὶ ἁγνὴ ἀγωγὴ τὸ κοινωφελὲς ζητεῖ.

2. Ἀνοίξατέ μοι πύλας] Citantur haec a Clemente Alexandrino :. Ἀνοίξατε οὖν, φησὶν ἡ γραφή, πύλας δικαιοσύνης· ἵνα ἐν αὐταῖς εἰσελθὼν ἐξομολογήσομαι (ἰσ. ἐξομολογήσωμαι) τῷ Κυρίῳ· ἀλλ' αἱ μὲν εἰς δικαιοσύνην ὁδοὶ, πολυτρόπως σώζοντος τοῦ Θεοῦ, ἀγαθὸς γὰρ, πολλαί τε καὶ ποικίλαι καὶ φέρουσαι εἰς τὴν κυρίαν ὁδόν τε καὶ πύλην· ἐὰν δὲ τὴν βασιλικήν τε καὶ αὐθεντικὴν εἴσοδον ζητῇς, ἀκούσῃ. Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου· δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἣν ἐν Χριστῷ· ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν ἐν ὁσιότητι γνωστικῇ. Qui subnectit, αὐτίκα ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ κατὰ λέξιν φησὶ, τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν δοκίμων. Ubi, si ego recte conjicio, αὐτίκα praecedentibus immediate subnexum innuit Clementis esse tam ea quae praecedunt, quam ea quae sequuntur. Ἤτω τις πιστὸς, ἤτω δυνατός τις γνῶσιν ἐξειπεῖν· ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων· ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις. Strom. [i. 7. pp. 338, 339. ed. Potter.]... Eadem habentur, at paulo aliter, Lib. vi. [vid. not. p. 170. l. 3.] adeo ut Clemens Alexandrinus non minus a seipso quam a Clemente Romano dissideat. Unde liceat Anonymo [Bernardo] discere Clementem Alex. non fideliter adeo citare ex aliis ut eorum verba semper αὐτολεξεὶ exhibeat. WOTT.

3. ἐξομολογήσομαι] Ita edd. omnes, si Wotton. et Russel. excipias. Recte, ut mihi quidem videtur ; ita enim apud LXX. et vocales Ο et Ω saepius in Codice nostro permutantur quam ut nos oporteat ἵνα inserere ante εἰσελθών, quod mallet Wott. quia librarius ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΩΜΑΙ exhibet. Vir ipse

Haec enim porta justitiae est ad vitam aperta, sicut scriptum est, *Aperite mihi portas justitiae, ingressus* Ps. cxviii.
in eas confitebor Domino; haec porta Domini, justi 19, 20.
intrabunt in eam. Cum igitur multae portae apertae Matt. vii.
sint, quae in justitia est, eadem et in Christo est, in 13, 14.
quam beati sunt omnes qui intrarunt, et iter suum in sanctitate et justitia direxerunt, sine perturbatione omnia et in pace peragentes. Sit aliquis fidelis, sit potens in explicanda cognitione, sit sapiens in ser-

doctissimus nequaquam existimavit pro προσκλίσεις editionum ΠΡΟΣΚΛΗΣΕΙΣ MSti exhibendum esse supra §. 47. quia sic exaravit librarius noster.

5. Πολλῶν οὖν πυλῶν] Citantur haec a Clemente Alex. Strom. vi. [8. p. 772. ed. Potter.] tamquam ex S. Barnaba, lapsu memoriae, vel levi incuria, aut errore; supra enim, Strom. i. [7. p. 338. ed. Potter.] Clementi, ut mihi videtur, ea tribuit. Sin aliter se res habeat, et alienis, sive Clementis, sive Barnabae, tanquam suis utatur, i. Strom. inde discat Anonymus [Bernardus] male ab eo concludi, quia aliquibus, tacito Clementis nomine, tanquam suis utitur Alexandrinus, quae in hac Epistola inveniuntur, ideo hanc interpolatam fuisse ex Clemente Alexandrino. Legimus autem Strom. vi. [8. p. 772. ed. Potter.] Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, φησίν· ἐν αὐταῖς εἰσελθὼν ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ· αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου· δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ· ἐξηγούμενος δὲ τὸ ῥητὸν τοῦ Προφήτου Βαρνάβας ἐπιφέρει· Πολλῶν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν. κ. τ. λ. Cf. cum his quae habentur Strom. i. de quibus vide notam praecedentem. [p. 174. l. 2.] WOTT.

6. ἡ ἐν Χριστῷ] Cf. Hermae Pastorem, III. Sim. ix. 12. '*Porta* vero Filius Deo est, qui 'solus est accessus ad Deum.' et Ignatii Ep. ad Philad. §. 9. αὐτὸς ὢν θύρα τοῦ Πατρὸς κ. τ. λ.

8. ἀταράχως] Rectius opinor καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀταράχως πάντα ἐπιτελοῦντες. BOISIUS.

10. γνῶσιν ἐξειπεῖν] Grassius, *qu'il ait le don d'instruire les autres.* Ruchatus, *qu'il ait une grande capacité à expliquer la science.* Herzogius, *sei er mächtig in Auslegung.*

ib. ἐν διακρίσει] Libb. impr. omnes habent ἐν δικαίᾳ κρίσει: non adeo recte. Codex enim MStus exhibet ΔΙΑΚΡΙΣΙΝ. Lego autem cum Clemente Alex. διακρίσει; ita enim ab eo exhibetur in utroque loco, viz. Strom. i. prius citato et Strom. vi. Forte scripsit Clemens Romanus διακρίσεσιν; errore autem facili librarius, lapsis literis ε σ, posuit διάκρισιν. WOTT. Millius quoque et Davisius ἐν διακρίσει e Clemente Alexandrino reponebant, cui lectioni favet usus verbi δια-

γων, ἤτω ἁγνὸς ἐν ἔργοις· τοσούτῳ γὰρ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι, καὶ ζητεῖν τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ.

Charitatis encomium.

ΜΘʹ. Ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν Χριστῷ, τηρησάτω τὰ τοῦ Χριστοῦ παραγγέλματα. Τὸν δεσμὸν τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τίς δύναται ἐξηγήσασθαι; τὸ μεγαλεῖον τῆς καλλονῆς αὐτοῦ τίς ἀρκεῖ, ὡς ἔδει, εἰπεῖν; τὸ ὕψος, εἰς ὃ ἀνάγει ἡ ἀγάπη, ἀνεκδιήγητόν ἐστιν. Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ Θεῷ, ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν, ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακρο-

κρίνειν in I Cor. xiv. 29. Cf. διακρίσεις διαλογισμῶν. Rom. xiv. 1. διακρίσεις πνευμάτων. I Cor. xii. 10. Ego quidem, cum Codicem acrius inspicerem, ΔΙΑΚ. ΙΑΚΡΙΣΙΝ cernere visus sum, verisimillimumque duxi duas priores syllabas repetitas fuisse per eamdem festinationem et incuriam quibus debemus accusativum pro dativo quem sensus plane postulat. Librario indocto γνῶσιν proxime praecedens fraudi forsitan fuit. Sed pergamena in hac parte MSti tam trita, tam commaculata est, ut nemo sanorum pro certo hoc vel illud statuere audeat.

1. ἤτω ἁγνὸς ἐν...] Conjiciebat Cotelerius [post Junium] ex altero Clemente reponendum esse ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις. Sed nihil nos cogit ut MS. emendemus ex Alexandrino; qui aliorum scripta excerpens, addit, detrahit, invertit, ut viris eruditis compertum. GALLAND. Clemens Alex. Strom. i. 7. p. 339. ed. Potter. habet ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων· ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις. at vi. 8. p. 773. ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις, ἤτω ἁγνός. quam lectionem, ut pleniorem, sic veriorem existimant Potterus, et Grabius, Spicil. i. p. 263.

ib. τοσούτῳ γὰρ μᾶλλον] Ita cum Cod. MSto Wottonus, Russel. Galland. et Hornemannus, necnon Clem. Alex. Caeteris Edd. deest γάρ, nec quidem incommode.

ib. τοσούτῳ γὰρ κ. τ. λ.] Citatur in Antonii Melissa, Parte 2. Serm. 73. Κλήμεντος·.... τοσοῦτόν τις μᾶλλον ὀφείλει ταπεινοφρονεῖν, ὅσον δοκεῖ μᾶλλον εἶναι· καλὸν γὰρ ἀεὶ τῷ κρείττονι τὸ χεῖρον ἀκολουθεῖν, διὰ βελτιώσεως ἐλπίδα. [Sic legitur in Cod. Barocc. cxliii. fol. 160.] Et in Maximo, Locorum Communium Sermone 49. Κλήμεντος· τοσοῦτόν τις μᾶλλον ὀφείλει ταπεινοφρονεῖν, ὅσον δοκεῖ μᾶλλον εἶναι. Vides et abesse utrobique vocem μείζων, et sententiam καλὸν γὰρ κ. τ. λ. sejungi debere a priori. Quod postremum firmat veteris codicis auctori-

monum dijudicatione, sit castus in operibus; quanto major esse videtur, tanto humilior esse debet, et quod omnibus utilitatem afferat, non suum quaerere. Matt. xxiii. 11. 1 Cor. x. 33.

XLIX. Qui charitatem in Christo habet, servet Christi mandata. Vinculum charitatis Dei quis Col. iii. 14. potest enarrare? quis praestantiae ejus magnificentiam prout par est enarrare valet? Altitudo ad quam evehit charitas inenarrabilis est. Charitas nos Deo agglutinat, charitas peccatorum multitudinem tegit, 1 Pet. iv. 8. charitas omnia sustinet, omnia patienter tolerat; 1 Cor. xiii. 7. Jacob. v. 20.

tas; necnon Damasceni Eclogae MStae in Bibliotheca Claromontana, cap. Περὶ συναγωγῆς χρηστῶν ἀνδρῶν. quae Philoni adscribunt illud καλὸν γὰρ ἀεὶ κ. τ. λ. COTEL. Grabius quoque in Spicil. tom. i. p. 270. censet Epistolae Clementinae additam hic vocem μείζων. Sed nihil detrahendum suadet Clemens Alex. qui hanc S. Patris sententiam integram recitat. Strom. vi. 8. p. 773. GALLAND.

3. καὶ ζητεῖν] Videtur S. Pater digitum intendisse in illud I Cor. x. 33. μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. GALLAND.

5. τὸν δεσμὸν] Citatur haec a B. Hieronymo, qui in Commentariis in Ep. ad Eph. [iv. 1.] *Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino,* ita adnotavit: 'Potest 'et in Christi vinculis et in 'carcere pro martyrio constitutus haec scribere: melius 'autem est, si vinctum in 'Christi charitate dicamus. 'Cujus rei et Clemens ad Corinthios testis est, scribens '*Vinculum charitatis Dei quis poterit enarrare?*' [Opp. tom. vii. p. 606. ed. Vallars.] WOTT.

7. ἀρκεῖ, ὡς ἔδει] Millius et Wottonus mirantur quomodo istas tres voces eruerit Junius, quippe quae plane fugerant e MSto. Mihi autem, summa qua potui cura Codicem inspicienti, visum est harum vocum reliquias tenuissimas quidem adhuc exstare.

8. τὸ ὕψος, κ. τ. λ.] Habentur haec a Clemente Alex. usque ad εἰ μὴ οὓς ἂν καταξιώσῃ ὁ Θεός, at multo compendiosius. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη, τὸ ἀγαπᾶν τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον· αὕτη εἰς τὸ ἀνεκδιήγητον ὕψος ἀνάγει. Ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν· ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ· ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ Θεῷ· πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ· ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Δίχα ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τῆς τελειότητος αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἐξήγησις, φησί· τίς ἱκανὸς ἐν αὐτῇ εὑρεθῆναι, εἰ μὴ οὓς ἂν αὐτὸς καταξιώσῃ ὁ Θεός; [Strom. iv. p. 613. ed. Potter.] WOTT.

9. ἀγάπη καλύπτει] Sic sine articulo in hac etiam clausula; quamquam Coustantius, Wottonus, et Gallandius, Millii

θυμεῖ· οὐδὲν βάναυσον ἐν ἀγάπῃ, οὐδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπη σχίσμα οὐκ ἔχει, ἀγάπη οὐ στασιάζει; ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ· ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ· δίχα ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστόν ἐστιν τῷ Θεῷ. Ἐν ἀγάπῃ προσελάβετο ἡμᾶς ὁ Δεσπότης· διὰ τὴν ἀγάπην ἣν ἔσχεν πρὸς ἡμᾶς, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν, ἐν θελήματι Θεοῦ, καὶ τὴν σάρκα ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Quam expetenda sit charitas.

Ν΄. Ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, πῶς μέγα καὶ θαυμαστόν ἐστιν ἡ ἀγάπη, καὶ τῆς τελειότητος αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἐξήγησις. Τίς ἱκανὸς ἐν αὐτῇ εὑρ[εθῆναι], εἰ μὴ οὓς ἂν καταξιώσῃ [ὁ Θεός; Εὐχώμε]θα οὖν καὶ αἰτώμεθα ἀπ[ὸ τοῦ ἐλέ]ους αὐτοῦ, ἵνα ἐν ἀγάπῃ [ζῶμεν], δίχα προσκλίσεως ἀνθρω[πίνης], ἄμωμοι. Αἱ γενεαὶ πᾶσαι [ἀπὸ Ἀδὰμ] ἕως τῆσδε ἡμέρας παρῆ[λθον],

nomine, ut videtur, capti, inserunt ἡ ante ἀγάπη.

3. ἐν τῇ ἀγάπῃ] Hunc articulum a Wottono e Codice repositum habent Colomesius, Russel. Galland. Hornemannus, et Hefelius. Caeteri editores non agnoscunt.

ib. ἐτελειώθησαν] Sic D. Johannes, Ep. I. iv. 18. ὁ δὲ φοβούμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ.

7. Ἰησοῦς Χριστὸς] Edd. ante Wottonum, necnon Hornemannus, ὁ Χριστός. Sed MS. exhibet ΙΣ, quo modo Ἰησοῦς perpetuo scribitur in hoc Codice.

8. καὶ τὴν σάρκα, κ. τ. λ.] Paene eadem habentur a B. Irenaeo forsan respiciente hunc locum: Τῷ ἰδίῳ οὖν αἵματι λυτρωσαμένου ἡμᾶς τοῦ Κυρίου, καὶ δόντος τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καὶ τὴν σάρκα τὴν ἑαυτοῦ ἀντὶ τῶν ἡμετέρων σαρκῶν. [V. i. 1. p. 292. ed. Massuet.] Ex sententia igitur utriusque Patris Jesus Christus Dominus noster dedit τὴν ψυχὴν καὶ σάρκα ἑαυτοῦ ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς καὶ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, quod plane evertit impium Socini dogma, Jesum Christum non praestitisse satisfactionem plenam et vicariam: nec non Apollinaris dogma, eum non habuisse animam rationalem, quum locum ejus suppleverit ὁ λόγος: ut enim animas nostras redimeret, dedit animam suam, i. e. humanam; quum aliter non fu-

nihil sordidum in charitate, nihil superbum; charitas non habet schisma, charitas seditionem non movet, charitas omnia in concordia facit, in charitate omnes Dei electi perfecti sunt facti, sine charitate nihil Deo acceptum est. In charitate nos Dominus sibi assumpsit: propter charitatem quam erga nos habuit, Johan. iii. 16. xv. 13.
Dominus noster Jesus Christus voluntate Dei san- 1 Johan.
guinem suum pro nobis dedit, et carnem suam pro iv. 9.
carne nostra, et animam pro animabus nostris.

L. Videtis, dilecti, quam magna et admiranda sit charitas, et quod perfectionis ejus non est enarratio. Quis est idoneus ut in ipsa inveniatur, praeter eos quos Deus dignos esse judicaverit? Oremus igitur et precibus petamus ab illius misericordia, ut inculpati, sine studio et propensione aliqua humana, in charitate vitam transigamus. Generationes omnes ab Adamo

isset proprium sacrificium pro anima humana. WOTT. Quanto rectius hic quam Hornemannus, qui in his verbis nihil vidit 'praeter flosculum oratorium'!

14. *καταξιώσῃ*] Ita tacite Junius, quem summo consensu et optimo quidem jure secuti sunt editores omnes. Codex MStus exhibet ΑΠΑΞΙΩΣΗ, sensu plane absurdo.

15. *ἀ[πὸ τοῦ ἐλέ]ους αὐτοῦ*] Codex MStus praebet ΑΙΤΩΜΕΘΑΑΠ......ΟΥΣ et spatium circiter sex literarum. Conjecturam Millii, praeeunte Gallandio, admisi, pro lectione Juniana *αἰτώμεθα [εἶναι ἀξί]ους αὐτοῦ*, quam exhibent Editores caeteri praeter Wottonum, qui, Millium conatum esse lacunam supplere nescius, statuit syntaxeos rationem postulare accusativum aliquem commodum post *αἰτώμεθα*; conjecturam tamen Millianae simillimam facit *ἀπὸ ἐλέους*, quam ipse vix Graecam censet, quam Clericus quasi de suo promit. Davisii medelae *αἰτώμεθα ἁγιασμούς*, quae Schoenemanno praeplacet, nullus revera est locus; ne enim dicam exempla pluralis nominis istius adhuc desiderari, in Codice etiam hodie cernere poteris ΑΠ. Mox pro *αὐτοῦ* Junius, Fellus, et Colomesius mallent *αὐτῆς*, i. e. *ἀγάπης*.

16. *δίχα προσκλίσεως ἀνθρω[πίνης]*] Infeliciter Grassius, *et sans aucune affection pour les choses terrestres*. Recte Chevallierius, *without human partiality*, quem ad modum Ruchatus quoque et Herzogius. Vide supra, §. 47.

17. [*ἀπὸ Ἀδὰμ*] Hoc supplementum exhibent Cotelerius, Coustantius, Freyius. Nullam lacunam indicant Junius, Gal-

ἀλλ' οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέν[τες], κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἔχου[σιν] χῶρον εὐσεβῶν· οἳ φανερ[οῦν]ται ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῆς βασιλ[είας] τοῦ Χριστοῦ. Γέγραπται γάρ· "Εἴσελ[θε] εἰς τὰ ταμεῖα μικρὸν ὅσον "ὅσο[ν], ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ὀργὴ καὶ θ[υμός] μου·

landius, Russelius, Schoenemannus. Spatium autem in quo ἀπὸ Ἀδὰμ aut denique tale quid desideratur, certe exstat, et quanquam maculae quibus pagina haec tota afficitur omnem hariolationem vetant, auctoritate Clementis Alexandrini nitimur qui hunc locum Αἱ γενεαὶ ad τῆς βασιλείας, tacito Clementis nostri nomine, citat Strom. iv. 7. p. 614. ed. Potter.

1. τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν] ita Cod. MStus et Clemens Alex. Edd. ante Wottonum, necnon Hornemannus, habent τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν. Mirari Junii negligentiam licet, qui veram lectionem margini apposuit.

2. χῶρον εὐσεβῶν] Ita a Cod. MSto exhibetur; at Codd. impressi omnes, necnon Clemens Alex. habent χώραν εὐσεβῶν. Non est cur lectionem MSti Codicis sollicitemus, quum legamus χῶρος apud optimae notae scriptores, tum poetas, tum eos qui soluta oratione scripserunt. Apud Homerum νεκύων χῶρος, et in alio loco ἀτέρπεα χῶρον. Et apud Authorem Dialogi Axiochi nomine inscripti χῶρον ἀσεβῶν. Locus etiam fuit in insula Siciliae inter Syracusas et Messanam, a piis fratribus dictus Εὐσεβῶν χώρα vel χῶρος· Διὰ ταῦτα οἱ Σικελιῶται τὸν χῶρον ἐκεῖνον Εὐσεβῶν χώραν ἐκάλεσαν. Conon. Nar. 43. forte legendum est χῶρον in secundo loco: certe apud Lycurgum locus hic dicitur Εὐσεβῶν χῶρος. De loco illo vid. celeberrimi Ric. Bentleii Dissertationem de Phalar. p. 185. qui et ipse pro singulari sua, qua omnes excipere solet, humanitate, me monuit, non esse discedendum hoc in loco a fide MSti Codicis. Χῶρος Εὐσεβῶν idem est ac ἱδρυμένος τόπος §. 44. Esse autem hunc medium quemdam statum felicitatis, quo piae animae mox a discessu e corporibus fruuntur, non autem ipsum coelum, credidisse videtur Clemens noster, ὁ Σύγχρονος ac Discipulus Sanctorum Petri, Paulique, sicut ex iis quae sequuntur immediate, colligi potest; et S. Irenaeus adhuc clarius: 'Cum enim 'Dominus in medio umbrae 'mortis abierit, ubi animae 'mortuorum erant, post deinde 'corporaliter resurrexit, et post 'resurrectionem assumptus est; 'manifestum est, quia et dis'cipulorum, propter quos et 'haec operatus est Dominus,' αἱ ψυχαὶ ἀπέρχονται εἰς . . . . τὸν τόπον, (*invisibilem locum*) τὸν ὡρισμένον αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, κἀκεῖ μέχρι τῆς ἀναστάσεως φοιτῶσι περιμένουσαι τὴν ἀνάστασιν· ἔπειτα ἀπολαβοῦσαι τὰ σώματα καὶ ὁλοκλήρως ἀναστᾶσαι, τουτέστι σωματικῶς, καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἀνέστη, οὕτως ἐλεύσονται εἰς τὴν ὄψιν τοῦ Θεοῦ. Iren. V. xxxi. [2.

usque in hodiernum diem praeterierunt; qui vero per Dei gratiam in charitate sunt consummati, locum piorum obtinent, et in visitatione regni Christi manifestabuntur. Scriptum enim est, *Ingredere in* Esai. xxvi. 20.
cubicula tua paululum quantulumcunque, donec ira

p. 331. ed. Massuet.] Cum his consentiunt Justinus Martyr, Tertullianus, et plerique Sanctorum Patrum. Alius tamen est hic a Purgatorio eo, quod posteriora saecula induxerunt. Hinc Ecclesia Romana hanc opinionem quasi Haereticam condemnat, quam Clemens ipse videtur amplexus fuisse. Quod siquis aliter hac de re, quam Sancti Patres, sentiat, audiat saltem Hieronymum, qui alia de re, de qua non aeque constat, ita judicat: 'Licet 'non sequamur, tamen damnare 'non possumus; quia multi 'Ecclesiasticorum virorum et 'Martyres ista dixerunt; et u-'nusquisque in suo sensu abun-'det, et Domini cuncta judicio 'reserventur.' Comment. in Hierem. Lib. iv. Cap. 20. WOTT. Minus feliciter hunc locum reddunt Wakius et Chevallier. *a place among the righteous.* Melius Grassius, *l'héritage des Saints.* Ruchatus, *la région des gens pieux.* Herzogius, *den Ort der Frommen.* Cf. supra, §. 44. p. 158. l. 10.

ib. φανερ[οῦν]ται] Ita dedi cum Wottono, Russel. Schoenem. et Hefelio. Edd. caeteri et Clemens Alex. φανερωθήσονται. Forma contractior, quam a LXX Intt. frequentatam saepissime usurpant Scriptores Ecclesiastici, melius certe cum lacunae spatio congruit.

3. ἐν τῇ ἐπισκοπῇ] Infeliciter hunc locum vertunt Wakius et Chevallier. *in the Judgment of the Kingdom of Christ.* Melius Gul. Burton cum Latinis Intt. *in the visitation of the Kingdom of Christ.* Herzogius, *bei der Beschauung des Reichs Christi.* Ruchatus, *dans la Revue du Royaume de Jésus Christ.* Grassius, *au jour que Jésus Christ viendra juger le monde et qu'il entrera dans son règne.* ἐπισκοπή hoc loco idem significat quod παρουσία saepius in N. T. e. g. S. Matth. xxiv. 3. II Thess. ii. 1. S. Jacob. v. 7. Cf. Schleusner. Lex. Vet. Test. et Suicer. Thes. Eccl. in voce.

4. ταμεῖα] Ita Junius, Fellus, Colom. Cotel. Frey. idque recte nullus dubito; Cod. enim MStus habet ΤΑΜΙΑ, Ι pro diphthongo scriptum, ut saepissime. Intt. LXX quoque sec. Cod. Vat. praebent ταμεῖα. Russel. et Galland. post Wottonum, et LXX Intt. sec. Cod. Alex. exhibent usitatiorem scripturam ταμιεῖα. At ταμεῖον apud recentiores passim obvium. Vid. Porson. in Eurip. Orest. 229. Cf. S. Matt. xxiv. 26.

ib. ὅσον ὅσο[ν] Ita Junius, Cotel. Frey. cum Cod. MSto. Wottonus, Russel. Galland. legunt μικρὸν ὅσο[ν], ἕως. Ὅσον geminatum habes in Ep. ad Hebraeos, x. 37. et apud Aristoph. Vesp. 213. ed. Brunck.

“ καὶ μνησθήσομαι ἡμέρ[ας] ἀγαθῆς, καὶ ἀναστήσω “ ὑμᾶς [ἐκ] τῶν θηκῶν ὑμῶν.” Μακάριοί ἐσμεν, ἀγαπητοὶ, εἰ τὰ [προσ]τάγματα τοῦ Θεοῦ ἐποιοῦμεν ἐ[ν ὁ]μονοίᾳ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀφεθῆ[ναι] ἡμῖν δι' ἀγάπης τὰς ἁμαρτίας [ἡμῶν]· γέγραπται γὰρ, “ Μακάριοι ὧν [ἀφέ]θησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν “ ἐπεκ[αλύ]φθησαν αἱ ἁμαρτίαι· μακάριος [ἀνὴρ] “ οὗ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν, οὐδέ ἐστιν “ ἐν τῷ στόματι αὐτ[οῦ] δόλος.” Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐ[γέ]νετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμ[ῶν], ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶ[ν]ας τῶν αἰ[ώ]νων. Ἀμήν.

Ad peccati confessio-

ΝΑ'. Ὅσα [οὖ]ν παρέ[βη]μεν διά τινος τῶν

1. καὶ μνησθήσομαι ἡμέρ[ας], κ. τ. λ.] Simile nonnihil habes in libro Apocrypho iv. Esdrae ii. 16. Quem auctorem Graecos sua lingua habuisse vel illa arguunt quae ex v. 35. a Clem. Alex. Strom. iii. [16. p. 556. ed. Potter.] Graece referuntur. COLOM. *Et resuscitabo mortuos de locis suis, et de monumentis educam illos.* Lege etiam Isaiae xxvi. 19. lxiii. 11. et Heb. xiii. 20. hinc enim forte consarcinatus fuit iste locus. COTEL. Cotelerio aegre adsentitur Coustantius. Gallandius vix dubitat quin S. Pater respexerit ad illud Ezech. xxxvii. 12, 13.

2. θηκῶν] Sic cum Cod. MSto Wottonus, quem secuti sunt Russelius, Gallandius, et Schoenemannus. Caeteri σηκῶν.

3. τὰ [προσ]τάγματα] Articulum ad MSti fidem primus exhibuit Wottonus.

4. εἰς τὸ ἀφεθῆ[ναι] Animadverte hic Clementem eamdem plane vim Charitati ad remissionem peccatorum seu Justificationem consequendam tribuere, quam tribuit Fidei Apostolus Paulus, cujus tamen mentem ignorare aut ab ea deflectere non potuit Clemens: immo eadem plane utitur forma loquendi, Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ κ. τ. λ. qua Paulus ad Rom. iv. 9. Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος κ. τ. λ. tandemque idem Davidis testimonium adhibet ad confirmationem hujus doctrinae de Charitatis efficacia ad Justificationem, ex quo Fidei vim sine operibus docuerat Paulus, Rom. iv. 6—8. ut longe clarissimum sit, nunquam sanctos hos viros tam subtilem notionem Fidei animo concepisse, quae sanctitatem. Charitatemque ab ea removeret. Patet etiam quomodo intelligendum, quod §. 32. inculcarat. FREY. Cf. omnino Bulli Harmoniam

mea et furor pertranseat: et recordabor diei boni, et suscitabo vos e sepulchris vestris. Beati sumus, dilecti, si praecepta Dei in charitatis concordia impleverimus, ut per charitatem peccata nostra nobis remittantur; scriptum enim est, *Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum, neque est in ore ejus dolus.* Haec beatitudo contigit eis, qui a Deo sunt electi per Jesum Christum Dominum nostrum, cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

Ezech. xxxvii. 12, 13. 4 Esdr. ii. 16. Ps. xxxii. 1, 2.

LI. Quaecunque igitur per aliquas adversarii

Apostolicam, Dissert. Post. cap. xii. §.27. tom.iii.p.232. ed.Burt.

5. ἁμαρτίας [ἡμῶν] Sic Edd. usque ad Wott. qui contendit neque exstare in MSto vocis ἡμῶν spatium, neque ad perficiendam sententiam ejus opus esse. Abundantia verum hujusmodi a stylo Clementis nostri minime abhorret; atque mihi, Codicem MStum identidem inspicienti, persuasum est lineam sinistram literae H adhuc cerni posse. In fine lineae superioris tres literae NAI perierunt e voce ΑΦΕΘΗΝΑΙ, sicut in inferiore duae syllabae priores vocis ΑΦΕΘΗΣΑΝ. Quum igitur librarius, in lineis claudendis, tantum non semper minusculis literis utatur, chasma certe satis largum habemus.

6. ὧν [ἀφέ]θησαν] ὧν literis miniatis Junius: verum in Cod. usque adhuc expresse legitur.

ib. καὶ ὧν] Fallitur doctissimus Millius, qui monet in MSto exstare Ω; folium enim, quamvis misere detritum, si in perpendicularem erectum solis radiis opponatur, vestigia impressa literae N adhuc exhibet.

8. οὗ οὐ] Ita se habet Cod. MS. tum hoc in loco, tum Ps. xxxii. Vat. Cod. exhibet ᾧ. Sic S. Paulus ad Rom. [iv. 8.] eodemque modo legitur in Hebraeo textu, et Versionibus omnibus: ᾧ igitur genuinam esse lectionem existimo; ad idem vero redit, sive ᾧ sive οὗ legamus. WOTT.

11. ᾧ ἡ δόξα, κ. τ. λ.] Confer hanc Doxologiam cum ea quae habetur §. 20. in qua Christo tribuitur ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλωσύνη, et cum eis, quae habentur §§. 58. et ult. Δι' οὗ αὐτῷ δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος, τιμή, κ. τ. λ. Et paulo infra, Δι' οὗ αὐτῷ δόξα, τιμή, κράτος καὶ μεγαλωσύνη, θρόνος αἰώνιος, κ. τ. λ. Ex his enim constare potest, utramque Doxologiarum formulam in initio ab Apostolicis usque temporibus apud Ecclesiam receptam fuisse. WOTT.

13. Ὅσα [οὖ]ν παρέ[βη]μεν] Sic pro ὅσοι, lectione Juniana, primus restituit Wott. e MSto.

nem et veniae implorationem dissidii auctores hortatur.

[τοῦ] ἀντικε[ιμέ]νου, ἀξιώσωμεν [συγγνώμην]· καὶ ἐκεῖνοι δὲ οἵτι[νε]ς ἀρχηγ[οὶ τῆς] στάσεως καὶ διχοστασίας ἐγεν[ήθ]ησαν, ὀφείλουσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. Οἱ γὰρ μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης πολιτευόμενοι, ἑαυτοὺς θέλουσιν μᾶλλον αἰκίαις περιπίπτειν ἢ τοὺς πλησίον· μᾶλλον δὲ ἑαυτῶν κατ[ά]γνωσιν φέρουσιν, ἢ τῆς παραδεδομένης ἡμῖ[ν] καλῶς καὶ δικαίω[ς] ὁμοφωνίας.

Praestat de lapsibus confiteri, quam cor indurare.

Καλὸν γ[ὰρ] ἀνθρώπῳ ἐξομολογεῖσθαι περὶ τ[ῶν] παραπτωμ[ά]των, ἢ σκληρῦναι τὴν καρδίαν αὐτ[οῦ,] καθὼς ἐσκληρύνθη ἡ καρδία τῶν στασιαζόντων πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν· ὧν τὸ [κρί]μα πρόδηλον ἐγενήθη, κατέβ[η]σαν γὰρ εἰς ᾅδου ζῶ[ν]τες, καὶ θά[νατος κατέπιεν α]ὐτούς. Φαραὼ καὶ ἡ στρα[τία αὐτ]οῦ, καὶ πάντες οἱ ἡγούμε[νοι Αἰγ]ύπτου, τά τε ἅρματα καὶ οἱ [ἀναβά]ται αὐτῶν, οὐ δι' ἄλλην τινὰ [αἰτία]ν ἐβυθίσθησαν εἰς θάλασσαν [ἐρυθρ[ὰν, καὶ ἀπώλοντο, ἀλλὰ διὰ [τὸ σκλη]ρυνθῆναι αὐτῶν τὰς ἀσυ[νέτου]ς καρδίας, μετὰ τὸ γενέσθαι [τὰ ση-

1. [τοῦ] ἀντικειμένου] Junius, Fellus, Colomesius, et Coustantius, hunc locum ita refingendum censent, Ὅσοι οὖν ἄκοντες παρέβημεν διά τινας τῶν τοῦ ἀντικειμένου παρεμπτώσεων ... e Clemente Alex. apud quem, Strom. iv. 17. p. 614. ed. Potter., ita legimus, Ἡ ἀγάπη ἁμαρτάνειν οὐκ ἐᾷ· ἣν δὲ καὶ περιπέσῃ ἄκων τοιαύτῃ τινὶ περιστάσει διὰ τὰς παρεμπτώσεις τοῦ ἀντικειμένου, μιμησάμενος τὸν Δαβὶδ, ψαλεῖ· Ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ κ. τ. λ. uti supra in §. 52. Vocem παρεμπτώσεων margini apponunt Cotel. et Schoenem. in contextu exhibet Hornemannus. Post τοῦ ἀντικειμένου Wottonus suspicatur in MSto deesse τεχνῶν, δόλων, ἐπιβολῶν, ἐνεδρῶν, πειρασμῶν, aut tale quid. Davisius sic corrigit, Ὅσα οὖν παρέβημεν διὰ πειρασμῶν vel τεχνασμάτων. Wakius vertit, *as many as have transgressed by any* of the suggestions *of the adversary*. Sic Chevall. quoque, Gulielmus Burton, Ruchatus et Herzogius. Ὁ ἀντικείμενος est *Satanas* apud Clem. Alex. Strom. ii. 5. p. 439. ed. Potter. ὁ ἀντικείμενος τῷ γένει τῶν δικαίων, Mart. Polyc. §. 17. Sic Barnabae Epist. §. 2. 'Cum ....*Contrarius* habeat 'hujus saeculi potestatem.' Alio

suggestiones deliquimus, veniam et indulgentiam imploremus; illos vero qui seditionis et dissentionis principes et authores exstiterunt, communem spem attendere oportet. Qui enim in timore et charitate vitam degunt, seipsos potius quam proximos in cruciatus incidere volunt, et seipsos potius quam pulchre et juste traditam nobis consensionem condemnant. Melius enim est ut homo peccata sua confiteatur, quam induret cor suum, prout induratum est eorum cor, qui contra Moysem famulum Domini seditionem concitarunt; quorum Jos. i. 2.
condemnatio manifesta fuit, descenderunt enim in Ps.xc.Inscr. Num. xvi.
infernum vivi, et mors eos absorpsit. Pharao una cum ejus exercitu, et omnes praefecti Aegypti, cur- Exod. xiv.
rus etiam et equites eorum, non aliam ob causam rubri maris profundo immersi sunt et perierunt, quam quod stulta eorum corda, post tot signa et

sensu D. Paulus ad Thess. II. ii. 4. ad Tim. I. v. 14.

3. *τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος*] Cf. Ignat. ad Eph. 1. *ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος.* ib. 21. *τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.* ad Philad. 5. *Χριστῷ τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.*

5. *αἰκίαις*] Lectionem a Schoenemanno et Hornemanno in contextum admissam, a caeteris omnibus ad oram librorum datam, accepi pro ΟΙΚΙΑΙΣ quod Cod. MStus exhibet.

8. *καλῶς καὶ δικαίω[ς]* Ita cum MSto Wottonus, Russel. Galland. Schoenem. et Hefelius. Caeteri *καλῆς καὶ δικαίας.*

ib. *Καλὸν γ[ὰρ]*] *Καλὸν γὰρ ἀνθρώπῳ ἐξομολογεῖσθαι...ἢ σκληρῦναι* est Hebraismus apud N.T. scriptores et Clementem usitatissimus. WOTT.

16. [*ἀναβά*]*ται*] Ita, Colomesii conjecturam secuti, Wott. Galland. Hornem. et Hefelius. Caeteri cum Junio *ἱππόται*, quae vox, uti monet Wottonus, non occurrit in Historia Sacra, Exod. xiv. 23—26. quam proculdubio respexit S. Pater. Lacuna insuper est plurium quam quatuor literarum: in lineis duabus proxime praecedentibus habemus supplementum sex literarum; atque infra tribus in locis literas quinque periisse certissimum est.

ib. *οὐ δι' ἄλλην*] Ita legendum vidit Junius pro ΟΙ quod legitur in Codice MSto. Correctionem, quam margini apponunt caeteri, Russel. Schoenem. Hornem. Hefelius in contextu exhibent.

19. *γενέσθαι* [*τὰ σημ*]*εῖα* [*καὶ*] *τὰ τέρατα*] Sic proculdubio le-

μ]εῖα [καὶ] τὰ τέρατα ἐν γῇ Αἰγύ[πτου], διὰ [τοῦ θ]εράποντος τοῦ Θεοῦ [Μ]ωϋσέως.

Talis confessio Deo placet.

NB'. Ἀπροσδεὴς, ἀδελφοὶ, [ὁ] Δεσπότης ὑπάρχει τῶν ἁπάντων, [οὐ]δὲν οὐδενὸς χρῄζει, εἰ μὴ τὸ [ἐξ]ομολογεῖσθαι αὐτῷ. Φησὶ γὰρ [ὁ] ἐκλεκτὸς Δαβίδ· "Ἐξομολογήσο[μ]αι τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀρέσει "αὐτῷ ὑπὲρ [μ]όσχον νέον κέρατα ἐκφέροντα καὶ "ὁπλάς· ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν." Κ[αὶ πά]λιν λέγει· "Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰ[νέ]-"σεως, καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου· καὶ "ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦ-"μαί σε, καὶ δοξάσεις με. Θυσία γὰρ τῷ Θεῷ "πνεῦμα συντετριμμένον."

Moysis ingens charitas.

NΓ'. Ἐπίστασθε γὰρ, καὶ καλῶς ἐπίστασθ[ε, τὰ]ς ἱερὰς γραφὰς, ἀγαπητοὶ, [καὶ ἐγκε]κύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ [Θεοῦ· εἰς ἀ]νάμνησιν οὖν ταῦτα [λάβετε]. Μωϋσέως γὰρ ἀναβά[ντος εἰ]ς τὸ ὄρος, καὶ

gendum est. Fere enim ubique in Sacris Literis eo modo simul leguntur, praecipue in libro Exodi, ubi haec ipsa narrantur. Et S. Stephanus de hac ipsa re agens dicit, Οὗτος ἐξήγαγεν αὐτοὺς, ποιήσας τέρατα καὶ σημεῖα ἐν γῇ Αἰγύπτου. Act. vii. 36.—WOTT. Edd. ante Wotton. uti et Russelius et Hornemannus, cum Junio legunt μετὰ τὸ γενέσθαι [τηλικαῦ]τα τέρατα. Cod. MStus exhibet ΓΕΝΕΣΘΑΙ...... ΕΙΑ...ΤΑΤΕΡΑΤΑ.

1. διὰ [τοῦ θ]εράποντος] Hiatus in MSto plane et omnino postulat articulum ante θεράποντος, quem primus reposuit Wottonus.

3. Ἀπροσδεὴς κ. τ. λ.] Sic Justinus Martyr ad Diognetum, Ὁ γὰρ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ πᾶσιν ἡμῖν χορηγῶν ὧν προσδεόμεθα, οὐδενὸς ἂν αὐτὸς προσδέοιτο τούτων ὧν τοῖς οἰομένοις διδόναι παρέχει αὐτός. Et Cyrillus de Festis Paschalibus, Homil. xxii. παναρκὲς γὰρ τὸ Θεῖον, καὶ ζωοποιεῖ μὲν τὰ πάντα, δεῖ δὲ ὅλως αὐτῷ τῶν τοιούτων οὐδενός. JUNIUS. Ruchatus in sua Gallica versione monuit ad hunc locum, parem sententiam occurrere in Actis Theclae apud Grabium, Spicil. tom. i. p. 101. Θεὸς ἀπροσδεής, χρῄζων τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας. GALLAND. Sic Clemens Alex. Paedag. iii. 1. p. 250. ed. Potter. ἀνενδεὴς δὲ μόνος ὁ Θεός. Cf. *Quis dives salvetur?* §. 27. p. 951. Si plura

miracula ostensa per famulum Domini in terra Aegypti, indurata fuerint.

LII. Nullius rei, fratres, indigus est Dominus, nihil a quoquam desiderat, praeterquam ut ipsi confiteatur; dicit enim electus David, *Confitebor Domino, et placebit ei super vitulum novellum cornua producentem et ungulas: videant pauperes et laetentur.* Et rursus dicit, *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis tuae, et eruam te, et glorificabis me. Sacrificium enim Deo, spiritus contribulatus.*

Ps. lxix. 30, 31.
Ps. l. 14, 15.
Ibid. 17.

LIII. Nostis autem, dilecti, et probe nostis Sacras Scripturas, et penitius in Divina eloquia introspexistis; illa igitur memoria recolite. Cum Moyses in

cupias, adi Wetsten. ad Act. Apost. xvii. 25. Epistolam ad Diognetum, argumentis in utramque partem diligenter expensis, a Justino M. abjudicat eruditissimus Neander, Opusc. Patt. Select. i. p. 109—113. Berol. 1826.

ib. [ὁ] Δεσπότης] Ita Edd. cum Junio; et spatium articuli in MSto proculdubio est, ne dicam fragmentum literae O etiamnum cerni posse. Wottonus articulum omisit, quod fugit Galland. et Schoenemannum.

4. [οὐ]δὲν οὐδενὸς] Ita cum Cod. MSto Wotton. Galland. et Hefelius. Caeteri cum Junio οὐδὲ οὐδενός.

ib. τὸ [ἐξ]ομολογεῖσθαι] Junius, Fellus, Colomesius, et Schoenemannus reponunt τοῦ ἐξομολογεῖσθαι. Sed nihil opus est, modo cum Cod. MS. legamus, οὐδὲν οὐδενὸς χρῄζει, κ. τ. λ. *nihil a quoquam petit, nisi ut ipsi confiteatur.* DAVIS. Libb. impr. si Galland. et Hefelium excipias, habent οὐδὲ οὐδενός.

6. Δαβίδ·] Haec et sequentia usque ad finem capitis, nonnihil mutata, recitat Clem. Alex. Strom. iv. 17. p. 614. ed. Potter.

ib. Ἐξομολογήσο[μ]αι] Apud LXX Intt. legimus, Αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου μετ' ᾠδῆς, μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει· καὶ ἀρέσει τῷ Θεῷ ὑπὲρ μόσχον νέον κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς.

16. [λάβετε] In Cod. MSto stat ΤΑΥΤΑ... ΙΜΩΥΣΕΩΣ, unde summo jure Junius et post eum Wottonus conjecerunt scriptum fuisse ΛΑΒΕΤΑΙ post ΤΑΥΤΑ, ΑΙ pro Ε positis, ut passim a librario nostro; et λάβετε quidem legitur in omnibus editis. Millius autem contendit lacunam hanc non nisi septem literis expleri posse, ideoque reponit [ἐλάβετα]ι, i. e. ἐλάβετε, sensu parum commodo.

17. ἀναβά[ντος] Edd. qui line-

ποιήσαν[τος τεσσαρ]άκοντα ἡμέρας καὶ τεσ[σαράκοντ]α νύκτας ἐν νηστείᾳ [καὶ ταπειν]ώσει, εἶπεν πρὸς αὐτὸν [ὁ Κύριος, "Μωϋ]σῆ, Μωϋσῆ, κατάβηθι "[τὸ τάχος] ἐντεῦθεν, ὅτι ἠνόμησεν [ὁ λαός σ]ου, "οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς [Αἰγύπτο]υ· παρέβησαν ταχὺ "ἐκ [τῆς ὁδο]ῦ ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς, [ἐποίησα]ν ἑαυ"τοῖς χωνεύματα. [Καὶ εἶπε]ν Κύριος πρὸς αὐτόν· "Λελάλη[κα πρός] σε ἅπαξ καὶ δὶς, λέγων, [Ἑώ"ρακα] τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἰδοὺ λαὸς [σ]κληρο"τράχηλος· ἔασόν [με ἐξολ]εθρεῦσαι αὐτοὺς, καὶ "ἐξα[λείψω τὸ] ὄνομα αὐτῶν ὑποκά[τωθεν] τοῦ "οὐρανοῦ, καὶ ποιήσω [σὲ εἰς ἔθ]νος μέγα καὶ θαυ"μαστὸν, [καὶ πολ]ὺ μᾶλλον ἢ τοῦτο. [Εἶπε δὲ "Μ]ωϋσῆς· Μηθαμῶς Κύριε, [ἄφες τὴν ἁ]μαρτίαν

am sinistram τοῦ N censebant esse I, exhibent ἀναβαί[νοντος εἰ]ς. At lacuna non nisi sex literas admittit; et tempus aoristi melius cum contextu congruit.

1. ποιήσαν[τος—νύκτας] Insolens videtur Wottono haec phrasis, ποιεῖν χρόνον, quae tamen frequenter occurrit apud Sacros Novi Test. Scriptores. Act. xv. 33. xviii. 23. xx. 3. II Cor. xi. 25. Jac. iv. 13. Quid plura? Wetsten. ad Act. xv. 33. profert aliquot hujusmodi exempla vel ex ipsis limatissimis Graecis Scriptoribus, Demosthene, Platone, Polybio desumta. GALLAND.

3. [ὁ Κύριος, Μωϋ]σῆ] Junius, αὐτὸν [Θεός, Ἀνάστηθ]ι Μωϋσῆ, contra fidem Codicis MSti, qui sic se habet, ΑΥΤΟΝ ......ΣΗ. Itaque Millius legit ut apud LXX. αὐτὸν [Κύριος· ἀναστή]ση pro ἀνάστηθι. Wottonus vero, αὐτὸν [ὁ Θεός· Μωϋ]σῆ. Sic et Russelius. Alii Junium sequuntur, si Clerici secundam editionem excipias; ubi tamen, neque lectore admonito, neque rite reddita MSti lacuna, ita locus effertur: αὐτὸν ὁ Θεός· [Μωϋ]σῆ. GALLAND. Lacuna Cod. MSti non est nisi sex literarum, quas ita, ni fallor, exaravit librarius noster, ΟΚΣΜΩΥ.

6. ἧς ἐνετείλω] Ita LXX. necnon Versiones omnes antiquiores praeter unam Arabicam; at Hebraeus Textus, sicut hodie punctuatur, legitur in prima persona; abjectis autem punctis, cum versionibus convenit: quum autem utraque lectio sana sit, utra praeferatur penes lectorem sit judicare. Hebraeo-Samaritanus Textus utramque admittit; at Versio Samaritana convenit cum caeteris plerisque Versionibus. WOTT.

montem ascendisset, et quadraginta dies ac totidem noctes in jejunio et humilitate transegisset, dixit ad eum Dominus, *Moyses, Moyses, descende velociter hinc, quia iniquitatem fecit populus tuus, quos eduxisti de terra Aegypti; transgressi sunt cito de via quam mandasti eis, et fecerunt sibi fusilia. Et dixit Dominus ad illum, Locutus sum ad te semel et iterum dicens, Vidi populum hunc, et ecce populus dura cervice est; dimitte me exterminare eos, et delebo nomen eorum de sub coelo, et faciam te in gentem magnam et mirandam, et multam magis quam hanc. Dixit autem Moyses, Neutiquam Domine; remitte huic populo peccatum, vel etiam dele me de libro viventium.* O charitatem magnam! O insuperabilem perfectionem! Famulus Dominum

Deut. ix. 12. seq.

Exod. xxxii. 9, 10.

Ibid. 32.

7. [Καὶ εἶπε]ν] LXX Intt. habent καὶ εἶπε Κύριος πρός με (λέγων Cod. Vat. at non agnoscit Cod. Alex.) λελάληκα πρός σε ἅπαξ καὶ δὶς, λέγων, ἑώρακα κ. τ. λ. At neque Hebraeus Textus, neque ex Versionibus aliqua agnoscit λελάληκα πρός σε ἅπαξ καὶ δίς. WOTT.

9. καὶ ἰδοὺ λαὸς] Vox λαός, a Junio literis miniatis descripta, legitur in MSto. Nihil igitur causae est cur cum Pottero ad Clem. Alex. Strom. iv. 19. p. 617. censeamus ex Alexandrino potius quam ex LXX Intt. Clementem nostrum esse reformandum.

10. ἐξολ]εθρεῦσαι] Conf. notata supra ad §. 14. p. 56. l. 4.

14. Μηθαμῶς Κύριε,] Citantur haec ex Exod. xxxii. 32., ubi legitur καὶ νῦν, εἰ μὲν ἀφεῖς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, Alex. (αὐτῶν Vat.) ἄφες· εἰ δὲ μή, ἐξάλειψον κἀμέ Alex. (ἐξάλειψόν με Vat.) ἐκ τῆς βίβλου σου, ἧς ἔγραψας. In utroque loco de eadem re agit Moyses; et hinc fit quod conjunguntur simul haec ex libro Exodi citata et ea, quae prius citavit Pater ex Deuteronomio. Eodem modo habentur a Clemente Alex. proculdubio ex Nostro petita, licet pro more alia mutaverit, alia contraxerit, alia inseruerit. Legimus enim apud ipsum: Ταύτης τοι τῆς τελειότητος ἔξεστιν ἐπ' ἴσης μὲν ἀνδρὶ, ἐπ' ἴσης δὲ καὶ γυναικὶ μεταλαβεῖν. Αὐτίκα οὐχ ὁ Μωϋσῆς μόνος ἀκούσας παρὰ τοῦ Θεοῦ, 'Λελάληκα πρός σε ἅπαξ καὶ δὶς, 'λέγων· Ἑώρακα τὸν λαὸν τοῦτον, 'καὶ ἰδού ἐστι σκληροτράχηλος· 'ἐασόν με ἐξολοθρεῦσαι αὐτοὺς, 'καὶ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτῶν 'ὑποκάτωθεν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ 'ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ 'θαυμαστὸν, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ 'τοῦτο·' ἀποκρίνεται δεόμενος, μὴ τὸ ἑαυτοῦ σκοπῶν, ἀλλὰ τὴν κοινὴν

" τῷ λαῷ τούτῳ, ἢ κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ βίβλου ζών- " των." Ὦ μεγάλης ἀγάπης, ὢ τελειότητος ἀνυπερβλήτου! παρρησιάζεται θεράπων πρὸς Κύριον, αἰτεῖται ἄφεσιν τῷ πλήθει, ἢ καὶ ἑαυτὸν ἐξαλειφθῆναι μετ' αὐτῶν ἀξιοῖ.

Quid iis agendum propter quos orta est seditio.

ΝΔʹ. Τίς οὖν ἐν ὑμῖν γενναῖος; τίς εὔσπλαγχνος; τίς πεπληροφορημένος ἀγάπης; εἰπάτω, Εἰ δι' ἐμὲ στάσις, καὶ ἔρις, καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι οὗ ἐὰν βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους· μόνον τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνευέτω, μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων. Τοῦτο ὁ ποιήσας ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν Κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν· " τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ καὶ " τὸ πλήρωμα αὐτῆς." Ταῦτα, οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ Θεοῦ, ἐποίησαν, καὶ ποιήσουσιν.

σωτηρίαν· 'Μηδαμῶς, Κύριε· ἄφες 'τὴν ἁμαρτίαν τῷ λαῷ τούτῳ, ἢ 'κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ βίβλου ζών- 'των. Ὅση τελειότης τοῦ συναποθανεῖν ἐθελήσαντος τῷ λαῷ, ἢ 'σώζεσθαι μόνος! ἀλλὰ καὶ Ἰου- 'δὶθ,' κ. τ. λ. Strom. iv. 19. p. 617. ed. Potter. WOTT. Junius exhibet μηδαμῶς. Votum illud Paulinum pro fratribus ejus, Rom. ix. 3. adducit Wottonus, ut charitatem hac Moysis longe insigniorem exprimens. At sive cum Luckio, aliisque, ἀνάθεμα εἶναι intelligis *morte atrocissima mori*; seu *excommunicationem pati* cum Hammondo; sive Waterlandum sequeris in interpretando ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ *more Christi* sicut ἀπὸ προγόνων II Tim. i. 3. minime intelligendus est Apostolus tanquam animam suam lubenter ad aeternam perditionem devoturus.

1. ἢ κἀμὲ] Ita cum MSto Wott. Russel. Galland. Ita Clemens Alexandrinus quoque l. c. et LXX Intt. sec. Cod. Alex. Junius vero caeterique καί με.

7. πεπληροφορημένος ἀγάπης] Junius, Boisius, Fellus, et Colomesius mallent πεπληρωμένος. Nihil autem mutandum, uti viderunt Cotelerius et Wottonus; Πληροφορεῖσθαι enim apud Sacros et Ecclesiasticos Scriptores significat idem quod πληροῦσθαι, τελειοῦσθαι, *perfici, impleri*. Chrysostomus, Hom. ix. in II Epist. ad Timotheum, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον, τουτέστι, πλήρωσον. [Opp. xi. p. 716. ed. Ben.] Theophylactus in

libere alloquitur, pro plebe remissionem postulat, vel seipsum una cum eis deleri petit.

LIV. Quis igitur inter vos generosus est? quis misericors? quis charitate plenus? Dicat: Si propter me seditio, contentio, et schismata orta sunt, emigrabo, abibo quocunque volueritis, et quae a plebe mandantur faciam; solum Christi ovile in pace degat cum constitutis presbyteris. Qui hoc fecerit, magnam sibi gloriam in Domino conciliabit, et omnis locus eum excipiet. *Domini enim est terra et plenitudo* Ps. xxiv. 1.
ejus. Haec faciunt, et facient, qui vitam juxta normam Dei, cujus nunquam poeniteat, instituunt.

eumdem locum .... πληροφορηθῇ, τουτέστι, βεβαιωθῇ, ἢ εἰς πέρας ἔλθῃ καὶ πληρωθῇ. Oecumenius, ὁ Θεὸς τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει, i. e. πληρώσει. WOTT. Cf. Ecclesiast. viii. 12. LXX. διὰ τοῦτο ἐπληροφορήθη καρδία υἱῶν τοῦ ἀνθρώπου ἐν αὐτοῖς τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρόν.

8. ἐκχωρῶ, ἄπειμι] Citantur haec ab Epiphanio [e memoria, si Cotelerium audias], Lib. i. adversus Carpocratios; [Haer. xxvii. §. 6.] λέγει γὰρ (ὁ Κλήμης) ἐν μιᾷ τῶν Ἐπιστολῶν αὐτοῦ Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, ἐνσταθήτω (ἴσ. εὐσταθείτω) ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ. WOTT. Locum hunc Epiphanius etiam exemplo et moribus Clementis nostri descriptum ait: qui Ecclesiae Romanae Cathedrae a D. Petro admotus, se eo munere abdicavit, quamdiu Linus et Cletus in vivis essent. Ex qua duplici successione fortassis, si non potius ex Ecclesiis a B. Petro et Paulo, Judaeorum Gentiumque Apostolis, seorsim aliquandiu habitis, fieri potest, ut adeo parum inter Scriptores conveniat, utrum Clemens immediate successerit Petro, an quarto saltem loco: licet non sim nescius aliam etiam causam a plurimis redditam, quod, scilicet, nemo illi Romae succedere liquido potest dici, de quo multum dubitatur an ipse Romae unquam fuerat. Hoc ipsum quod hic loci suadet B. Clemens, de se profitetur et spondet S. Chrysostomus, qui ait, Homil. xi. ad Ephes. [Opp. xi. p. 89. ed. Ben.] εἰ μὲν οὖν περὶ ἡμῶν ταῦτα ὑποπτεύετε, ἕτοιμοι παραχωρῆσαι τῆς ἀρχῆς, ὅτῳ περ ἂν βούλοισθε· μόνον ἐκκλησία ἔστω μία. Et Gregorius Nazianzenus reipsa praestitit; qui ut seditioni obviam iret, postquam ad Constantinopolitanam Sedem admotus esset, protenus τὴν προστασίαν παρῃτήσατο. Socrat. Hist. v. 7. et merito id quidem, utcunque enim Schismatis macula levioris notae nunc temporis habeatur; Cypriano judice, adeo non lacrymarum lixivio

Multi se periculis et morti propter alios tradiderunt.

ΝΕ′. Ἵνα δὲ καὶ ὑποδείγματα ἐθνῶν ἐνέγκωμεν, πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι, λοιμικοῦ τινὸς ἐνστάντος καιροῦ, χρησμοδοτηθέντες, παρέδωκαν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, ἵνα ῥύσωνται διὰ τοῦ ἑαυτῶν αἵματος τοὺς πολίτας· πολλοὶ ἐξεχώρησαν ἰδίων πόλεων, ἵνα μὴ στασιάζωσιν ἐπὶ πλεῖον. Ἐπιστάμεθα πολλοὺς ἐν ἡμῖν παραδεδωκότας ἑαυτοὺς εἰς δεσμὰ, ὅπως ἑτέρους λυτρώσονται· πολλοὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς

eluenda fuerat, ut nec vel ipso Martyrii sanguine purganda crederetur. Lib. de Unit. Eccles. [Opp. p. 113. T. ed. Fell.] FELL. Hunc Cypriani locum, ni fallor, respexit Chrysostomus l. c. p. 86. Cf. Gregor. Naz. Orat. ad 150 Episcopos. Or. 43. ed. Ben.

1. ὑποδείγματα ἐθνῶν] En Origenis verba in S. Johann. [tom. vi. §. 36. Opp. iv. p 153. ed. Ben.] huc respicientis, Μεμαρτύρηται καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι πολλοί τινες, λοιμικῶν ἐνσκηψάντων νοσημάτων, ἑαυτοὺς σφάγια ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ παραδεδώκασι· καὶ παραδέχεται ταῦθ' οὕτως γεγονέναι οὐκ ἀλόγως πιστεύσας ταῖς ἱστορίαις ὁ πιστὸς Κλήμης, ὑπὸ Παύλου μαρτυρούμενος. Idem in iisdem Commentariis [tom. xxviii. §. 14. Opp. iv. p. 393.] περὶ δὲ τοῦ πολλάκις, ἐπικρατούντων τινῶν χαλεπῶν ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, οἷον λοιμῶν, ἢ ἐπιβλαβῶν νηνεμιῶν, ἢ λιμῶν, λύεσθαι τὰ τοιαῦτα, οἱονεὶ καταργουμένου τοῦ ἐνεργοῦντος αὐτὰ πονηροῦ πνεύματος, διὰ τὸ ἑαυτόν τινα ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ διδόναι, πολλαὶ φέρονται Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων ἱστορίαι, τὴν περὶ τοῦ τοιούτου εὔνοιαν, κ. τ. λ. Quibus similia profert lib. 4. [Opp. iv. p. 541.] in Epist. ad Romanos, ante finem, atque tom. i. contra Celsum, ante medium. [i. §. 31. Opp. i. p. 349.] COTEL. Frustra hunc locum sollicitat Anonymus [Bernardus], dum quaerit, 'Ubi sunt illa exempla Gentilium? Origenes enim innuit talia apud Clementem exstitisse.' Certe nodum in scirpo quaerit; habentur enim *illa exempla* paulo infra. Πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι, κ. τ. λ. WOTT. Haec facinora Clemens tantum generatim memorasse contentus, mox ad certiora fidelium exempla animos revocat. COUST.

2. πολλοὶ βασιλεῖς, κ. τ. λ.] Quales Codrus, Lycurgus, Genusius Cippus, M. Curtius, et Scipio Africanus, qui ingratam urbem relicturus, per quem stetit ut ingrata esse possit, Clementis nostri fere verbis, ei valedixit, dicens, *Exeo, si plus quam tibi expedit crevi.* Quin et Oedipus a poeta introducitur [Seneca scil. Oedip. Act. v. sub finem] in eundem morem verba faciens:

Quicunque fessi corpore et morbo graves
Semianima trahitis corpora, en! fugio, exeo;

LV. Ut autem etiam exempla Gentium proferamus, multi reges et gubernatores, saeviente tempore pestifero, cum oraculo admoniti essent, seipsos morti tradiderunt, ut suo sanguine cives liberarent. Multi, ne cives seditiones ulterius moverent, a civitatibus suis secesserunt. Multos etiam inter nos cognovimus, qui ut alios redimerent, seipsos in vincula conjecerunt. Multi in servitutem seipsos addixerunt,

Relevate colla, mitior coeli status
Post terga sequitur. Quisquis exilem jacens
Animam retentat, vividos haustus levis
Concipiat, ite, ferte depositis opem.

FELL.

Huc spectant quae de tribus Deciis et aliis nonnullis narrantur, sed imprimis quae a Plutarcho, opinor, referuntur de Bute et Sperche Lacedaemoniis, qui, accepto oraculo, patriam suam peste qua graviter tum premebatur liberatum iri, si Persarum regi, quem offenderant, unus et alter Lacedaemoniorum se interficiendos traderent, ultro sese ei occidendos obtulerunt. BOIS. De Buli et Sperthia, vid. Herodot. vii. 134–137.

3. παρέδωκαν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον] Hujus rei exempla dabit B. Paulus ad Rom. xvi. 4. Priscillam et Aquilam, qui pro anima ejus suas cervices supposuerunt. Et ad Philip. ii. 30. Epaphroditum, animae suae Parabolanum, παραβολευσάμενον τῇ ψυχῇ. [Hanc lectionem tuetur Griesbachius haud contemnenda sane codicum et versionum auctoritate.] Sequentium temporum Heroas, qui in hac laude claruerunt, referre mora esset. Gentis tamen nostrae Protomartyr Sanctus Albanus a nobis praeteriri minime debet, 'qui 'sub Diocletiano, pro Clerico 'hospite, quem persecutionem 'fugientem susceperat, seipsum 'tradens, post verbera aliaque 'acerbiora tormenta, capite 'plexus est :' quemadmodum Baronius in An. 303. ex Beda nostrate historiam narrat. Hoc autem in loco observari poterit, durante primaevae charitatis impetu, tantam fuisse Parabolanorum segetem, quibus id negotii dabatur, ut propriae salutis dispendio alienam procurarent; inque tam magna collegia hominum excrevisse, ut eorum numerum Imperatorum rescriptis necesse esset coercere, quemadmodum videre est Cod. Theod. lib. xvi. Tit. 2. de Episc. Eccl. et Clericis Leg. 43. FELL. De *Parabolanis* vid. Suicer. Thes. Eccl. in voce.

8. λυτρώσονται] Ita cum Cod. MSto Edd. omnes, praeter Schoenemannum qui praebet λυτρώσωνται. Cf. Herm. Past. II. viii. 'servos Dei ex ne'cessitate redimere.'

ib. εἰς δουλείαν, καὶ] Boisius legendum putat δουλείαν, ἵνα ἑτέρους ἐλευθερώσωσι· πολλοὶ ἐπω-

δουλείαν, καὶ λαβόντες τὰς τιμὰς αὐτῶν, ἑτέρους ἐψώμισαν. Πολλαὶ γυναῖκες ἐνδυναμωθεῖσαι διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἐπετελέσαντο πολλὰ ἀνδρεῖα. Ἰουδὶθ ἡ μακαρία, ἐν συγκλεισμῷ οὔσης τῆς πόλεως, ᾐτήσατο παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐαθῆναι αὐτὴν ἐξελθεῖν εἰς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων· παραδοῦσα οὖν ἑαυτὴν τῷ κινδύνῳ, ἐξῆλθεν δι' ἀγάπην τῆς πατρίδος καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ὄντος ἐν συγκλεισμῷ· καὶ παρέδωκεν Κύριος Ὀλοφέρνην ἐν χειρὶ θηλείας. Οὐχ ἧττονι καὶ ἡ τελεία κατὰ πίστιν Ἐσθὴρ κινδύνῳ ἑαυτὴν παρέβαλεν, ἵνα τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραὴλ μέλλον

Exemplum Judithae, et Estheris.

λησαν τὰ ὑπάρχοντα, καὶ λαβόντες, κ. τ. λ. Sed non opus est ut aliquid mutemus; licebat enim annum vicesimum agenti seipsum vendere in servitutem, ut ipse pretium acciperet. WOTT. Ad horum exemplum postea B. Paulinus Nolanus Præsul subiit servitutem voluntariam, ut filiam viduae liberaret, referente Magno Gregorio, Lib. iii. Dialogorum, cap. i. Ἂν αἰχμάλωτον, inquit incertus scriptor de Persica captivitate a R. P. Francisco Combefisio publici juris factus, θεάσῃ δακρύοντα, προσπίπτοντα, ταλαιπωροῦντα, χειμαζόμενον, τόπον ἐκ τόπου πρὸς εὐποιΐαν μετερχόμενον, μαστιζόμενον ὑπὲρ Χριστοῦ, καταπονούμενον, καὶ ὡς κτῆνος πιπρασκόμενον· μὴ μόνον χρήματα, ἀλλ' εἰ δυνατὸν τὰ ἑαυτῶν σώματα μεταδώσωμεν. Καλὸν γὰρ ἀγοράσαι Χριστὸν πιπρασκόμενον. COTEL.

1. ἐψώμισαν.] Hanc vocem usurpat D. Paulus in Ep. I. ad Cor. xiii. 3. καὶ ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, κ. τ. λ. Cf. Rom. xii. 20.

3. Ἰουδὶθ, κ. τ. λ.] Habentur a Clemente Alex. sed non αὐτολεξεί. Ἀλλὰ καὶ Ἰουδὶθ, ἡ ἐν γυναιξὶ τελειωθεῖσα, ἐν συγκλεισμῷ τῆς πόλεως γενομένης, δεηθεῖσα τῶν πρεσβυτέρων, εἰς μὲν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων ἐξέρχεται, τοῦ παντὸς καταφρονήσασα κινδύνου ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ἑαυτὴν ἐπιδοῦσα τοῖς πολεμίοις ἐν πίστει Θεοῦ· λαμβάνει δ' εὐθὺς τἀπίχειρα τῆς πίστεως, κυρία τῆς Ὀλοφέρνου γενομένη κεφαλῆς. [Strom. iv. 19. p. 617. ed. Potter.] WOTT. Profert exemplum Judithae, ex Apocrypha apud Judaeos Historia. Talem eam Clementi creditam argumento est, quod eam Historiam inter Ethnicas protulerit, quamvis peculiarius nihil addiderit. Ad defendendum Clementem, memor sit studiosus lector, non tantum a Petro et Juda adducta scripta Enochi Apocrypha, atque a posteriore etiam Librum *De dimissione* vel *morte Mosis*, (quamvis vir mirandus Jos. Scaliger observarit Fragmenta Enochi, quae nunc habemus, corruptiora

et accepto pretio sui, alios cibarunt. Multae mulieres gratia divina corroboratae, virilia multa gesserunt. Beata Judith, cum urbs circumsessa esset, rogavit Judith. viii. seq. seniores ut sibi liceret in alienigenarum castra exire; et periculo se objiciens, propter amorem patriae et populi qui arcta obsidione cingebatur, egressa est; et tradidit Deus Olophernem in manus mulieris. Non minoribus, perfecta in fide Esther, ut duodecim Esth. vii. viii. tribus Israel ab instanti exitio liberaret, periculis seipsam objecit: per jejunia enim et humilitatem,

esse posterioribus additamentis et interpolationibus Judaeorum quam erant Apostolorum aevo) sed etiam ipsum Paulum usum esse locis desumtis e libris Apocryphis Judaeorum; quod Graeci Patres observarunt. In I. ad Cor. respicit ad Apocrypha Eliae; in Ep. ad Galat. ad Apocrypha Mosis; in Ep. ad Ephes. ad Apocrypha Jeremiae. Nec inde propterea sequitur, Paulo probata quaecumque in iis scriptis erant, magis quam amatoria quae erant in Comoediis Menandri, quia iambum moralem ex iis protulerit. Vide D. Heinsii Exercit. Sacrarum Lib. xviii. 2. GUL. BURTON. Cod. MStus exhibet ΙΟΥΔΕΙΘ. De Enochi Fragmentis vide *The Book of Enoch*, a Praesule Reverendissimo Ric. Lawrence editum, Oxon. 1821. et librum cui titulus *Enoch Restitutus* ab Edv. Murray conscriptum. Lond. 1836. Exemplum Judith profert Hieronymus, in Ep. ad Eustochium, tom. i. p. 104. ed. Vallars. Cf. Ep. ad Salviniam, ib. p. 504. "in typo Ecclesiae " diabolum capite truncavit."

6. τῶν ἀλλοφύλων] De hac voce videndus est Krebsius in Observ. Flav. ad Act. x. 25.

9. Οὐχ ἥττονι] Ita dare debebam in Editione priore; Cod. enim MS. ΟΥΧΗΤΤΟΝΕΙ praebet. Edd. omnes Οὐχ ἧττον αὖ.

10. καὶ ἡ τελεία, κ. τ. λ.] Citantur haec non secus ac ea de Juditha prius a Clem. Alex. ex nostro, sed non αὐτολεξεί: legimus enim de Juditha modo habitis subnexa: Πάλιν τε αὖ ἡ τελεία κατὰ πίστιν Ἐσθὴρ ῥυομένη τὸν Ἰσραὴλ τυραννικῆς ἐξουσίας καὶ τῆς τοῦ Σατράπου ὠμότητος, μόνη γυνὴ νηστείαις τεθλιμμέναις πρὸς μυρίας ὁπλισαμένας ἀντετάξατο δεξιὰς, τυραννικὸν διὰ πίστεως ἀναλύουσα δόγμα. Καὶ δὴ τὸν μὲν ἐπιθάσσευσεν, ἀνέστειλεν δὲ τὸν Ἅμαν, καὶ τὸν Ἰσραὴλ τῇ τελείᾳ πρὸς τὸν Θεὸν δεήσει ἀπαθῆ διεφύλαξεν. WOTT.

11. τὸ δωδεκάφυλον] Cf. Act. xxvi. 7. εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν, ... ἐλπίζει καταντῆσαι. Vide supra §. 31. Sic in Protevangelio Jacobi, §. 1. Καὶ ἐλυπήθη Ἰωακεὶμ σφόδρα, καὶ ἀπίει εἰς τὸ δωδεκάφυλον τοῦ λαοῦ κ. τ. λ. ubi perperam vertunt, *et accessit ad duodecim tribuum Genealogiam*.

ἀπολέσθαι, ῥύσηται· διὰ γὰρ τῆς νηστείας καὶ τῆς ταπεινώσεως αὐτῆς, ἠξίωσεν τὸν παντεπόπτην Δεσπότην, Θεὸν τῶν αἰώνων· ὃς ἰδὼν τὸ ταπεινὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς, ἐρρύσατο τὸν λαὸν, ὧν χάριν ἐκινδύνευσεν.

Preces et admonitionem mutuam commendat.

ΝϚʹ. Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν περὶ τῶν ἔν τινι παραπτώματι ὑπαρχόντων, ὅπως δοθῇ αὐτοῖς ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, εἰς τὸ εἶξαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ· οὕτως γὰρ ἔσται αὐτοῖς ἔγκαρπος καὶ τελεία ἡ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους μετ' οἰκτιρμῶν μνεία. Ἀναλάβωμεν παιδείαν ἐφ' ᾗ οὐδεὶς ὀφείλει ἀγανακτεῖν, ἀγαπητοί· ἡ νουθέτησις ἣν ποιούμεθα εἰς ἀλλήλους καλή ἐστιν, καὶ ὑπεράγαν ὠφέλιμος· κολλᾷ γὰρ ἡμᾶς τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Οὕτως γάρ φησιν ὁ ἅγιος λόγος· "Παιδεύων ἐπαίδευσέν με ὁ Κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέν με. Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει,

Qui talem castigationem non renuit, Deum habet protectorem.

Lexicis addas vocem δωδεκακώδων, quam usurpat Scriptor ille Apocryphus pro Pontificis tunica talari hyacinthina.

2. παντεπόπτην] Ita cum Wottono Russel. Gall. Schoenem. Hefelius. Atque ita Codex MStus, in quo tamen Junius et Millius sibi visi sunt legere ΠΑΝΤΕΠΟΗΤΗΝ, quos secuti Edd. caeteri exhibent παντοποιητήν. Vocem παντεπόπτην, hujus loci sententiae multo aptiorem, habes infra §. 58. et apud B. Polycarpum in Epist. ad Philipp. §. 7. Eadem usi sunt Cyrill. Alex. in Esai. lv. Opp. ii. p. 767. ed. Aubert. Ἔνεστι τὰ πανταχοῦ δύνασθαι καθορᾶν τῷ παντεπόπτῃ Χριστῷ. Et Clem. Alex. Paedag. iii. 8. p. 280. ed. Potter. Ἐπεῖδεν αὐτοὺς ὁ παντεπόπτη. Λόγος, ὃν οὐκ ἔστι λαθεῖν ἀνόσια δρῶντας.

3. Θεὸν τῶν αἰώνων] Has voces varie tentant Interpretes. Gul. Burton vertit, *the God of all ages of the world.* Wakius, *the God of Spirits.* Chevallierius, *the God of the worlds.* Herzogius, *den Gott der Zeiten.* Hornemannus, *Deum aeternum.* Versiones caeterae Latinae Junium sequuntur, *saeculorum Deum.*

4. ἐρρύσατο] Codex MStus ΕΡΥΣΑΤΟ. Vide supra p. 32. l. 3.

ib. ὧν χάριν] *Cujus gratia*, seu secundum literam Graecam *quorum gratia*; ita tamen ut illud *quorum* pariter referatur

suppliciter oravit rerum omnium inspectorem Dominum, saeculorum Deum; qui animi ejus humilitatem cernens, populum liberavit, cujus gratia periculum subierat.

LVI. Oremus igitur et nos, pro eis qui in peccatum aliquod lapsi sunt, ut moderatio et humilitas eis concedatur, ut non nobis sed voluntati divinae cedere possint. Sic enim apud Deum et Sanctos uberem et perfectam cum misericordia recordationem obtinebunt. Suscipiamus, dilecti, disciplinam, propter quam nemo irasci debet. Admonitio qua alii alios commonefacimus bona est, et apprime utilis, voluntati enim divinae nos agglutinat. Sic enim dicit sacer sermo, *Castigans castigavit me Dominus,* Ps. cxviii. 18.
et morti non tradidit me. Quem enim diligit Do- Prov. iii. 12.
minus castigat, flagellat autem omnem filium, quem Heb. xii. 6.

ad populum, quod nomen quum collectivum sit, hanc patitur constructionem. Quocirca, minus placet hic versio Cotelerii, *propter pericula quae illa adierat.* COUST.

7. παραπτώματι] Junius, Fellus, et Colomesius περιπτώματι legendum esse censent: ego [cum Cotelerio] a fide MS. non discedo. Alludit proculdubio S. Pater ad illud B. Apostoli, Ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, κ. τ. λ. Gal. vi. 1. Aliud sane hoc est argumentum, retinendam esse vocem παραπτώματι. WOTT.

11. μνεία.] Hunc locum respexit Millius, qui Rom. xii. 13. vult ut legatur ταῖς μνείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες, et nos ad Clementem Rom. amandat, ut suam inde conjecturam confirmet. WOTT. Sic et Wetstenius in l. c. Aliter Whitbyus in Exam. var. Lect. p. 129. GALLAND. μνεία vox Paulina: cf. Rom. i. 9. Eph. i. 16. Phil. i. 3. I Thess. iii. 6. II Tim. i. 3.

12. ὀφείλει] Ita, procul dubio recte, Russel. Wott. Gall. Schoenem. Hornem. Hefelius. Caeteri cum Junio ἐφίλει, et veram lectionem conjecturae loco margini opponunt. Colomesius vel ὀφείλει vel φιλεῖ. Codex MStus, in quo vocalis I et diphthongus EI saepissime permutantur, exhibet ΟΦΙΛΕΙ: a librario autem nostro E et O parvo discrimine exarantur, quae literae adhuc similiores fiunt quandocunque aetas edax lineam transversam τοῦ E aboleverit. Inde forsitan Junii error.

17. Κύριος παιδεύει] Eo modo

“μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.” “Παιδεύσει με” γὰρ, φησὶν, “δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με, ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλῶν μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου.” Καὶ πάλιν λέγει, “Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἤλεγξεν ὁ Κύριος, νουθέτημα δὲ παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου· αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἔπαισεν, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο· ἑξάκις ἐξ ἀναγκῶν ἐξελεῖταί σε, ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ οὐχ ἅψεταί σου κακόν. Ἐν λιμῷ ῥύσεταί σε ἐκ θανάτου, ἐν πολέμῳ δὲ ἐκ χειρὸς σιδήρου λύσει σε· καὶ ἀπὸ μάστιγος γλώσσης σε κρύψει, καὶ οὐ μὴ φοβηθήσῃ κακῶν ἐπερχομένων· ἀδίκων καὶ ἀνόμων καταγελάσῃ, ἀπὸ δὲ θηρίων ἀγρίων οὐ μὴ φοβηθῇς· θῆρες γὰρ ἄγριοι εἰρηνεύσουσίν σοι. Εἶτα γνώσῃ ὅτι εἰρηνεύσει σου ὁ οἶκος· ἡ δὲ δίαιτα τῆς σκηνῆς σου οὐ μὴ ἁμάρτῃ·

legimus in Epistola ad Hebraeos, xii. et in Proverbiis, iii. unde haec desumuntur, nisi quod Cod. Vat. et plerique alii Codd. pro παιδεύει exhibent ἐλέγχει in Proverbiis. At Hebraeus Textus habet. *Quem enim diliget Dominus, corripiet, et veluti Pater filium, quem volet.* Vers. Vulgat. *Quem enim diligit Dominus corripit; et quasi pater in filio complacet sibi.* Vers. Syr. *Quoniam, quem diligit Dominus, corripit instar patris qui corripit filium suum.* WOTT. Παιδεύει habent Alexandrinus Clemens, Paedag. i. 9. [p. 145. ed. Potter. qui opinatur Clem. Alex. hunc Nostri locum respexisse.] Chrysostomus in Ps. cx., et Catena Graecorum in Proverbia. Alii Codices ἐλέγχει. At in Apoc. iii. 19. utrumque verbam conjungitur, ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. COTEL.

3. ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλῶν] Ita LXX Intt. at Textus Hebraeus paulo aliter: יהלמני צדיק חסד ויוכיחני שמן ראש אל יני ראשי. Vulgat. *Corripiet me justus in misericordia, et increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Versio Hieronymi, *Corripiat me justus in misericordia, et arguat me. Oleum amaritudinis non impinguet caput meum.* Cum LXX. consentit Interpres Syrus, nisi quod ἐν ἐλέει non agnoscat. WOTT. Hunc versum difficillimum ita explicat Dathius post Doederleinium:

Corripiat me justus, beneficium erit,

recipit. Dicit enim, *Corripiet me justus misericordia, et increpabit me; oleum autem peccatorum non impinguet caput meum.* Et rursus dicit, *Beatus homo quem arguit Dominus, monitionem vero Omnipotentis ne renuas; ipse enim dolere facit, et rursus restituit; percutit, et manus ejus sanant. Sexies de necessitatibus te eruet, et in septimo non tanget te malum. In fame liberabit te a morte, in praelio vero de manu ferri solvet te. A flagello linguae abscondet te, et non timebis a malis ingruentibus; injustos et iniquos deridebis, et feroces bestias non timebis. Bestiae enim ferae pacatae erunt tibi; deinde scies quod in pace erit domus tua, habitatio autem tabernaculi tui non deficiet. Scies autem quod multum semen tuum, et liberi tui*

Ps. cxli. 5.
Job. v. 17—26.

Reprehendat me, instar unguenti capitis mihi erit:
Non renuam, si vel repetat;
Sed jam contra malitiam eorum deprecor.

7. ἔπαισεν] ἔπαιξεν in utraque Clerici editione ex operarum incuria natum videtur.

9. οὐχ ἅψεται] Sic Edd. omnes. Codex MStus exhibet ΟΥ in fine lineae, et in initio alterius ΚΟΨΕΤΑΙ, unde Millius dat οὐκ ὄψεται, quo sensu equidem prorsus nescio. Apud LXX Intt. legimus sec. Cod. Alex. οὐχ ἅψηται. sec. Cod. Vat. οὐ μὴ ἅψηται.

11. καὶ ἀπὸ μάστιγος] Ita LXX Intt. At in Cod. Alex. post οὐ μὴ φοβηθήσῃ ἀπὸ κακῶν ἐρχομένων, legimus καὶ οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ ταλαιπωρίας, ὅτι ἐλεύσεται ταλαιπωρία· quae neque Hebraeus Textus, neque ex Versionibus aliqua agnoscit. WOTT.

13. ἀδίκων καὶ ἀνόμων] Eodem modo haec a LXX Intt. exhibentur. At in Hebraeo Textu, *In vastitate et in fame ridebis, et a bestiis terrae ne timeas; nam cum lapidibus agri pactum tuum, et bestia agri pacifica erit tibi.* Versio Vulgat. *In vastitate et fame ridebis, et bestias terrae non formidabis; sed cum lapidibus regionum pactum tuum, et bestia agri pacifica erit tibi.* Post εἰρηνεύσουσίν σοι legimus in Cod. Alex. Ὅτι μετὰ τῶν λίθων τοῦ ἄγρου διαθήκη σου, καὶ τὰ θήρια τοῦ ἄγρου εἰρηνεύσει σοι, καὶ γνώσῃ ὅτι ἐν εἰρήνῃ τὸ σπέρμα σου, καὶ ἐπισκοπὴ τῆς εὐπρεπείας σου· καὶ σὺ μὴ ἁμάρτῃς. At Cod. Vat. haec non agnoscit, saltem hoc in loco. WOTT.

16. ἡ δὲ δίαιτα] Eo modo a LXX Intt. exhibetur; at Hebraeus Textus habet, *Et visitabis habitaculum tuum, et non peccabis.* Versio Vulgat. *Et visi-*

"γνώσῃ δὲ ὅτι πολὺ [τὸ σπέρμα σου], τὰ δὲ τέκνα "σου ὥσπερ [τὸ παμβό]τανον τοῦ ἀγροῦ. Ἐλεύσ[ῃ "δὲ ἐν τά]φῳ ὥσπερ σῖτος ὥριμο[ς, κατὰ και]ρὸν "θεριζόμενος, ἢ ὥσ[περ θημω]νία ἅλωνος καθ' ὥραν "συ[γκομι]σθεῖσα." Βλέπετε, ἀγαπητ[οί, ὅτι] ὑπερασπισμός ἐστιν τ[οῖς παιδευ]ομένοις ὑπὸ τοῦ [Δ]εσπό[του· καὶ γὰρ] ἀγαθὸς ὢν παιδε[ύει ὁ Θεὸς] εἰς τ[ὸ νουθετ]ηθῆναι ἡμᾶς, διὰ τῆς ὁσίας [παι]δείας αὐτοῦ.

Iterum dissidii auctoribus modestiam et

ΝΖ'. Ὑμεῖς οὖν οἱ τὴν καταβολὴν [τῆς] στάσεως ποιήσαντες, ὑποτ[άγη]τε τοῖς πρεσβυτέροις,

tans speciem tuam, non peccabis. Vers. Syr. *Et reverteris ad tabernaculum tuum, et non peccabis.* Aquila, καὶ ἐπισκέψῃ ὡραιότητά σου, καὶ οὐ μὴ ἁμαρτήσῃ. Symmachus, οὐ δυσπραγήσῃ. WOTT.

7. [Δ]εσπό[του· καὶ γὰρ] κ. τ. λ.] Cod. MS. exhibet ΥΠΟΤΟΥ. ΕΣΠΟ........ΑΓΑΘΟΣΩΝΠΑΙΔΕ ......ΕΙΣΤ.......ΗΘΗΝΑΙΗΜΑΣ. In reddenda hac lacuna, de qua nullam conjecturam periclitatur Millius, nihil melius habui quam ut Wottonum sequerer. Ex quo tempore ille Codicem contulit, literae duae e voce Δεσπότου, Δ scilicet et Τ, perierunt; et membrana denuo consarcinata fuisse videtur. Hodie certe spatium post ΕΙΣΤ duas priores syllabas vocis νουθετηθῆναι facile admittit, quare de ἡγηθῆναι, quod ut brevius et aptius supplementum nobis offert vir doctus, minus opus est ut cogitemus. Libb. impr. Junium secuti, locum ita exhibent......ὑπὸ τοῦ Δεσπό[του· καὶ γὰρ] ἀγαθὸς ὢν παιδ[ευτὴς θέ]λει [νουθετ]ηθῆναι ἡμᾶς ..... Davisius scribendum putat... Δεσπότου· Θεὸς γὰρ ἀγαθὸς ὢν παιδεύει, ἀλλ' εἰς τὸ εὐθυνθῆναι ἡμᾶς...quam quidem conjecturam summis laudibus accipit Clericus. Wottonum secuti sunt Galland. Schoenem. et Hefelius. Wakius, Chevall. et Herzog. in versionibus suis lectionem Junianam interpretantur.

11. τοῖς πρεσβυτέροις] Gulielmus Burton in adnotationibus ad hunc locum contendit nulla in hac Epistola inveniri Episcopatus singularis vestigia, nulla argumenta quae persuadeant Ecclesiam, sive Romanam, sive Corinthiam, alio regimine usam, eo tempore quo scripta est Epistola, quam plurium Presbyterorum. Cui sic respondet Clericus, 'Si non possit ex hac 'Epistola probari regimen, quale 'est hodie sub uno Episcopo, 'nullo hinc etiam modo, plu'rium Presbyterorum, quales 'fuerunt postea secundi Ordinis 'Pastores, regimen tum fuisse 'institutum liquet. Sed qui 'Burtono favebunt respondebunt, *Plurium Presbyterorum*

erunt quasi omnis herba campi. Et venies in sepulchrum tanquam frumentum maturum quod in tempore messuerunt, vel sicut acervus areae in tempore comportatus. Videtis, dilecti, protectione non carere, qui a Domino erudiuntur; cum enim bonus sit, castigat nos Deus, ut sancta ejus disciplina commonefiamus.

LVII. Vos igitur qui prima fundamenta seditionis jecistis, in obedientia subditi estote Presby-

'hic mentionem fieri, non unius 'Episcopi. Sed ante omnia 'sciendum, nomina illa *Episcopi* 'et *Presbyteri* permista fuisse; 'atque in una Ecclesia, primis 'illis temporibus, si urbs magna 'esset, qualis Roma aut Co'rinthus, plures fuisse, quibus 'utriusque Ordinis potestas, 'quae postea divisa est, inter 'Episcopos, sic κατ' ἐξοχὴν di'ctos, et Presbyteros, secundi 'Ordinis Pastores, collata erat. 'Sed ante finem primi saeculi, 'vivis etiamnum Johanne atque 'aliis forte Apostolis, iis visum 'est uni mandari potestatem 'ordinandi Presbyteros, eos'que in Senatum Ecclesiasti'cum adlegendi; caeteris vero 'Sacramentorum administra'tionem et alia id genus. Sed 'cur mutatum est, inquies, re'gimen illud prius Apostolicum, 'quo pari auctoritate Ecclesiae 'praeerant Pastores, quibus u'triusque Ordinis, qui postea 'fuit, potestas collata fuerat? 'Eadem, nimirum, de causa, 'ob quam ad Ecclesiam Corin'thiam scripsit Clemens; nem'pe, divisiones et contraria stu'dia Rectorum Ecclesiarum, qui 'inter se dissidebant, et Plebis 'etiam cum suis Rectoribus. 'Haec fuit jam olim Hieronymi 'sententia, in Comment. cap. i. 'Epist. ad Titum. "Diligenter," 'inquit, "verba adtendamus di'centis, *ut constituas per civi'tates Presbyteros, sicut ego tibi 'disposui.* Qui, qualis Presbyter 'debeat ordinari in consequen'tibus disserens, hoc ait: *Si 'quis est sine crimine, unius 'uxoris vir,* &c. postea intulit: '*oportet enim Episcopum sine 'crimine esse, tamquam Dei 'dispensatorem.* Idem est ergo 'Presbyter qui Episcopus; et 'antequam Diaboli instinctu, 'studia in religione fierent, et 'diceretur in populis, *Ego sum 'Pauli, ego Apollo, ego autem 'Cephae,* communi Presbytero'rum consilio Ecclesiae guber'nabantur. Postquam vero 'unusquisque, quos baptizave'rat, suos putabat esse non 'Christi, in toto orbe decretum 'est, ut unus de Presbyteris e'lectus superponeretur caeteris, 'ad quem omnis Ecclesiae cura 'pertineret, et schismatum se'mina tollerentur." [Opp. tom. 'vii. p. 694. ed. Vallars.] Tum 'probat e Philip. i. 1, 2. et Act. 'xx. 28. mista fuisse *Presbytero'rum* atque *Episcoporum* nomi'na. Deinde contendit: sicut

resipiscentiam inculcat.

καὶ παι[δεύ]θητε εἰς μετάνοιαν· κάμψαν[τες] τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν, μάθετε ὑποτάσσεσθαι, ἀποθέμενοι τὴν ἀλάζονα καὶ ὑπερήφανον τῆς γλώσσης ὑμῶν αὐθάδ[ειαν]· ἄμεινον γάρ ἐστιν ὑμῖν [ἐν] τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μικροὺς καὶ ἐλλογίμους εὑρεθῆναι, ἢ καθ' ὑπεροχὴν δοκοῦντας ἐκριφῆναι ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ. Οὕτως γὰρ λέγει ἡ πανάρετος σοφία· "Ἰδοὺ προήσομ[αι ὑμῖ]ν ἐμῆς πνοῆς ῥῆσιν, "διδάξω [δὲ ὑμᾶς] τὸν ἐμὸν λόγον. Ἐπ[ειδὴ ἐκά-

'Presbyteri sciunt, se ex Eccle-'siae consuetudine ei, qui sibi 'praepositus fuerit, esse subje-'ctos; ita et Episcopos nosse 'oportere, se magis consuetu-'dine, quam dispositionis Domi-'nicae veritate, Presbyteris esse 'majores. At vero non *consuetu-'dine* tantum Ecclesiae, sed *dis-'positione Apostolica,* factum hoc 'esse existimaverim; quod dis-'cordiae Ecclesiarum, ut adpa-'ret vel ex Corinthia Ecclesia, 'vivis etiamnum Apostolis non-'nullis et multis Apostolicis 'viris, nimis cito eruperint. 'Quare hoc remedium ab Apo-'stolis et Apostolicis viris in-'ventum atque usurpatum ante 'finem saeculi I. existimo.'

1. *κάμψαν[τες] τὰ γόνατα, κ. τ. λ.*] Haec phrasis in Patribus et Conciliis frequens, desumpta videtur ex Oratione Manassis, quam quaedam Biblia complectuntur, quamque referunt Const. Apost. II. xxii. [*καὶ νῦν κλίνω γόνυ καρδίας μου.*] Multas vero similes in Scriptoribus Sacris et Ecclesiasticis invenies. COTEL. Ratione haud dissimili loquitur D. Petrus, Ep. I. i. 13. *ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν.*

6. *καθ' ὑπεροχὴν*] Junius, Fellus et Colomesius mallent *καθυπερέχειν.*

ib. *ἐκ τῆς ἐλπίδος*] Junius legendum censet vel *ἔξω τῆς κιγκλίδος* vel potius *ἐπαυλίδος.* Colomesio magis placet *ὑπαυλίδος.* Nihil autem mutandum recte viderunt Cotelerius et Wottonus; quorum ille confert *τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος* supra §. 51. Ignatium ad Eph. §. 1. *ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος.* ad Magnes. §. 9. *εἰς καινότητα ἐλπίδος.* ad Philad. §. 11. *ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.* Polycarpum ad Philipp. §. 8. *προσκαρτερῶμεν τῇ ἐλπίδι ἡμῶν.*

7. *ἡ πανάρετος σοφία*] Librum Proverbiorum, *πανάρετον σοφίαν* appellat post Clementem Rom. Clemens Alex. Strom. ii. [§. 22. p. 501. ed. Potter.] itemque Hegesippus, Irenaeus, *καὶ ὁ πᾶς τῶν ἀρχαίων χορὸς* apud Eusebium, H. E. i. 22. Sed et eodem nomine insignitur Sapientiae volumen ab Athanasio in Synopsi; Epiphanio, lib. de Mensuris et Ponderibus, §. 4.; Damasceno, Orthod. Fid. iv. 18.; et Gregorio Nysseno, c. Eunomium, vii.

teris, et disciplinam accipite in poenitentiam: flectentes genua cordium vestrorum, discite aliis subjici, deponentes gloriosam et superbam linguae vestrae arrogantiam; melius enim vobis est in ovili Christi parvos et in aestimatione bona reperiri, quam sibi videri aliis eminentiores, et e spe illius dejici. Sic enim dicit omnem virtutem complectens Sapientia, *Ecce proferam vobis spiritus mei dictionem, docebo autem vos meum sermonem. Quoniam vocabam, et*

1 Pet. v. 5.

Prov. i. 23.—31.

In Bibliothecae Regiae Codice Biblico 721. σοφία Σολομῶντος ἡ πανάρετος, et 1253. σοφία Σολομῶντος πανάρετος. Praeterea Sapientiam Siracidis, seu Ecclesiasticum, vocari πανάρετον σοφίαν, et πανάρετον, invenies in Eusebii Lib. viii. Demonstrat. Evang. et in ejusdem et aliorum Chronicis, et in Hieron. Praefatione ad libros Salomonis. Jam quod Σοφία simpliciter ac Sapientia de Proverbiis dicatur, ostendunt loca Constitutionum Apostolicarum, i. 7, 10. ii. 3. iv. 11. et alibi; Justini Mart. in Dial. p. 359. [ed. Paris. 1615.]; Melitonis Sardensis apud Eusebium, H. E. iv. 26; Irenaei iv. 37; Clementis Alex. in Protreptico, p. 52. Paedagog. ii. cap. 2. et Strom. i. 317. [ii. §. 18.] Origenis Homil. 14. in Genesim, 6. in Exodum, ac saepe; Cypriani iii. ad Quirinum, 6; Gregorii Nysseni libro de Vita Mosis, Oratione 5. de Oratione Dominica, et in ὑποτυπώσει de pietatis scopo; Chrysostomi sive alterius sermone de Tribus Pueris. Quibus adjunge veterem Interpretem Epistolae Ignatio attributae ad Tarsenses, §. 6. Similiter Ecclesiastico Σοφίας nomen absolute datur per multos, Origenem, Homil. 2. in Ps. xxxviii. Homil. 6. Graeca in Jeremiam, et ad Rom. ix. 20, 21; Gregorium Nyssenum, de Vita Mosis; Hieronymum, Dialogo i. adversus Pelagianos, cap. 10. Pseudo-Hieronymum ad 2. Cor. ix. 7. Denique Παροιμίαι sunt σοφία παιδαγωγική, Gregorio Nazianzeno, Orat. 11. Ecclesiasticus est *A Deo spirata Sapientia, Magna Sapientia*, in Excerptis Chronologicis ex Eusebio, Africano, et aliis. Atque de Cantico Canticorum, Scriptor Homiliae de Susanna, Tom. 6. Chrysostomi ait, κατὰ τὴν σοφίαν τὴν λέγουσαν, κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη. Cant. iv. 12. Auctor operis imperfecti in Matthaeum apud eundem Patrem, ad Matt. vi. 6. 'Sicut in 'Canticis ex persona Ecclesiae 'Sapientia dicit;' et consarcinator Epistolae Decretalis primae, Clementi nostro affictae, 'Dicente Sapientia, *Valida est 'dilectio ut mors.*' Cant. viii. 6. COTEL. Operae pretium est adire Suiceri Thesaurum Scriptt. Ecclesiasticorum in voce Πανάρετος.

" λουν], καὶ οὐχ ὑπηκούσα[τε, καὶ ἐξέτει]νον λόγους,
" καὶ οὐ [προσείχετε]· ἀλλ' ἀκύρους ἐποι[εῖτε ἐμὰς]
" βουλὰς, τοῖς δὲ ἐμ[οῖς ἐλέγχοις] ἠπειθήσατε· τοι-
" γαρ[οῦν κἀγὼ] τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλεί[ᾳ ἐπιγελάσο]-
" μαι· καταχαροῦμαι δὲ [ἡνίκα ἂν] ἔρχηται ὑμῖν
" ὄλεθρο[ς, καὶ ὡς ἂν ἀ]φίκηται ὑμῖν ἄφνω θ[όρυ-
" βος, ἡ δὲ] καταστροφὴ ὁμοία κ[αταιγίδι πα]ρῇ, ἢ
" ὅταν ἔρχηται ὑμ[ῖν θλίψις] καὶ πολιορκία. Ἔσται
" γ[ὰρ ὅταν ἐπι]καλέσησθέ με, ἐγὼ δὲ [οὐκ εἰσα]-
" κούσομαι ὑμῶν· ζητ[ήσουσίν] με κακοὶ, καὶ οὐχ
" εὑρή[σουσιν]. Ἐμίσησαν γὰρ σοφίαν, [τὸν δὲ
" φό]βον τοῦ Κυρίου οὐ προείλα[ντο, οὐδὲ] ἤθελον
" ἐμαῖς προσέχ[ειν βουλαῖς]· ἐμυκτήριζον δὲ ἐμοὺ[ς
" ἐλέγχους]. Τοιγαροῦν ἔδονται τῆς [ἑαυτῶν] ὁδοῦ
" τοὺς καρποὺς, [καὶ τῆς ἑαυτῶν] ἀσεβείας πλησθή-

1. ἐξέτει]νον λόγους· καὶ οὐ [προσείχετε] Ita apud Intt. LXX legimus; at Hebraeus Textus exhibet—*extendi manus meas, et non erat qui attendebat.* Vulgat. *extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret.* Vers. Syr. *et extendi vocem, et non audivistis.* WOTT.

3. ἠπειθήσατε] Ita LXX. sec. Cod. Vat. In Cod. Alex. οὐ προσείχετε, quemadmodum etiam Edd. Ald. et Complut.

4. ἀπωλείᾳ] Hanc formam e Cod. MSto restituit Wott. quem secuti sunt Frey. Russel. Galland. Hefelius. Caeteri ἀπολείᾳ.

7. ἢ ὅταν] Cod. MStus exhibet HOTAP.

8. πολιορκία.] Post πολιορκία exhibent Codd. Alex. et Vat. καὶ ὅταν ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρος. At Hebraeus Textus ea non habet, neque aliqua ex Versionibus praeter unam Arabicam. Absunt etiam ex pluribus Graecis MStis, neque ea legisse videtur Clemens noster, qui illa in hoc loco citando praetermisit. Potuerunt in hunc locum irrepsisse librarii errore paulo superius habita, aut saltem ex aliqua e Versionibus sive Theodotionis, sive Aquilae, sive Symmachi. WOTT.

10. ζητ[ήσουσίν] με κακοὶ] Ita LXX Intt. at sec. Hebraeum Textum, *Quaerent me diluculo et non invenient.* Vulgat. *Mane consurgent, et non invenient me.* Cum Hebr. Textu consentit Versio Syriaca. WOTT.

11. σοφίαν] παιδείαν LXX. sec. Cod. Alex.

ib. [τὸν δὲ φό]βον] Τὸν δὲ λόγον habent Codd. Alex. et Vat. Cyprianus legit *verbum Domini.* [*sermonem Dei.* adv. Judaeos, p.

non obediistis, et extendebam verba, et non attendistis; sed irrita faciebatis mea consilia, et meis increpationibus rebelles fuistis; itaque et ego vestra perditione ridebo; gaudebo autem cum venerit vobis interitus, et cum vobis subito advenerit perturbatio; atque eversio similis procellae affuerit, vel cum venerit vobis tribulatio et oppressio. Erit enim cum invocabitis me, ego autem non exaudiam vos: quaerent me mali, et non invenient. Oderunt enim sapientiam, timorem autem Domini non assumserunt, neque volebant meis attendere consiliis, subsannabant autem meas redargutiones. Ergo comedent viae suae fructus,

21. T. ed. Fell.] item Lucifer Calaritan. At Aldina et Complutensis Editiones τὸν δὲ φόβον, quae lectio verior esse videtur; ei enim suffragantur Text. Heb. et Versiones omnes. Clemens etiam proculdubio legit φόβον. WOTT.

15. [καὶ τῆς ἑαυτῶν] ἀσεβείας] Ita et Intt. LXX. Pro quibus Hebraeus Textus; *Et de consiliis suis saturabuntur.* Vulgat. *Suisque consiliis saturabuntur.* Versio Syriaca: *Et cogitationibus suis saturati sunt.* WOTT.

ib. πλησθήσον[ται] Junius, cui forte Codicem conferre contigit prius quam a bibliopego Anglico praescissus fuerat et in corio compactus, diserte statuit folium integrum hoc loco excidisse. Hodie MStus post ΠΛΗΣΘΗΣΟΝ, ad calcem paginae exhibet undecim aut duodecim literarum spatium; a pagina autem proxime sequenti literae tres perierunt ante ΙΠΟΝ. Et Boisius quidem, ex asteriscis in apographo quo utebatur, lacunam haud majorem esse existimavit; quae enim desiderantur sic supplet, Φοβερὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, ἀλλ' ὁ πονηρῶν ἀνθρώπων ἐπόπτης Θεὸς κ. τ. λ. Colomesius suspicatur hic locum habuisse Sibyllae testimonium, de quo Auctor Quaestionum ad Orthodoxos, in Resp. ad Quaest. 74. ubi quaeritur, 'An praesentis rerum status finis futurus sit impiorum per ignem supplicium, ut aiunt Scripturae Prophetarum et Apostolorum, et praeterea Sibyllae, quemadmodum habet Clemens, in sua ad Corinthios Epistola, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, κ. τ. λ. Sed summo jure Gul. Burton longe verisimilius existimat, sicut doctissimo Usserio quoque in Dissert. de Clem. et Ignat. Epist. cap. x. visum est, locum a scriptore illo laudatum ex altera Epistola desumptum esse, quam Clementis esse plerique tum veteres tum recentiores negant. Vide Cotelerii Judicium de Epistola posteriore infra, p. 213. Pro ΙΠΟΝ Junius, Fell. Cotel. Colom. Frey. Cou-

“ σου [ται.] * * * * * * * * * ιπου.”

Precatio.

ΝΗ΄. Ὁ παντεπόπτης Θεὸς, [καὶ] Δεσπότης τῶν πνευμάτων καὶ Κύριος [πά]σης σαρκὸς, ὁ ἐκλεξάμενος [τὸ]ν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἡμᾶς δι᾽ αὐτοῦ [εἰ]ς λαὸν περιούσιον, δῴη πάσῃ [ψ]υχῇ ἐπικεκλημένῃ τὸ μεγαλο[π]ρεπὲς καὶ ἅγιον ὄνομα αὐτοῦ, [π]ίστιν, φόβον, εἰρήνην, ὑπομονὴν, μακροθυμίαν, ἐγκράτειαν, ἁγνείαν καὶ σωφροσύνην, εἰς εὐαρέστησιν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προστάτου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι᾽ οὗ αὐτῷ δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος, τιμὴ, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Corinthii missos a

ΝΘ΄. Τοὺς δὲ ἀπεσταλμένους ἀφ᾽ ἡμῶν Κλαύδιον

stant. habent ητου. Hornemannus neque ητου neque ιπου exhibet. Post πλησθήσονται, Wottonum si audias, comma proxime sequens e Proverbiis legendum est, Ἀνθ᾽ ὧν γὰρ ἠδίκουν νηπίους φονευθήσονται· καὶ ἐξετασμὸς ἀσεβεῖς ὀλεῖ.

2. * * * ιπου] Quidam volunt ad hunc locum, ubi chasma est, respicere S. Irenaei verba: ‘Qui ignem praeparaverit Diabolo et Angelis ejus.’ Ut ego autem dicam quod sentio, haec non sunt Clementis, sed ipsius Irenaei verba, et pertinent ad Traditionem Ecclesiae, i. e. ad formulam Fidei et Doctrinae. Forsitan in hoc chasmate locum habere potuerunt ea, quae a S. Basilio citata ex B. Clemente apud eum non legimus hodie: Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαϊκώτερος, Ζῇ, φησὶν, ὁ Θε`ς, καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. De Spiritu Sancto, cap. xxix. WOTT. Expleri quidem haec lacuna nullo ingenio aut arte potest. Inde tamen hoc consequimur commodi, ut intelligamus, futiles esse illorum rationes, qui γνησιότητι hujus Epistolae eo nomine dicam scribunt, quod nonnulla testimonia a Patribus allegata in hac Epistola non occurrant. Desiderantur, aiunt, quae Auct. Quaest. et Resp. ad Orthodoxos, Qu. 74. Basilius in Tract. de Spiritu Sancto, c. 29. aliique ex hac Epistola allegarunt. At vero, ne dicam quaedam testimonia revera in hac Epistola exstare quae negant illi hic comparere, ut quod Hieronymus in Comm. ad Ephes. ‘de mundis aliis trans Oceanum,’ et ‘inenarrabili vinculo caritatis’ citat; ut taceam, saepe Patres testimonia ex scriptis aliis

et sua ipsorum impietate saturabuntur. * *
* * * * * * * * *

LVIII. Inspector omnium Deus, spirituum herus, Num. xvi.
et universae carnis Dominus, qui elegit Dominum 22. xxvii. 16.
Jesum Christum, et nos per eum in populum peculiarem, det omni animae, quae gloriosum et sanctum nomen ejus invocaverit, fidem, timorem, pacem, patientiam, aequanimitatem, continentiam, sanctitatem et sapientiam, ut nomini ejus recte placeat, per summum sacerdotem et patronum nostrum Dominum Jesum Christum, per quem illi sit gloria, majestas, potestas, honor, et nunc, et in omnia saecula saeculorum. Amen.

LIX. Missos autem a nobis Claudium Ephebum,

Clementis, sive genuinis, sive eidem affictis allegare; unde sciunt isti, quae ex hac Epistola citantur, non in hoc loco, in quo tam magnus est hiatus, olim exstitisse? Certe ῥῆσις illa Basilii Ζῇ ὁ Θεὸς κ. τ. λ. quam supra exhibuimus, peropportune illi loco convenit, et accommodari potest in Epistola ad finem decurrente. FREY.

6. [εἰ]ς λαὸν περιούσιον] Imitatur Paulum ad Tit. ii. 14. At Paulus e LXX. hanc loquutionem mutuavit. DAVIS. Cf. 1 Pet. ii. 9. λαὸς εἰς περιποίησιν. Chrysostomus, Homil. v. in Ep. ad Tit. [Opp. xi. p. 759. ed. Ben.] interpretatur λαὸν ἐξειλεγμένον, οὐδὲν ἔχοντα κοινὸν πρὸς τοὺς λοιπούς. Theophylactus vero; περιούσιος· ὁ οἰκεῖος, ἐκ μεταφορᾶς τῶν περὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὸν πλοῦτον τοῦ δεσπότου στρεφομένων οἰκετῶν, οἷον, ἐξειλεγμένον, ἐξαίρετον, οὐδὲν ἔχοντα κοινὸν πρὸς τοὺς λοιπούς.

9. σωφροσύνην] Cf. Ign. ad Eph. §. 10.

10. διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προστάτου ἡμῶν] Hic, suspicari licet, unus est ex iis locis quae Photio displicuerunt, Biblioth. cxxvi. At eodem modo S. Paulum et B. Ignatium de Christo locutos esse demonstrat Wottonus. Vide supra notata ad §. 36. p. 126. l. 9.

14. Κλαύδιον Ἔφηβον,] Junius cum Editt. ex mala interpunctione quinque legatos ad Corinthios fuisse missos perhibet. At illud καὶ inter Ἔφηβον et Οὐαλέριον interjectum, tres duntaxat fuisse ostendit; quorum duo, suis praenominibus insigniti, videntur fuisse liberti in familias Claudiorum et Valeriorum adsciti. Idque jam suspicatus est Boisius. Quod exinde probarunt Pearsonus in notis in Ep. S. Ignatii ad Smyrn. §. 10. et Dodwellus in Dissert. ad Opp. Posthum. Pearsoni p. 231.

Clemente cito remittant.

Ἔφηβον, καὶ Οὐαλέριον Βίτωνα, σὺν καὶ Φορτουνάτῳ, ἐν εἰρήνῃ μετὰ χαρᾶς ἐν τάχει ἀναπέμψατε πρὸς ἡμᾶς, ὅπως θᾶττον τὴν εὐκταίαν καὶ ἐπιποθήτην ἡμῖν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἀπαγγέλλωσιν· εἰς τὸ τάχιον καὶ ἡμᾶς χαρῆναι περὶ τῆς εὐσταθείας ὑμῶν.

Benedictio.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν, καὶ μετὰ πάντων πανταχῇ τῶν κεκλημένων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ· δι' οὗ αὐτῷ δόξα, τιμὴ, κράτος, καὶ μεγαλωσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ τῶν αἰώνων εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολὴ α'.

aliique. Caeterum Ephebus iste, ut monuit Colomesius, memoratur inter Clementis discipulos ad calcem Pseudo-Abdiae a Lazio vulgati. Sed pro *Ephebus* vitiose legitur *Febus*. De Valerio autem Episcopo Trevirensi, discipulo Petri Apostoli, ad d. 29 Januarii agere Martyrologia notatum fuit Cotelerio. GALLAND. Tres tantum viros a Corinthiis missos fuisse recte viderunt Wakius, Wotton. Freyius, Schoenemannus, et Hefelius: caeteri Edd. quos sequitur Herzogius, nomina haec ita distinguunt ut quinque faciant legatos. Pari in errore versabantur Interpretes plerique in loco Ignatii supra indicato, ubi e duobus, Philone et Rheo Agathopode, tres faciunt, Philonem, Rheum, et Agathopoda. Cf. Ep. ad Philad. §. 11.

1. σὺν καὶ Φορτουνάτῳ] Forsan legendum σὺν Γαΐῳ Φορτουνάτῳ, nam Ephebo, et Vitoni sua data sunt praenomina. DAVIS. Idem esse videtur qui a S. Paulo memoratur; [I Cor. xvi. 17. ubi Codd. nonnulli Φουρτουνάτου] qui, cum fuerit jam aetate provectus, magnaeque apud Ecclesiam Corinthiorum famae et authoritatis, a Corinthiis missus Romam

et Valerium Bitonem cum Fortunato, in pace cum gaudio ad nos brevi remittite, ut citius votis expetitae et desiderandae vestrae pacis ac concordiae nuntium afferant, et nos de statu vestro recte ordinato citius gaudeamus.

Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum, et cum universis ubique a Deo et per eum vocatis; per quem illi sit gloria, honor, potestas, majestas, et dominatio sempiterna, a saeculis in saecula saeculorum. Amen.

Clementis ad Corinthios Epistola I.

venit, ut Romanos de schismate certiores faceret, et posceret eorum opem ad sedandas lites infelices apud ipsos ortas. WOTT. καί non agnoscit Junius. Cum Wottono faciunt Cotel. Davis. Frey. Galland. Eumdem esse Fortunatum, qui cum Stephano et Achaico ad D. Paulum, dum ageret Ephesi, ablegatus fuerat, omnino negat Gul. Burton.

3. ἐπιποθήτην] Ita cum Cod. MSto Wott. Russel. Galland. Schoeneman. et Hefelius. Caeteri ἐπιπόθητον, quod longe melius arbitratur Boisius.

4. ἀπαγγέλλωσιν] Ita cum Cod. MSto Wotton. Russel. Galland. Schoeneman. et Hefelius. Caeteri ἀπαγγέλωσιν, quam formam jam exaratam librarius correxit.

5. περὶ τῆς εὐσταθείας] Cf. Clem. Alex. Strom. iv. 23. p. 632. ed. Potter. οὕτω τοίνυν τῷ ὄντι καλὰ φαίνεται ἥδιστα, παρ' αὐτοῦ δὲ πορίζεται ὃν ποθεῖ καρπὸν, τὴν τῆς ψυχῆς εὐστάθειαν. Ib. §. 25. p. 637. δικαιοσύνη οὖν ἐστὶν εἰρήνη βίου καὶ εὐστάθεια.

11. Κλήμεντος κ. τ. λ.] Codex MStus hanc epigraphen praestat, ab Editoribus omnibus, si Wottonum excipias, praetermissam.

J. B. COTELERII JUDICIUM

DE

POSTERIORE EPISTOLA S. CLEMENTIS.

EXSTAT de hac Epistolâ judicium magni Critici Eusebii, Hist. Eccles. iii. 38. hisce verbis expressum; ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὴν ἔθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα, ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. Quae a Rufino, uti solet, indiligenter redduntur sic: "Dicitur tamen "esse et alia Clementis Epistola, cujus nos notitiam non "accepimus." Nec magis accurate Hieronymus, Libro de Viris Illustribus: "Fertur et secunda esse ex ejus no- "mine Epistola, quae a Veteribus reprobatur." [§. 16. tom. ii. p. 843. ed. Vallars.] Et Photius, Μυριοβίβλου Cod. cxii, cxiii. ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτούς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται. Neque enim dicit Eusebius, secundam Clementis Epistolam "notham esse, et ab Antiquis re- "probatam;" dicit solummodo "ignoratam fuisse, in "citationibus a Veteribus praetermissam, in dubium "vocatam:" unde eodem loci et alibi priorem nuncupat ὁμολογουμένην, ἀνωμολογημένην παρὰ πᾶσιν. Itaque rectius in Nicephoro, Lib. iii. c. 18. habetur; καὶ ἄλλη δὲ αὐτοῦ

F e 2

φέρεται ἐπιστολὴ, τῆς προτέρας κατὰ πολὺ ἀποδέουσα· περὶ ἧς ὁ αὐτός φησιν Εὐσέβιος, μὴ ἐν ἐπιστήμῃ ταύτης τοὺς ἀρχαίους εἶναι. Maximus in Prologo ad Dionysii Opera, agens de Eusebio, *καὶ μὴν οὔτε Πανταίνου τοὺς πόνους ἀνέγραψεν, οὔτε τοῦ Ῥωμαίου Κλήμεντος, πλὴν δύο καὶ μόνων ἐπιστολῶν.* Et vero quemadmodum Caesariensi Episcopo credimus, dubitatum fuisse de Auctore nostrae Epistolae; quemadmodum non possumus nunc, post deperditos tot primorum Patrum libros, memoriam illius accusare, quae tamen non semper fida exstitit; ita negamus inde consequi, pro Pseudepigrapha necessario habendam Epistolam; cum fieri quiverit, ut opus genuinum in controversiam venerit, et a primis Ecclesiae scriptoribus non fuerit celebratum. Certe ea dubitatio, ea omissio, non deterruerunt Auctorem Canonum Apostolicorum, Can. ult., Epiphanium, Haer. xxvii. 6. xxx. 15.[a] et eum qui Librum Pontificalem composuit, quo minus de Clementinis Epistolis, perinde ac nihil intercederet inter illas discriminis, loquerentur. Mitto enim Niconem, de quo ad superioris Epistolae cap. xiv. Imo quod admodum mirere, id ab ipsis Hieronymo ac Photio designatum, quando suam, non Eusebii, proponunt opinionem: ille in Volumine i. adversus Jovinianum cap. 7. [cap. 14. tom. ii. p. 258. ed. Vallars.] hic in Myriobibli cap. cxxvi. Quinetiam utramque inter Sacrae Scripturae libros collocasse videntur Ecclesiae illae, quae Canonibus Apostolicis regebantur, quique eos Canones in Novi Testamenti Voluminibus recenset Johannes Damascenus, Orthodoxae Fidei lib. iv. cap. 18. et quotquot Bibliorum Codicibus utebantur similibus illi Theclae, e quo duae istae Epistolae prodierunt. Accedit huc quod eaedem utrobique apparent Antiquitatis notae, eadem interdum verba usurpantur; nec tantam diversitatem habet stylus,

[a] [Tom. i. p. 107. ed. Petav. *λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ.* Ibid. p. 139. *ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ᾽ ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων.*]

quin ab eodem Scriptore variis temporibus diversisque pro causis oriri potuerit. Dionysius autem Corinthius scribens ad Romanos apud Eusebium lib. iv. cap. 23. ideo unius tantum Epistolae Clementis mentionem facit, quia loquitur de Literis Romanorum nomine datis ad Corinthios: at posterior Clementis, etsi, teste Photio, ad Corinthios quoque esset scripta, non tamen, sicut prior, Ecclesiae Romanae nomen, sed Romani Pontificis praeferebat. Indicatur id appellatione, *ἀδελφοί μου*, quam in secunda non semel positam invenies, [pp. 7, 10.] nusquam in priore.

Objicit Jacobus Usserius, Dissertatione de Scriptis Ignatii, &c. cap. x. ad hunc modum: Epistola titulo Clementis ad Corinthios ornata, proferebat (quemadmodum ex Quaestionibus ad Orthodoxos, Justino Martyri tributis, Resp. ad Quaest. 74. intelligimus) Carmina Sibyllina, quae Clementis temporibus posteriora fuerunt; unde colligitur eam citationem cum in priore Clementis Epistola nusquam compareat, ad alteram referri debere, quae ejusdem nomine falso inscribatur. Infirmum plane argumentum. Audi verba Pseudo-Justini: *εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν, ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθὼς φασιν αἱ γραφαὶ Προφητῶν τε καὶ Ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθὼς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ· κ. τ. λ.* Quae in Gallicam linguam ita vertit David Blondellus de Sibyllis lib. i. cap. 20. ac si legisset, *ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ*. Sed erratum est properantis hominis, nimiumque memoria fidentis. Itaque cum Pseudo-Justinus generatim de Epistolis loquatur, neutra autem ad nos integra pervenerit, temere ab Usserio asseveratur res, quam nullo modo potuit rescire. Quin imo si divinationibus indulgere liceat, crediderim in primae Epistolae lacuna ad cap. lvii. factam Sibyllae mentionem. Atque conjecturae fundum et auctorem do S. Irenaeum, adversus Haer. lib. iii. cap. 3. ubi hoc pacto

disserit; "Sub[b] hoc igitur Clemente, dissensione non "modica inter eos qui Corinthi essent fratres facta, "scripsit quae est Romae Ecclesia potentissimas Literas[c] "Corinthiis, ad pacem eos congregans, et reparans fidem "eorum, et annuncians" [*annuncians* omittitur in Graeco apud Eusebium lib. v. cap. 6. et Nicephorum lib. iv. cap. 15. forte ob similitudinem participiorum ἀνανεοῦσα et ἀναγγέλλουσα. Nam Rufinus videtur hoc quoque in Eusebio legisse, dum interpretatur *exprimens*] "quam in "recenti ab Apostolis receperant" [ex Eusebio, Rufino, Nicephoro, atque ex sensu scribendum *receperat*] "tradi-"tionem, annunciantem unum Deum omnipotentem, fac-"torem coeli et terrae, plasmatorem hominis; qui "induxerit Cataclysmum, et advocaverit Abraham, qui "eduxerit populum de terra Aegypti, qui collocutus sit "Moysi, qui Legem disposuerit, et Prophetas miserit, qui "ignem praeparaverit Diabolo et Angelis ejus." Brevem enumerationem capitum, in hac Ecclesiae Romanae Epistola contentorum, sanctus Martyr instituit. Ea autem omnia adhuc legere est, excepto ultimo, quod dubio procul lacuna illa circa finem interjecta complectebatur. Quis porro non videt, ubi "ignis Diabolo et Angelis ejus prae-"paratus" memorabatur, ibi commode potuisse agi "de "mundi fine," ac "de impiorum per ignem judicio" tunc futuro; ideoque et Sibyllae mentionem fieri?

Ait tamen vir perdoctus, non licuisse per tempora Clementi ex Sibyllinis Carminibus, utpote ipso posterioribus,

[b] III. iii. 3. p. 176. ed. Massuet. Graeca ex parte servavit Eusebius, H. E. v. 6. Ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτοὺς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει * * * *

[c] *potentissimas*] *luculentissimam epistolam* melius reddidit Valesius. MASSUET. Convenit potius verbum ἱκανὸς nostro *tüchtig*, Latinorum *probus, justus, cui nihil deest.* Melius igitur vertit Strothius, *einen sehr gründlichen Brief.* HEINICHEN.

testimonium petere. Hoc probandum erat, non modo dicendum; quod si constaret, requirerem praedictarum *Quaestionum* Codices MSS. num pro καθὼς haberent καὶ ὡς, aut καὶ καθώς. Verum super Sibyllinis Versibus exploratum non habetur, quando coeperint apud Christianos evulgari. Sub Apostolis rem contigisse persuaderet, quod a multis refertur, Clementem Alexandrinum in VI. Stromateo, p. 636. [p. 762. ed. Potter.] recitare verba Pauli Apostoli, Graecos seu Gentiles ad Sibyllae Oracula amandantis; nisi aut Clemens fabulam a quodam Apocrypho sumpsisse dici posset, aut potius illius sensum viderentur non attigisse homines docti; quae quidem mea est opinio. Eo quippe loci postquam ex Petri Praedicatione, libro extra Canonem posito, affirmavit ὁ Στρωματεύς, Graecis, ut Deum colerent et gloria afficerent, concessam fuisse Philosophiam, quemadmodum eandem ob causam utrumque Testamentum Judaeis et Christianis; ista paullo obscuriora subjicit: ἐπεὶ ὅτι, καθάπερ Ἰουδαίους σώζεσθαι ἐβούλετο ὁ Θεὸς τοὺς προφήτας διδοὺς, οὕτως καὶ Ἑλλήνων τοὺς δοκιμωτάτους, οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλεκτῷ προφήτας ἀναστήσας, ὡς οἷοί τε ἦσαν δέχεσθαι τὴν παρὰ Θεοῦ εὐεργεσίαν, τῶν χυδαίων ἀνθρώπων διέκρινεν, δηλώσει πρὸς τῷ Πέτρου κηρύγματι ὁ Ἀπόστολος λέγων Παῦλος· λάβετε καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους, ἐπίγνωτε Σίβυλλαν, ὡς δηλοῖ ἕνα θεὸν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι· καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες ἀνάγνωτε, καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ καθὼς παράταξιν ποίησουσι τῷ Χριστῷ πολλοὶ βασιλεῖς μισοῦντες αὐτὸν, καὶ τοὺς φοροῦντας τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τοὺς πιστοὺς αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. Εἶτα ἑνὶ λόγῳ πυνθάνεται ἡμῶν· ὅλος δὲ ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, τίνος; οὐχὶ τοῦ Θεοῦ[d]; Quae verba sic accipiunt, quasi λάβετε &c. sit Apostoli exhortatio. At

[d] De hoc loco Clem. Alex. vide Beveregii adnotationem in Cod. Canon. Eccles. Prim. Illustr. I. xiv. §. 7. vel apud Potter. p. 761. et conf. Grabium in Spicil. Patt. i. 67.

ego illa, ὁ Ἀπόστολος λέγων Παῦλος, non refero ad consequentia, λάβετε &c. sed ad praecedentia, οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας, seu ad versiculum 12. capitis i. Epistolae ad Titum, εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης: et λάβετε &c. Clementis esse arbitror, non Pauli; tum quod in fine dicitur, εἶτα ἐνὶ λόγῳ, &c. Praedicationi Petri tribuo, cum cujus ultimo sermone paullo ante per Clementem laudato convenit optime. Quocirca verto: "Quandoquidem quod "sicut Judaeos Deus salvos esse voluit, dans eis Prophetas, "ita etiam Graecorum probatissimos, proprios suae linguae "Prophetas excitans, prout poterant capere Dei beneficentiam, a vilibus vulgaribusque hominibus secreverit, "declarabit praeter Petri praedicationem qui hoc dicit "Apostolus Paulus. Libros quoque Graecos sumite: "agnoscite Sibyllam, quo modo unum Deum manifestet, et "ea quae futura sunt: sumptum etiam Hystaspem[c] legite, "et invenietis Dei Filium multo clarius apertiusque esse "scriptum, utque multi reges adversus Christum aciem "instruent, odio habentes tum illum, tum eos qui nomen "ejus gestant, et ejus fideles, illiusque tolerantiam atque "adventum. Deinde uno verbo (seu una ratione) nos interrogat; totus autem mundus, et quae sunt in mundo, "cujus sunt? Nonne Dei?" Sic pulchre omnia sibi constant, aliter impeditiora. Adde quod vix in toto Clemente invenias aliquid Apocryphi prolatum, nomine duntaxat Auctoris, non praemisso Operis titulo, non adjecta dictione, quae quale sit Scriptum declaret. Legatur tota Alexandrini disputatio; conferatur cum iis quae in Stromateo I. edisserit de Graecorum sapientibus, praesertim pag. 299. ubi locum Epistolae ad Titum adducit: confido fore, ut mea non improbetur interpretatio. Nihil ergo adjuvamur hoc testimonio, ad investigandum quod quaerimus tempus.

[c] De Hystaspe consulendi sunt Ammianus Marcellinus, xxiii. 6. p. 374. ed. Vales. Agathias, ii. 24. p. 117. ed. Niebuhr. Lactantius, vii. 15. p. 416. ed. Bethul.

Jam vero si agatur de Sibyllinorum Carminum Sylloge[f] qua hodie utimur, pro certo haberi debet, quod a multis evidenter fuit probatum, eam multo post Apostolica tempora lucem vidisse. Nonnulli sane in ea versus leguntur, aetate posteriores Scriptis Patrum Sibyllina Oracula citantibus: quales hi duo,

Οὐκέτι γὰρ παρὰ σεῖο τὸ τῆς φιλοθρέμμονος ὕλης
Παρθενικαὶ κοῦραι πῦρ ἔνθεον εὑρήσουσιν.

in Ῥαψῳδίᾳ nostra, Lib. v. post medium; sunt enim de incenso Vestae templo sub finem imperii Commodi, proindeque cum jam Justinus, Athenagoras, et Theophilus Antiochenus Sibyllina in testimonium pro fide Christiana advocassent. Ac Origeniani cujusdam manum redolet Libri ii. finis, ad quem Scholiastes Graecus sic annotabat:

ψεύδη προφάνως· οὐδὲ γὰρ λήξει ποτὲ
τὸ πῦρ κολάζον τοὺς κατακεκριμένους.
κἀγὼ γὰρ ἂν εὔξαιμι τοῦθ' οὕτως ἔχειν,
οὐλαῖς μεγίσταις σφαλμάτων ἐστιγμένος,
αἳ μείζονος χρῄζουσι φιλανθρωπίας.
ἀλλ' αἰσχυνέσθω φληναφῶν Ὠριγένης,
πέρας γενέσθαι τῶν κολάσεων λέγων.

Recteque observat qui nostra aetate plurimos judicio superavit, Gerardus Vossius, De Poetis Graecis Cap. i. non exstitisse temporibus Justini Martyris, Tatiani, Clementis Alexandrini, Eusebii, aliorumque multorum, versus Sibyllinae Collectionis Lib. i. et Lib. iii. de Sibylla Noae coaetanea; quandoquidem ex illorum Patrum professione, nulla

[f] Carmina Sibyllina habes in Gallandii Biblioth. Patt. i. p. 335. quibus nunc accessit liber novus, quartus decimus, Maii studio e MSto erutus, typisque excusus, Mediolani, 1817. Plura si cupias, adi Bleekii disputationem *Ueber die Entstehung und Zusammensetzung der uns in acht Büchern Erhaltenen Sammlung Sibyllinischer Orakel*, in Ephemeridi Theologica, Berolin. 1819. fascic. 1. et 2. et Thorlacii disquisitionem, quae inscribitur, *Libri Sibyllistarum veteris Ecclesiae, crisi, quatenus monumenta Christiana sunt, subjecti*. Hafniae, 1815.

e Sibyllis Mosem antiquitate superavit. Ex quibus intelligitur, non unum Poetam Sibyllam se esse finxisse, sed plures, diverso tempore, quorum versus disjectos unum in corpus consarcinator incertus multo post denatos Apostolos compegerit.

Quod autem a pluribus existimatur, primo saeculo ac principio secundi, Sibyllam a Christianis Scriptoribus citari nequivisse, id vero ego inficior, rationibus adductus non paucis. Quoniam, scilicet, gratis ac sine fundamento illud asseritur. Deinde quia viventibus Apostolis, ac Luca scribente Evangelium, multa Apocrypha et Pseudepigrapha otiosi temerariique homines edebant, inquit Origenes, Hom. i. in Lucam, [Opp. iii. p. 933. ed. Ben.] eumque saepissime sequens Hieronymus, prooemio Commentariorum super Matthaeum, [Opp. x. p. 661. ed. Vallars.] necnon Titus, Ambrosius, Beda, Euthymius, Theophylactus ad 1. vers. Evang. Lucae; quidni et in illis quaedam Sibyllino nomine? Ad haec certum est ex Varrone, Cicerone, Tacito, Suetonio, Plutarcho multa vana et supposititia inter Paganos quasi Sibyllina fuisse circumlata, ante et statim post primordia nostrae Religionis: hoc exemplo cur non idem evenerit apud nos? Adjice his testimonium Hermae, Lib. I. Vis. ii. Cap. 4. quaeque ibi annotabam de insigni isto loco Josephi, Antiq. Judaic. lib. i. cap. 5. [cap. iv. §. 3. ed. Havercamp.] περὶ δὲ τοῦ πύργου τούτου, καὶ τῆς ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων, μέμνηται καὶ Σίβυλλα, λέγουσα οὕτως· "Πάν-"των ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων, πύργον ᾠκοδόμησάν "τινες ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' "αὐτοῦ. Οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες, ἀνέτρεψαν τὸν "πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν· καὶ διὰ τοῦτο Βαβυ-"λῶνα συνέβη κληθῆναι τὴν πόλιν." qui locus respondet his Sibyllinis, lib. 3. circa initium;

ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ τελέωνται ἀπειλαί· &c.

Concludo, nihil vetare quin vero Clementi laudata fuerit

Sibylla, in re praesertim Ethnicis non ignota, mundi videlicet fine, ac impiorum per ignem judicio: de qua consule praecipue Justinum Martyrem, Apolog. ii. p. 66. [ed. Paris. 1615. Apol. i. §. 20. p. 55. ed. Ben.] et Sibyllina nostra Oracula, Lib. ii. et iii. Ac forsan Clemens exemplaria viderat antequam a Christianis, ut conqueritur Celsus apud Origenem, Lib. vii. contra eum [§. 53. Opp. i. p. 732. ed. Ben.] fuissent interjectis pluribus interpolata.

Caeterum videtur haec secunda Epistola ante primam esse scripta. Quandoquidem innuit fragmentum illius pacifica tempora; et ex Photii Codice cxxvi. colligimus dissidii Corinthiaci in ea factam non fuisse mentionem; at si data esset post priorem, hoc est, post finem persecutionis Domitiani, tempore pacis, atque ante persecutionem sub Trajano redintegratam, non praetermisisset discordiam aut reconciliationem Corinthiorum, cum utrumque tempus solummodo annus sejungat. Quare missam arbitror inter duas primas persecutiones, Neronis ac Domitiani, et ante seditionem Corinthi excitatam.

Omittebam hic, ut in Veterum Testimoniis, duo quae postea occurrerunt loca. Primus locus est Praefationis Concilii Nicaeni, Latinae ex Arabico per Abrahamum Echellensem factae, in quo dicitur Clementem Epistola ii. mentionem fecisse Sectarum 70. Verum illa Epistola, si eadem est ac nostra, nec est plane Apocrypha, nequaquam retulit 70 Haereses, retulit forsan 7. Alterum locum deprompsi ex optimis membranis codicis admodum antiqui in Bibliotheca PP. Soc. Jesu, copiam faciente Gabriele Cossartio, viro cum insignis doctrinae, tum prolixae humanitatis. Est autem S. Damasceni Eclogarum Sacrarum, cap. *Περὶ τῶν προσκαίρων καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ ὅτι χρὴ τῶν παρόντων τὰ μέλλοντα προτιμᾷν·* quod respondet capiti 20. libri ii. Parallelorum editorum.*

* Vide Fragm. IV. infra, p. 253.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β.

Christus Deus.

ʼΑΔΕΛΦΟΙ, οὕτως δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ Θεοῦ, ὡς περὶ κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν· ἐν τῷ γὰρ φρονεῖν ἡμᾶς μικρὰ περὶ αὐτοῦ, μικρὰ καὶ ἐλπίζομεν λαβεῖν· καὶ οἱ ἀκούοντες ὥσπερ μικρῶν ἁμαρτάνομεν, οὐκ εἰδότες πόθεν ἐκλήθημεν, καὶ ὑπὸ τίνος, καὶ εἰς ὃν τόπον, καὶ ὅσα ὑπέμεινεν Ἰησοῦς Χριστὸς παθεῖν ἕνεκα ἡμῶν.

Quanta ei debeamus.

Τίνα οὖν ἡμεῖς αὐτῷ δώσομεν ἀντιμισθίαν; ἢ τίνα καρπὸν ἄξιον οὗ ἡμῖν αὐτὸς ἔδωκεν; πόσα δὲ αὐτῷ ὀφείλο-

1. ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ κ. τ. λ.] Tituli hujus ne literam quidem integram praebet Cod. MStus. Linea prima, Ἀδελφοὶ, οὕτως δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν, literis miniatis exhibetur.

5. ὡς περὶ Θεοῦ] Si haec Epistola Clementis sit, sufficit hic unus locus ad refellendam Photii objectionem, [Bibl. Cod. cxxvi.] quod exilia nimis de Christo scripsisse videtur; quia non ea profert, quae praecipue conferant ad adstruendam Divinam Christi naturam.—Legisse Photium hanc Epistolam satis constat; de illa enim haec habet: Ἡ δὲ δευτέρα καὶ αὐτὴ νουθεσίαν καὶ παραίνεσιν κρείττονος εἰσάγει βίου, καὶ ἐν ἀρχῇ Χριστὸν τὸν Θεὸν κηρύσσει. Qui characteres apprime huic conveniunt. WOTT.

6. περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν·] Pro Judaeorum placito Messiae regnum in terris somniantium; aut ad eorum dogma, qui promissa ad allegorias trahebant, dicentes *resurrectionem praeterisse*, II Tim. ii. 18. FELL. Jortinus emendat περὶ τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς σωτηρίας ἡμῶν· comparans locum illum ad Hebraeos, ii. 10. cujus, uti monet, epistolae loca plurima respicit Clemens in Epist. ad Corinthios

S. CLEMENTIS

EPISTOLA II.

FRATRES, ita sentire nos oportet de Jesu Christo, tamquam de Deo, tamquam de judice vivorum et mortuorum; nec decet nos humilia sentire de salute nostra: dum enim humiliter sentimus de illo, parva etiam nos accepturos speramus: et dum tamquam exigua audimus, peccamus, nescientes unde vocati sumus, et a quo, et in quem locum, et quanta sustinuit Jesus Christus pati propter nos. Quam igitur nos ipsi dabimus remunerationem, aut quem fructum dignum eorum quae nobis ipse dedit?

Johann. v. 22. 27. Act. x. 42. xvii. 31. 2 Tim. iv. 1.

priore. Idem arbitratur Scriptorem nostrum in animo habuisse Ebionaeos, de quibus Eusebius, H. E. iii. 27., *'Εβιωναίους τούτους οἰκείως ἐπεφήμιζον οἱ πρῶτοι, πτωχῶς καὶ ταπεινῶς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ δοξάζοντας. Λιτὸν μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ κοινὸν ἡγοῦντο, κατὰ προκοπὴν ἤθους αὐτὸ μόνον ἄνθρωπον δεδικαιωμένον, κ. τ. λ.*

8. *καὶ οἱ ἀκούοντες*] Hiulca videtur haec sententia. Junius, Colomesius, [et Schoenemannus] legendum esse conjecerunt, *Καί τοι ἀκούοντες ὡς περὶ μικρῶν*— Boisius, *Καὶ εἰ ἀκούομεν τῶν περὶ Χριστοῦ, ὥσπερ μικρῶν*— Forte legendum est, *Καὶ ἡμεῖς οἱ ἀκούοντες τούτων, ὥσπερ μικρῶν, κ. τ. λ.* WOTT. [quem sequitur Freyius.] Birrius ita sententiam integram reddit, *καὶ οἱ παρακούοντες, ὥσπερ μικρῶν...quique negligenter audimus, quasi tenuia sint, peccamus.* GALLAND.

11. *παθεῖν ἕνεκα ἡμῶν.*] Mallet Birrius *παθῶν.*

12. *ἀντιμισθίαν*] Hanc vocem adhibet D. Paulus ad Rom. i. 27. ad Cor. II. vi. 13.

13. *ὀφείλομεν ὅσια;*] i. e. *quanta vero debemus ei subsidia ad sanctimoniam?* vel potius ex Hellenistico hoc exponendum est: *quantas vero ei debemus gratias*, aut *beneficia?* ut enim vox *ὅσιος* apud LXX. frequen-

μεν ὅσια ; τὸ φῶς γὰρ ἡμῖν ἐχαρίσατο· ὡς πατὴρ υἱοὺς ἡμᾶς προσηγόρευσεν, ἀπολλυμένους ἡμᾶς ἔσωσεν. Ποῖον οὖν αἶνον αὐτῷ δώσομεν, ἢ μισθὸν ἀντιμισθίας ὧν ἐλάβομεν; πηροὶ ὄντες τῇ διανοίᾳ, προσκυνοῦντες λίθους καὶ ξύλα, καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ χαλκὸν, ἔργα ἀνθρώπων, καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἄλλο οὐδὲν ἦν εἰ μὴ θάνατος. Ἀμαύρωσιν οὖν περικείμενοι, καὶ τοιαύτης ἀχλύος γέμοντες ἐν τῇ ὁράσει, ἀνεβλέψαμεν, ἀποθέμενοι ἐκεῖνο ὃ περικείμεθα νέφος, τῇ αὐτοῦ θελήσει. Ἠλέησεν γὰρ ἡμᾶς, καὶ σπλαγχνισθεὶς ἔσωσεν, θεασάμενος ἐν ἡμῖν πολλὴν πλάνην καὶ ἀπώλειαν, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα ἔχοντας σωτηρίας, εἰ μὴ τὴν παρ' αὐτοῦ. Ἐκάλεσεν γὰρ ἡμᾶς οὐκ ὄντας, καὶ ἠθέλησεν ἐκ μὴ ὄντος εἶναι ἡμᾶς.

Per misericordiam Dei salvi facti sumus.

Ecclesiae prius sterilis mira fecunditas.

B'. "Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον "καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα "τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα." Ὃ εἶπεν, "Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα," ἡμᾶς εἶπεν· στεῖρα γὰρ ἦν ἡ ἐκκλησία ἡμῶν, πρὸ τοῦ δοθῆναι αὐτῇ τέκνα. Ὃ δὲ εἶπεν, "Βόησον ἡ οὐκ

ter respondet Hebr. חסיד, ita τὰ ὅσια exprimit החסדים Esai. lv. 3. in celebri illo loco quem Graeci, et post illos Paulus, Act. xiii. 34. reddit τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Eaedem voces occurrunt II Chron. vi. 42. ubi Graeci habent τὰ ἐλέη Δαυίδ, ut adeo τὰ ὅσια illis sint promiscue τὰ ἐλέη. FREY. Vertit Birrius, *quot vero ejus clementiae beneficia accepta referimus?* Quae sane beneficia deinceps S. Pater enumerat. Haud absimili sensu usurpatur vox ὅσια in Constit. Apost. ii. 23. Ὁ τοιοῦτος ἄφεσιν οὐχ ἕξει, κἂν λέγῃ παρ' ἑαυτῷ, ὅσια μοι γένοιτο. *Bene mihi sit*. GALLAND.

3. Ποῖον οὖν αἶνον] Ita legendum viderunt Editores omnes. Cod. MStus exhibet ΠΟΙΟΥΝ, sicut in Epist. prior. §. 30. ΑΓΙΟΥΝ pro Ἁγίου οὖν. Mox μίσθων ἀντιμισθίαν conjicit Junius.

ib. μισθὸν ἀντιμισθίας] Locutio desumta ex Psalm. cxvi. 12.

Quanta vero ei debemus pia? Nam lucem nobis largitus est; tamquam pater filios nos appellavit, pereuntes nos servavit. Qualem ipsi laudem tribuemus, aut mercedem compensationis eorum quae accepimus? qui mente eramus capti, et adorabamus lapides, ligna, aurum, argentum, atque aes, hominum opera; et tota nostra vita nihil aliud erat quam mors. Obscuritate itaque circumdati, et tali caligine plenum habentes visum, respeximus, ipsius voluntate deponentes eam qua cingebamur nebulam. Nam miseratus est nos, et visceribus commotus, salvos fecit, cum in nobis multum errorem ac interitum spectasset, nec ullam nos habere salutis spem, nisi eam quae ab ipso. Vocavit enim nos Rom. iv. 17.
qui non eramus, et voluit e nihilo esse nos. Osee. ii. 24.

II. *Laetare sterilis, quae non paris, erumpe et* Esai. liv. 1.
clama, quae non parturis: quia multi filii desertae, Gal. iv. 27.
magis quam ejus quae habet virum. Quod dixit, *Laetare sterilis quae non paris,* nos dixit; sterilis quippe erat Ecclesia nostra, ante quam dati essent

[*τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι;*] quae ita auctori nostro placuit, ut eam ter in brevi hac Epistola repetiverit. Quemadmodum enim qui Dei patientia abutuntur, et flagitiis ad iram provocant, dicuntur ipsum *servitute premere*, Esai. xliii. 24. et qui pauperibus subveniunt, *foenerari* Deo, Prov. xix. 17. ita qui mandatis ejus obsequuntur, et pietatis officia praestant, non incommode vices referre et mercedem rependere censeantur. FELL. Cotelerius, dum literae tenax esse vult, Clementis sententiam non reddit. Vertit Vendelinus, *vel retributionis mercedem ob ea quae accepimus.* COUST.

4. *πηροὶ ὄντες*] *mente debiles,* i. e. *caeci*. Sic Birrius e Gloss. Cyrill. et Hesych. GALLAND. Boisius mallet *πηροὶ ἐτυγχάνομεν ὄντες τῇ διανοίᾳ.*

13. *ἐλπίδα ἔχοντας σωτηρίας*] ΕΛΠΙΔΑΝΕΧΟΝΤΕΣ MStus. Cf. p. 240. l. 2. Boisius conjicit *καὶ ὅτι μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἔχομεν εἰ μὴ, κ. τ. λ.*

16. *Εὐφράνθητι στεῖρα*] Locus hic Esai. liv. 1. ab ipsis Judaeis ad Messiae tempora refertur; et ab Apostolo in hanc mentem laudatur, Gal. iv. 27. FELL.

"ὠδίνουσα," τοῦτο λέγει, τὰς προσευχὰς ἡμῶν ἁπλῶς ἀναφέρειν πρὸς τὸν Θεὸν, μὴ, ὡς αἱ ὠδίνουσαι, ἐγκακῶμεν. Ὁ δὲ εἶπεν, "Ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα "τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα·" ἐπεὶ ἔρημος ἐδόκει εἶναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ὁ λαὸς ἡμῶν, νυνὶ δὲ πιστεύσαντες, πλείονες ἐγενόμεθα τῶν δοκούντων ἔχειν Θεόν. Καὶ ἑτέρα δὲ γραφὴ λέγει, "ὅτι "οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς." Τοῦτο λέγει, ὅτι δεῖ τοὺς ἀπολλυμένους σώζειν. Ἐκεῖνο γάρ ἐστιν μέγα καὶ θαυμαστὸν, οὐ τὰ ἑστῶτα στηρίζειν, ἀλλὰ τὰ πίπτοντα· οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἠθέλησεν σῶσαι τὰ ἀπολλύμενα, καὶ

3. ἐγκακῶμεν.] Verbo ἐγκακεῖν usus fuerat Symmachus Interpres Num. xxi. 5. vertens ἐνεκάκησεν, quod LXX. verterant προσώχθισεν. Praetuli tamen ἐκκακῶμεν, (sic etiam Tell.) ob Luc. xviii. 1. quo respexisse videtur Clemens: Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν. Simili modo propter verba Apostoli, Ephes. iii. 13. Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν, [Gal. vi. 9.] scribere oportet apud Gregorium Theologum, Orat. 44. εἰ μὴ ἐκκακοῦμεν ἐν ταῖς θλίψεσι, sublato typographico mendo ἐκκαμοῦμεν. COTEL. ἐγκακῶμεν MSti lectionem tuetur Wottonus ex Hesychio qui habet ἐγκακέω· ὑψόω. Cotelerius mavult ἐκκακῶμεν, *deficiamus*. Si ad ὠδίνουσαι respexeris, utrumque recte dici potuit. Sed judicium dirigi debet ad significatum τοῦ ἁπλῶς; quod si *simpliciter*, *submisse* vertas, praeferenda erit lectio MSti; sin *semel*, *una vice* interpreteris, rectius ἐκκακῶμεν scribas, cui quidem vocabulo frequens sacrorum Novi Testamenti librorum usus suffragatur. SCHOENEMAN. Vendelinus vertit, *parientium instar, vociferemur*, probante Colomesio. Tu vero Coustantium audi; 'Dupliciter peccare mihi videtur 'haec translatio, primo quidem 'quod clamare nobis vetat, cum 'Clemens locum Esaiae interpretatur in quo clamare praecipimur; deinde quod antithesin seu oppositionem instituit, quam diversa constructio verborum ἀναφέρειν 'et ἐκκακῶμεν seu ἐγκακῶμεν non 'patitur.' Locum Hesychianum a Wottono prolatum suspectum habet Albertius, qui Clementem nostrum ex conjectura parum felici corrigit ἐκκαλῶμεν. Sicut et apud Polybium IV. xix. 10. legendum censet Ernestius ἐξεκάκησαν pro ἐνεκάκησαν.

ei liberi. Quod vero dixit, *Clama, quae non parturis,* hoc dicit, ut preces nostras simpliciter ad Deum perferamus, neque ut parturientes solent, vociferemur. Quod autem dixit, *Quia multi filii desertae, magis quam ejus quae habet virum,* quandoquidem populus noster desertus esse videbatur et Deo orbatus; nunc vero cum credidimus, plures facti sumus iis qui Deum habere censebantur. Alia quoque Scriptura ait, *Non veni vocare justos, sed* Matt. ix. 13.
peccatores. Hoc dicit, quod debeat pereuntes servare. Luc. v. 32.
Illud siquidem magnum et admirabile est; non fulcire quae stant, sed quae cadunt. Sic et Christus Matt. xviii. 11.

5. ἐπεὶ ἔρημος ἐδόκει] Boisius interponit τοῦτο λέγει, ut connexio aptior sit; at Photius, multis abhinc saeculis observavit, quod frustra in his Epistolis semper aptam connexionem quaesieris, quum τὰ ἐν αὐταῖς νοήματα ἐρριμμένα πως, καὶ οὐ συνεχῆ τὴν ἀκολουθίαν ὑπῆρχε φυλάττοντα. WOTT. Pro ἀπό Junius e conjectura margini apponit ἄνευ. At nihil mutandum. Praepositio eamdem vim forsitan hoc loco habet qua invenitur apud Herodotum, iv. 13, 195. vii. 195, *quod adtinet ad Deum.* Vid. Abresch. Animadv. in Aeschylum, p. 613.

6. πλείονες ἐγενόμεθα τῶν δοκούντων] Ita loquens se Gentilem indicat, non Judaeum. COUST. [Cf. supra notata ad Epistolam priorem, §. 4. p. 20. l. 13.] Ex his verbis colligit H. Venema auctorem eo demum tempore vixisse, quo Christianismus inter Gentes numerosissimus erat supra Judaeos; quod quidem, inquit, rectius quam in Clementis, quadrat in Trajani et sequentium Imperatorum tempora, quibus Ecclesia Gentium longe lateque propagata est. Quid multis opus est? Nonne Paulus ad Romanos scribens, gratias Deo agebat, quod fides eorum annuntiabatur *in universo mundo?* [i. 8.] Nonne dicebat *in omnem terram* exisse sonum Apostolorum, et in *fines orbis terrae* verba eorum? [x. 18.] Nonne Deum glorificabat quod mysterium temporibus aeternis tacitum, patefactum esset ad obedientiam fidei *in cunctis gentibus?* [xvi. 25, 26.] Eodem loquendi genere alibi quoque utitur idem Apostolus; ad Coloss. i. 6—20. I Tim. iii. 16. GALLAND. in Proleg. p. xviii.

8. ἀλλὰ ἁμαρτωλούς.] In Novo Testamento post ἁμαρτωλούς legimus εἰς μετάνοιαν in Codd. impr. sed Codd. MSS. optimae fidei non ea agnoscunt. WOTT. Apud S. Matthaeum scilicet, apud S. Lucam non item.

ἔσωσεν πολλοὺς ἐλθὼν, καὶ καλέσας ἡμᾶς ἤδη ἀπολλυμένους.

Christus nos revocavit a cultu deorum mortuorum, et Patrem notum fecit nobis.

Γ΄. Τοσοῦτον οὖν ἔλεος ποιήσαντος αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, πρῶτον μὲν ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες τοῖς νεκροῖς θεοῖς οὐ θύομεν, καὶ οὐ προσκυνοῦμεν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἔγνωμεν δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα τῆς ἀληθείας, τίς ἡ γνῶσις ἡ πρὸς αὐτὸν, ἢ τὸ μὴ ἀρνεῖσθαι δι' οὗ ἔγνωμεν αὐτόν; Λέγει δὲ καὶ αὐτὸς, "Τὸν ὁμολογήσαντά "με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν ἐνώ"πιον τοῦ Πατρός μου." Οὗτος οὖν ἐστὶν ὁ μισθὸς ἡμῶν, ἐὰν οὖν ὁμολογήσωμεν δι' οὗ ἐσώθημεν. Ἐν τίνι δὲ αὐτὸν ὁμολογοῦμεν; Ἐν τῷ ποιεῖν ἃ λέγει, καὶ μὴ παρακούειν αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν, καὶ μὴ μόνον χείλεσιν αὐτὸν τιμᾶν, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας. Λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, "Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία "αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ."

Agnoscendus ergo a nobis,

ejusque praeceptis parendum.

Δ΄. Μὴ μόνον οὖν αὐτὸν καλῶμεν Κύριον· οὐ γὰρ τοῦτο σώσει ἡμᾶς· λέγει γὰρ, "Οὐ πᾶς ὁ λέγων "μοι, Κύριε, Κύριε, σωθήσεται, ἀλλὰ ὁ ποιῶν τὴν

4. πρῶτον μὲν ὅτι] Boisius ex ingenio refingit, πρὸ πάντων εὐχαριστῶμεν αὐτῷ ὅτι, κ. τ. λ.

5. προσκυνοῦμεν αὐτοῖς] Cum dativo construitur προσκυνεῖν apud serioris Graecismi scriptores. Lobeck. Phrynich. p. 463. Cf. Mart. Polyc. §. 12.

6. τίς ἡ γνῶσις ἡ πρὸς αὐτὸν] Vendelinus, *Quaenam erit nostra erga ipsum agnitio?* Hic locus ex iis forsitan est, quos sibi non satis cohaerere censuit Photius. Si post *ad eum* suppleatur *perducens* aut *pertingens*, integra erit sententia; ac recte consequetur, ut postquam cognovimus Patrem, non negemus Filium. COUST. Haec quoque ad incudem revocat Boisius, τίς ἡ γνῶσις τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἢ τὸ κ. τ. λ.

8. Τὸν ὁμολογήσαντά κ. τ. λ.] Paullo aliter legimus apud S. Matthaeum, x. 32. Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

11. ἐὰν οὖν] Vox οὖν videtur haberi hoc in loco parum recte. Legerem μὲν vel αὐτόν. WOTT.

servare voluit pereuntia, et multos servavit dum venit, dumque nos jam pereuntes vocavit.

III. Cum igitur tantam misericordiam erga nos ipse fecerit, primo quidem, quod nos qui vivimus Diis mortuis non sacrificamus, nec adoramus eos, sed per ipsum cognovimus veritatis Patrem, quaenam est agnitio ad eum, nisi ut non negemus illum, per quem agnovimus eum? Ait vero etiam ipse; *Qui me confessus fuerit in conspectu hominum, con-* Matt. x. 32. *fitebor ipsum in conspectu Patris mei.* Haec est itaque merces nostra, si quidem confiteamur eum per quem servati sumus. In quonam autem illum confitebimur? Faciendo quae dicit, et mandata illius non spernendo; nec solum labiis eum honorando, sed ex toto corde, et ex tota mente. Dicit Deut. vi. 5. quippe in Esaia; *Populus iste labiis me honorat:* Esai. xxix. 13. *cor autem eorum longe abest a me.*

IV. Non modo igitur ipsum vocemus Dominum; id enim non salvabit nos: siquidem ait, *Non omnis* Matt. vii. 21. *qui dicit mihi, Domine, Domine, salvabitur; sed*

COLOM. Media vox sensum turbat. Lege ἐὰν συνομολογήσωμεν, vel ἐὰν αὐτόν; utraque enim ratio aeque commoda videtur. DAVIS. Nihil mutat Birrius, quum notum sit, οὖν saepe παρέλκειν, nec raro pro τοίνυν proinde poni: quo sensu hic quoque adjecta videtur. GALLAND.

ib. Ἐν τίνι δέ] Hic incipit §. 4. in Schoenem. libro.

15. ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ] In Esaia legimus, Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος, τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Vide Epist. prioris §. 15. ubi haec eadem eodem modo citantur, nisi quod pro ὁ λαὸς οὗτος legimus οὗτος ὁ λαός. Nec insuetum est Novi Testamenti Scriptoribus eodem modo ex Vetere Testamento citata compendiosius dicere. WOTT.

19. Οὐ πᾶς] S. Pater in his citandis, sensum potius quam ipsa verba exhibet. Legimus enim apud S. Matthaeum: Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Quibus subdit Interpres Vulg. *ipse intrabit in regnum coelorum.* WOTT.

“ δικαιοσύνην.” Ὥστε οὖν, ἀδελφοί, ἐν τοῖς ἔργοις αὐτὸν ὁμολογῶμεν, ἐν τῷ ἀγαπᾷν ἑαυτούς, ἐν τῷ μὴ μοιχᾶσθαι, μηδὲ καταλαλεῖν ἀλλήλων, μηδὲ ζηλοῦν, ἀλλ' ἐγκρατεῖς εἶναι, ἐλεήμονας, ἀγαθούς· καὶ συμπάσχειν ἀλλήλοις ὀφειλο[μεν], καὶ μὴ φιλαργυρεῖν· ἐν τ[ού]τοις ἔργοις ὁμολογῶμεν [τὸν Θεὸν], καὶ μὴ ἐν τοῖς ἐναντίοις· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς φοβεῖσθαι το[ὺς] ἀνθρώπους μᾶλλον ἀλλὰ τὸν Θεόν. Δ[ιὰ] τοῦτο ταῦτα ἡμῶν πρασσόν[των] εἶπεν ὁ Κύριος, “ Ἐὰν ἦτε μετ' ἐμο[ῦ] συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ “ μο[ῦ], καὶ μὴ ποιῆτε τὰς ἐντολάς μο[ῦ], ἀποβαλῶ “ ὑμᾶς, καὶ ἐρῶ ὑμῖν, Ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα “ ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ, ἐργάται ἀνομίας.”

Mundus contemnendus, et ad alterius vitae felicitatem nobis contendendum est.

Ε'. Ὅθεν, ἀδελφοί, καταλείψαντες τὴν παροικίαν τοῦ κόσμου τούτου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, καὶ μὴ φοβηθῶμεν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος, “ Ἔσεσθε ὡς “ ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων· Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ

1. Ὥστε οὖν] His verbis incipit §. 4. apud Colomesium.

2. ἐν τῷ ἀγαπᾷν ἑαυτούς] Ita MS. i. e. ἀλλήλους. Cf. infra §. 12. et Ep. I. §. 14. p. 56. Libb. impr. αὐτούς, cujus loco αὐτόν, i. e. τὸν Κύριον, substituunt Junius, Colom. et Wott.

6. ἐν τ[ού]τοις ἔργοις] Libri impressi ante Wottonum exhibent ἔν τε ἀγαθοῖς τοῖς ἔργοις. Librarius noster proculdubio scripsit vel ἐν τούτοις vel ἐν τοιούτοις, *in istis* aut *talibus operibus*, sc. quae proxime nominaverat. Malis forsitan ἐν τούτοις τοῖς.

ib. [τὸν Θεόν] Articulo, quem praefigit Junius, spatium in MSto non exstare contendit Millius. Recte, ut mihi quidem videtur; membrana autem lacerata et a bibliopego inhumaniter abscissa nos diserte pronuntiare vetat.

8. το[ὺς] ἀνθρώπους μᾶλλον κ. τ. λ.] Wottonus, Boisium secutus, putat vel delendum μᾶλλον, vel legendum μᾶλλον ἢ τὸν Θεόν. Birrius tamen non solicitandam MSti lectionem contendit. Sic enim fere, inquit, infra §. 10. καὶ διώξωμεν μᾶλλον κ. τ. λ. Sed et male distinguebant ante μᾶλλον prius. GALLAND.

10. Ἐὰν ἦτε μετ' ἐμο[ῦ] συνηγμένοι, κ.τ.λ.] Periodus ista, quod autori nostro solenne est, ex

qui facit justitiam. Itaque, fratres, in operibus ipsum confiteamur; in diligendo alii alios, in non adulterando, neque obtrectando invicem, neque aemulando; sed vivendo in continentia, misericordia, bonitate: et compassione mutua duci debemus, at non pecuniae cupiditate: in his operibus confiteamur Deum, non autem in contrariis: nec timendi nobis sunt homines, sed potius Deus. Idcirco, nobis haec facientibus, dixit Dominus; *Si fueritis mecum congregati in sinu meo, et non feceritis mandata mea, abjiciam vos; et dicam vobis, Discedite a me; nescio vos, unde sitis, operarii iniquitatis.*

S. Jacob. iv. 11.

Matt. vii. 23. Luc. xiii. 27.

V. Unde, fratres, derelicto mundi hujus incolatu, faciamus voluntatem ejus qui vocavit nos, et de hoc mundo exire non timeamus. Ait enim Dominus; *Eritis velut agni in medio luporum. Respondens autem Petrus ei dicit; Si ergo lupi agnos discerp-*

Matt. x. 16. Luc. x. 3.

multis S. Scripturae locis conflatur. Non enim tantum respexisse videtur Matt. vii. 23. sed etiam Esai. xl. 11. nec non Jer. xxii. 24. FELL. Proculdubio hic est unus ex iis locis, quem respexit Photius, quum observavit, quod Author ῥητά τινα ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς ξενίζοντα παρεισάγει. Citantur enim ex Apocrypho aliquo scripto, quod adhuc non extat; [Sic Cotel. quoque et Coustant.] forsan ex Evangelio secundum Aegyptios, quod paulo infra [§. 12.] citatur, sicut ex Clemente Alex discimus. WOTT.

18. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος] De dicto Christi lego Luc. x. 3. at de tali colloquio Christi cum Petro, quale hic commemoratur, reperio nihil. Fortasse sumta sunt ex Apocrypha aliqua Historia. BOIS. Sub ipsis Apostolorum temporibus plurimos Evangelia sua Ecclesiae intulisse, qui res a Domino gestas parum exacte callebant, innuit D. Lucas cap. i. Haereticos vero *Apostolorum emendatores* se venditasse, locuples est testis Tertullianus adv. Marcion. lib. v. Evangelia Nicodemi, Nazarenorum, sec. Aegyptios, &c. passim apud Veteres laudantur. FELL. Dicta alia Domino nostro Jesu Christo tributa, non autem in quatuor Evangeliis memorata, habes infra §. 8. et §. 12. Sic in Epistola Barnabae legimus §. 4. ' Dicit Filius Dei: *Resistamus omni iniquitati, et odio habeamus eam,*" et §. 7. *Οἱ θελοντές με ἰδεῖν, καὶ ἅψασθαί μου τῆς βασι-*

“ λέγει, Ἐὰν οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία; “ Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ, Μὴ φοβείσθωσαν τὰ “ ἀρνία τοὺς λύκους μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτά· καὶ “ ὑμεῖς μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀποκτείνοντας ὑμᾶς, καὶ “ μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν· ἀλλὰ φοβεῖσθε τὸν “ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς ἔχοντα ἐξουσίαν ψυχῆς καὶ “ σώματος, τοῦ βαλεῖν εἰς γεένναν πυρός.” Καὶ γινώσκετε, ἀδελφοὶ, ὅτι ἡ ἐπιδημία ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τῆς σαρκὸς ταύτης μικρά ἐστιν καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ἐπαγγελία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη καὶ θαυμαστή ἐστιν, καὶ ἀνάπαυσις τῆς μελλούσης βασιλείας καὶ ζωῆς αἰωνίου. Τί οὖν ἔστιν ποιήσαντας ἐπιτυχεῖν αὐτῶν, εἰ μὴ τὸ ὁσίως καὶ δικαίως ἀναστρέφεσθαι, καὶ τὰ κοσμικὰ ταῦτα ὡς ἀλλότρια ἡγεῖσθαι, καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν αὐτῶν; ἐν γὰρ τῷ ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς κτήσασθαι ταῦτα, ἀποπίπτομ[εν] τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας.

Saeculum praesens et futurum duo inimici.

ϛʹ. Λέγει δὲ ὁ Κύριος· “ Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται “ δυσὶ κυρίοις δουλεύε[ιν]. Ἐὰν ἡμεῖς θέλωμεν καὶ “ Θεῷ δ[ουλ]εύειν καὶ Μαμωνᾷ, ἀσύμφο[ρ]ον ἡμῖν

λείας, ὀφείλουσι θλιβέντες καὶ πολλὰ παθόντες λαβεῖν με. Cf. Act. xiv. 22. Justinus M. item, in Dial. c. Tryphone, §. 47. p. 143. ed. Ben. et Clemens Alex. *Quis dives salvetur?* §. 39. p. 957. ed. Potter. Διὸ καὶ ὁ ἡμέτερος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἶπεν· ἐν οἷς ἂν ὑμᾶς καταλάβω, ἐν τούτοις καὶ κρινῶ· quae verba Grabius ex Evangelio secundum Hebraeos citata fuisse suspicatur. Clemens Alex. dictum iis quae Matt. vi. 33. leguntur geminum allegat, Αἰτεῖτε γάρ, φησι, τὰ μεγάλα, καὶ τὰ μικρὰ ὑμῖν προστεθήσεται. Strom. i. 24. Aliud apophthegma quod tanquam a B. Servatore nostro prolatum plures e Patribus recitant, habes ib. §. 28. Γίνεσθε δὲ δόκιμοι τραπεζῖται, e parabola de Dispensatore improbo forsitan desumptum. Ad utrumque locum consulendus omnino est Potterus, pp. 416, 425. Origenes, Comment. in S. Matt. tom. xiii. §. 2. Opp. iii. p. 573. ed. Ben. Καὶ Ἰησοῦς γοῦν φησί· Διὰ τοὺς ἀσθενοῦντας ἠσθένουν, καὶ διὰ τοὺς πεινῶντας ἐπείνων, καὶ διὰ τοὺς διψῶντας ἐδίψων. Plura dabunt Fabricius in Cod. Apocr. Novi Testamenti tom. i.

serint? Dixit Jesus Petro; Ne timeant agni post Matt. x. 28.
mortem suam lupos: et vos nolite timere eos qui Luc. xii. 4, 5.
occidunt vos, et deinde nihil vobis possunt facere; sed timete eum, qui postquam mortui fueritis, habet potestatem animae et corporis, ut mittat in gehennam ignis. Et scitote, fratres, quod peregrinatio carnis hujus in hoc mundo, brevis est ac parvi temporis; promissio autem Christi, magna et admirabilis est, atque requies futuri regni ac vitae aeternae. Quid igitur faciendo, ea consequi poterimus, nisi sancte justeque vivendo ac operando, et mundana haec tamquam aliena putando, nec illa concupiscendo? dum enim ipsa possidere concupiscimus, excidimus a via justa.

VI. Dicit autem Dominus, *Nullus servus potest* Matt. vi. 24.
duobus dominis servire. Si nos volumus et *Deo* Luc. xvi. 13.
servire et Mammonae, incommodum nobis est. *Nam* Matt. xvi. 26.

p. 330. et Grabius in Spicil. Patrum, i. p. 12.

1. *οἱ λύκοι τὰ ἀρνία . . .*] Addendum existimo *τί λέγεις;* aut tale quid. BOIS.

4. *τοὺς ἀποκτείνοντας*] MS. praestat ΑΠΟΚΤΕΝΝΟΝΤΑΣ.

5. *μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν*] Junius *πλέον* inter *μηδὲν* et *ὑμῖν*, Boisius inter *δυναμένους* et *ποιεῖν*, vel *πλέον*, vel *μετὰ τοῦτο* inserendum putat.

7. *τοῦ βαλεῖν εἰς γεένναν*] Lego *αὐτὰ εἰς γεένναν πυρός.* BOIS.

12. *αἰωνίου.*] Omnino legendum *αἰώνιος*: hanc enim opponit *ἐπιδημίᾳ τῇ ἐν κόσμῳ τούτῳ*, quam *μικρὰν* et *ὀλιγοχρόνιον* dixit. DAVIS. *αἰώνιος* ad oram libri exhibet Freyius.

ib. *Τί οὖν ἔστιν*] Hinc Colom. Ittig. et Freyii libri novum caput inchoant.

13. *εἰ μὴ τὸ ὁσίως*] Davisius mallet *εἰ μὴ τῷ ὁσίως.* Junius, eodem errore quo venatus erat supra, Epist. I. §. 6. dederat *εἰ μὴ τὸ θείως*, eumque secuti sunt Cotelerius et Coustantius. Cf. notata p. 28. l. 3. Caeteri lectionem MSti praestant.

14. *ἀλλότρια*] Sic D. Lucas, xvi. 12. *εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει;*

19. *Μαμωνᾷ*] Ita Cod. MStus; ita Hesychius, Suidas, D. Lucas, et Codd. plerique apud D. Matthaeum. Ita denique pronuntiarunt Poeni; ita Syrus, cujus linguae vox ista. MILL. Cum *μ* simplici scri-

"ἐστίν. Τί γὰρ τὸ ὄφελος, ἐάν τις τὸν ὅλον κόσμον "κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν ζημιωθῇ;" Ἔστιν δὲ οὗτος ὁ αἰὼν καὶ ὁ μέλλων δύο ἐχθροί. Οὗτος λέγει μοιχείαν, καὶ φθορὰν, καὶ φιλαργυρίαν, καὶ ἀπάτην· ἐκεῖνος δὲ τούτοις ἀποτάσσεται. Οὐ δυνάμεθα οὖν τῶν δύο φίλοι εἶναι· δεῖ δὲ ἡμᾶς τούτῳ ἀποταξαμένους ἐκείνῳ χρᾶσθαι. Οἰώμεθα ὅτι βέλτιόν ἐστιν τὰ ἐνθάδε μισῆσαι, ὅτι μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια, καὶ φθαρτά· ἐκεῖνα δὲ ἀγαπῆσαι, τὰ ἀγαθὰ καὶ ἄφθαρτα.

Spreto illo hoc diligamus.

Ποιοῦντες γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ, εὑρήσομεν ἀνάπαυσιν· εἰ δὲ μήγε, οὐδὲν ἡμᾶς ῥύσεται ἐκ τῆς αἰωνίου κολάσεως, ἐὰν παρακούσωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. Λέγει δὲ καὶ ἡ γραφὴ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ, ὅτι ἐὰν ἀναστῇ "Νωὲ καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ, οὐ ῥύσονται τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ." Εἰ δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι δίκαιοι οὐ δύνανται ταῖς αὐτῶν δικαιοσύναις

Christi mandata spernentibus nulla salutis spes.

bunt Wotton. Galland. et Schoenemannus.

ib. ἀσύμφορον] Ita ex ingenio Boisius correxerat ἀσύμφωνον mendosi istius, quo utebatur, apographi.

1. Τί γὰρ τὸ ὄφελος] Citantur haec ex Evangelio S. Matthaei, sed non αὐτολεξεί. Legimus enim apud ipsum; Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν ὅλον κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; WOTT.

2. ζημιωθῇ] Hanc Evangelistae scripturam MStum praestare viderat Millius, et sic ex ingenio correxit Davisius. Edd. vero, si Galland. Schoenem. et Hefelium excipias, Junium secuti, exhibent ζημιώσῃ. Mox pro Ἔστιν δὲ οὗτος, Junius, Colomesius, et Schoenemannus malunt Εἰσὶν δὲ κ.τ.λ.

4. καὶ φθορὰν] *corruptelam, stuprum*, quo sensu legitur haec vox apud Plutarchum, De Capiend. ex Hostibus Utilitate. Ποστουμίαν δὲ τὸ γελᾶν προχειρότερον, καὶ λαλίᾳ χρῆσθαι θρασυτέρῳ πρὸς ἄνδρας, διέβαλεν, ὥστε κριθῆναι φθορᾶς. Opp. vi. p. 334. ed. Reiske.

7. χρᾶσθαι.] Sic cum MSto Wotton. Galland. Schoeneman. Caeteri χρῆσθαι.

ib. Οἰώμεθα] Ita Russelius et Gallandius in contextu, et ad oram libri Cotel. Colom. Frey. Schoenem. qui cum Junio et Wottono legunt Οἰόμεθα, quod sane exhibet Cod. MStus, O et Ω, ut mihi quidem videtur, permutatis. In versione Edd. omnes praestant *putemus*.

quae utilitas, si quis universum mundum lucretur, animam autem detrimento afficiat? Porro hoc saeculum et futurum sunt duo inimici. Illud, adulterium, corruptelam, avaritiam, et fraudem praedicat: hoc vero istis renunciat. Non ergo possumus amborum amici esse: oportet autem ut illi valedicentes, hoc utamur. Putemus melius esse, quae hic sunt odisse, quia parva et exigui temporis et corruptioni obnoxia sunt; quae vero ibi sunt, diligere, utpote bona et incorrupta. Facientes enim Christi voluntatem, requiem inveniemus: sin minus, nihil nos ab aeterno supplicio eripiet, si mandata illius contemnamus. Dicit autem et Scriptura in Ezechiele; *Si* Ezech. xiv.
Noe, et Job, et Daniel resurgant, non eruent liberos 14–20.
suos in captivitate. Quod si adeo justi viri non possunt justitiis suis eruere liberos suos; nos, nisi

9. τὰ ἀγαθὰ καὶ ἄφθαρτα.] Cum haec ex adverso ponat iis, quae supra vocarat μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ φθαρτά, reponendum credo τὰ μεγάλα καὶ ἄφθαρτα. DAVIS.

13. Λέγει δὲ καὶ ἡ γραφὴ] In Colomesii, Ittigii, et Freyii libris incipit hic caput septimum.

ib. ὅτι ἐὰν ἀναστῇ] S. Chrysostomus, Hom. xliii. in Genesim; [Opp. iv. p. 436. ed. Ben.] Ἐὰν στῇ γάρ, φησί, Νωὲ καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιήλ, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας αὐτῶν οὐ μὴ ἐξέλωνται. Expositione in Psal. xlviii. [Opp. v. p. 210. ed. Ben.] Ἐὰν στῇ Νωὲ καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιήλ, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας οὐ μὴ ῥύσονται. Clementis ἀναστῇ idem significat atque Chrysostomi στῇ, hoc est, *steterint, statuantur, exsurgant.* Nam ut non intelligatur de resurrectione a mortuis, facit praeter contextum Scripturae, quod tunc temporis viveret Daniel. COTEL. Clemens noster in his citandis compendiosius ea dixit, quam apud Ezechielem leguntur; apud eum enim 8 commata occupant. Sed ita citare a more Patrum antiquissimorum non abhorret. WOTT. Ἀνέστη legitur in libris impr. ante Wottonum, qui lectionem MSti revocavit.

15. ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ.] Vendelinus, *de captivitate.* Observat Cotelerius, et *in captivitate,* quod Graecus textus postulat, dicere Ezechieli licuisse, utpote qui in captivitate scribebat, qua cum filiis Israel detinebatur. Recte igitur subaudiatur *qui sunt* ante τὸ *in captivitate.* COUSTANT.

ῥύσασθαι τὰ τέκνα αὐτῶν, ἡμεῖς ἐὰν μὴ τηρήσωμεν τὸ βάπτισμα ἁγνὸν καὶ ἀμίαντον, ποίᾳ πεποιθήσει εἰσελευσόμεθα εἰς τὸ βασίλειον τοῦ Θεοῦ; ἢ τίς ἡμῶν παράκλητος ἔσται, ἐὰν μὴ εὑρεθῶμεν ἔργα ἔχοντες ὅσια καὶ δίκαια;

Sic certandum, ut coronemur, aut coronae proximi simus.

Ζʹ. Ὥστε οὖν, ἀδελφοί μου, ἀγωνισώμεθα, εἰδότες ὅτι ἐν χερσὶν ὁ αἰών· καὶ ὅτι εἰς τοὺς φθαρτοὺς ἀγῶνας καταπλέουσιν πολλοὶ, ἀλλ' οὐ πάντες στεφανοῦνται, εἰ μὴ οἱ πολλὰ κοπιάσαντες, καὶ καλῶς ἀγωνισάμενοι. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα, ἵνα πάντες στεφανωθῶμεν. Ὥστε θῶμεν τὴν ὁδὸν τὴν εὐθείαν, ἀγῶνα τὸν ἄφθαρτον, καὶ πολλοὶ εἰς αὐτὸν καταπλεύσωμεν, καὶ ἀγωνισώμεθα, ἵνα [κ]αὶ στεφανωθῶμεν· καὶ εἰ [μ]ὴ δυνάμεθα ἅπαντες στε-

3. τὸ βασίλειον] Displicet Birrio *in regiam Dei.* Καινολογία est enim, inquit, pro εἰς τὴν βασιλείαν. Sed Graecae litterae inhaerendum puto, eo quod S. Pater digitum fortasse intenderit in parabolam de rege qui fecit nuptias filio suo, Matth. xxii. 11, 12. deque eo qui *in regiam* ingressus, absque veste nuptiali discubuit. GALLAND.

7. ὅτι ἐν χερσὶν ὁ αἰών] Vitio laborare hunc locum suspicantur Fell. Cotel. Colom. Coust. et malunt ἀγών, quod in textu exhibet Schoenemannus. Facilis sane mutatio; istamque conjecturam nequaquam improbant Wotton. et Gallandius; nihil tamen mutant. Sensu plane alio Ps. cxix. 109. secundum Cod. Alexandrinum. Ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσίν μου διαπάντος. Emendationem si admiseris, comparandus est Cyprianus, Epist. 13. ed. Fell. 'Adhuc in saeculo sumus, adhuc in acie constituti, de vita nostra quotidie dimicamus.'

8. καταπλέουσιν] Forte legendum est καταπαλαίουσιν, ut et paulo infra καταπαλαίσωμεν; est enim vox Agonistica, et his locis optime convenit; sed nihil muto. WOTT. Hanc emendationem reprobant Freyius et Birrius, quibus, praeeunte Boisio, non modo commoda, sed et elegans videtur significatio navigationis ad situm Corinthi, ubi ludi Isthmici ingenti concursu celebrabantur, et propter portuum Corinthiacorum commoditatem navibus adibantur. Ad istos autem Isthmicos Agonas hic respicere S. Pater videtur. GALLAND.

ib. ἀλλ' οὐ πάντες στεφανοῦνται] Idem ab Apostolo dictum

baptisma purum et immaculatum servaverimus, qua confidentia intrabimus in regiam Dei? aut quis advocatus noster erit, si non inveniamur opera pia et justa habere?

VII. Quocirca, fratres mei, certemus ac contendamus, scientes quod prae manibus est saeculum; et quod ad corruptibilia certamina multi appellunt, sed non omnes coronantur, nisi qui plurimum laboraverint, et praeclare certarint. Nos igitur certemus, ut omnes coronam reportemus. Ergo curramus viam rectam, certamen incorruptibile; et multi ad ipsum navigemus, atque certemus, ut et coronemur: et si non possumus omnes coronari, saltem prope coronam

I Cor. ix. 24. Scil. unus βραβεῖον solenne, sive coronam obtinuit; aliis praemia quaedam tamquam solatia victorum cessere. Quod quidem factum hac sub conditione, ut ad metam et palmam proximi fuerint; alios enim dedecus et jactura solum manebant. FELL.

9. εἰ μὴ οἱ πολλὰ] Codex MStus ΟΙΜΗΟΙ; ubi librario fraudi fuisse videtur articulus proxime sequens.

11. θῶμεν] Junius mallet τρέχωμεν. Colom. Cotel. θέωμεν. [Sic item Fell. Ittig. Coustant. Frey.] Ego retineo θῶμεν, et ita legendum puto: Ὥστε θῶμεν τὴν ὁδὸν τὴν εὐθείαν εἰς ἀγῶνα κ. τ. λ. WOTT. [Sic Boisius.] Davisius conj. βῶμεν. Ego quidem, inquit Birrius, θῶμεν relinquo B. Clementi, verum a τίθημι natum: *ponamus vel proponamus viam rectam pro curriculo nobis;* i. e. viam virtutis, quod incorruptum certamen interpretatur. Hinc et ἀγωνοθέται et ἀγωνοθεσία. Vide sis Polluc. cap. ult. lib. iii. Hoc enim significatu solenne istud agonale verbum est. GALLAND. Huic Birrii explicandi rationi favet absentia praepositionis ante ἀγῶνα. Junius, Boisius, Wottonus mallent εἰς ἀγῶνα: Freyius vel εἰς vel πρὸς interserit.

12. εἰς αὐτὸν] Ita e MSto restituit Wottonus pro ἑαυτόν quod dederat Junius.

13. ἀγωνισώμεθα κ. τ. λ.] Hunc locum citat Dorotheus, [vigebat circiter A. D. 560.] sed non αὐτολεξεί, Doctrina xxiii. Κἂν γὰρ οὐκ ἐφθάσαμεν τὴν κατάστασιν τῶν ἁγίων, κἂν οὐκ ἔσμεν ἄξιοι τοῦ εἶναι ἐν τῇ δόξῃ αὐτῶν, ἀλλὰ δυνάμεθα μὴ ἐκπεσεῖν τοῦ παραδείσου, ἐὰν νήφωμεν, καὶ βιάζωμεν ἑαυτοὺς μικρόν· ὥς λέγει καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης, κἂν μὴ στεφανωταί τις, ἀλλὰ σπουδάσῃ μὴ μακρὰν εὑρεθῆναι τῶν στεφανουμένων. WOTT.

14. εἰ [μ]ὴ δυνάμεθα, κ. τ. λ.] Lux petenda ex Legibus Ath-

φα[ν]ωθῆναι, κἂν ἐγγὺς τοῦ στεφάνου γενώμεθα. Εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ ὅτι ὁ τὸν φθαρτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος, ἐὰν εὑρεθῇ φθείρων, μαστιγωθεὶς αἴρεται, καὶ ἔξω βάλλεται τοῦ σταδίου. Τί δοκεῖτε; ὁ τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀγῶνα φθείρας, τί παθεῖται; τῶν γὰρ μὴ τηρησάντων, φησὶν, τὴν σφραγῖδα, "ὁ σκώληξ αὐ-" τῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθή-" σεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί."

Poenitentiae locus

Η'. Ὡς οὖν ἐσμὲν ἐπὶ γῆς, μετανοήσωμεν.

leticis, quippe per quas uni corona cedit, consequuntur alii praemia, alii postea laudem: caeteros nec corona, nec praemium, nec laus manet. Verba Tertulliani sunt, lib. i. ad Uxorem, cap. 3. [p. 163. ed. Rigalt.] 'Ad primum locum certamen 'omne contendit, secundus ha'bet solatium, victoriam non 'habet.' Ephremi, citante Petro Fabro, Agonistici lib. iii. cap. 10. 'Festinemus autem magis, 'ut cum perfectis ac fidelibus 'coronemur: sin vero, vel cum 'multis placentium laudem 'praeconii mereamur. Beatus 'qui in Agone certaverit, ut 'cum perfectis victoriae coro'nam accipiat. Miserabilis 'vero qui hoc tempus vitae 'suae negligenter consumpse'rit, ut indignus sit etiam cum 'minimis collaudari.' Chrysostomi ad I Cor. ix. 24. [Hom. 23. Opp. x. p. 200. ed. Ben.] *Nescitis quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium?* Τοῦτο δὲ λέγει, οὐχ ὡς καὶ ἐνταῦθα ἑνὸς ἐκ πάντων μέλλοντος σώζεσθαι· ἄπαγε· ἀλλ' ὡς πολλὴν ὀφειλόντων ἡμῶν εἰσενεγκεῖν τὴν σπουδήν. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ κατιόντων πολλῶν εἰς τὸ στάδιον, οὐ στεφανοῦνται πολλοὶ, ἀλλ' εἰς ἕνα τοῦτο περιΐσταται, καὶ οὐκ ἀρκεῖ τὸ καθεῖναι εἰς τὸν ἀγῶνα, οὔτε τὸ ἀλείψασθαι καὶ παλαῖσαι· οὕτως καὶ ἐνταῦθα οὐκ ἀρκεῖ τὸ πιστεῦσαι, καὶ ὡς ἔτυχεν ἀγωνίσασθαι, ἀλλὰ ἂν μὴ οὕτως δράμωμεν, ὡς μέχρι τέλους ἀλήπτους ἑαυτοὺς παρασχεῖν καὶ ἐγγὺς γενέσθαι τοῦ βραβείου, οὐδὲν ἡμῖν ἔσται πλέον. COTEL.

2. Εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ] Haec verba apud Colomesium, Ittig. et Frey. incipiunt caput octavum.

3. ἐὰν εὑρεθῇ φθείρων] Agones diis sacri; proinde impietatis genus erat contra solenniorum leges delinquere. Vid. Fab. Agonist. l. iii. c. 17. FELL.

ib. μαστιγωθεὶς αἴρεται] Iterum mos Agonisticus flagellandi ac ejiciendi Athletas, qui contra certaminum scita peccarent, a multis Antiquis, Recentioribus, saepenumero memoratus; insigniter vero inter Paganos a Luciano in Piscatore, post medium; [§. 34.] Arriano in Epicteto, lib. iii. c. 22; Dione Chrysostomo, Oratione 34; inter Christianos ab Origene, Ho-

simus. Scire nos oportet, quod qui certamen corruptibile certat, si corrumpere ac peccare inveniatur, flagellatus aufertur, et extra stadium projicitur. Quid vobis videtur? Qui incorruptionis certamen corruperit, quid patietur? De iis enim qui sigillum non servaverint, ait; *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur; et erunt in visionem omni carni.* Esai. lxvi. 24.

VIII. Quamdiu ergo in terris degimus, poeni-

mil. 3. in Jeremiam, Epiphanio, Haeresi 61. cap. penult. [Opp. i. p. 511. ed. Petav.] et Sidonio, lib. ii. Epist. 2. Cyprii Episcopi locus cum Romani Pontificis valde congruit: *παραφθείρας γὰρ ἀγῶνα ὁ ἀθλητὴς, μαστιχθεὶς ἐκβάλλεται τοῦ ἀγῶνος.* COTEL. Addas inter alia Thucyd. v. 50.

6. *τὴν σφραγῖδα*] Baptismum intellige. Locum hunc pariter explicant Tertullianus adv. Marc. l. 4., Cyprianus ad Demet., et Hieronymus in Comment. Vid. Apoc. vii. 3. FELL. Cf. §. 7. supra, *ἐὰν μὴ τηρήσωμεν τὸ βάπτισμα κ. τ. λ.* Nihil vulgatius apud veteres quam ita appellari Baptismum: vide exempla quamplurima in Thesauro Suiceri, voce *σφραγίς*. Ideo autem Baptismum ita nominabant, quia Dominus illo quasi nota impressa, sibi baptizatos vindicat, *εἰς συντήρησιν καὶ τῆς δεσποτείας σημείωσιν*, ut loquitur Gregorius Nazianzenus, Orat. xl. FREY. Cf. Barnabae Epist. §. 9. *περιτέμνεται ὁ λαὸς εἰς σφραγῖδα.* Hermas, Past. III. ix. 16. 'Illud autem '*sigillum* aqua est, in quam 'descendunt homines morti 'obligati, ascendunt vero vitae 'assignati.' ib. 31. Locis a Suicero indicatis addas Clem. Alex. *Quis Dives salvetur?* §. 39. p. 957. ed. Potter. *μετὰ τὴν σφραγῖδα καὶ τὴν λύτρωσιν*, ubi baptismum significat; Strom. ii. §. 3. p. 434. ubi *μακάρια σφραγίς* ponitur pro impositione manuum quae baptismum sequebatur. In Boisii notula pro *δικάζων* lege *δεκάζων*. Ruchatus comparat Theclae Martyrium: *Μακάριοι οἱ τὸ Βάπτισμα καθαρὸν τηρήσαντες, ὅτι αὐτοὶ ἀναπαύσονται πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Ἅγιον Πνεῦμα.* ap. Grabii Spicil. Patt. i. p. 96.

ib. *ὁ σκώληξ αὐτῶν*] Citantur haec ex LXX Intt. apud quos haec legimus; nisi quod pro *τελευτήσει* habeamus *τελευτᾷ*. Posterius membrum paulo aliter in Hebraeo textu legitur: *Et erunt nausea omni carni.* Exposuerunt autem LXX Interpretes vocem דראון, ac si derivatum fuisset a ראה *vidit*: *καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί.* Ita et Interpres Vulgat. *Et erunt usque ad satietatem visionis omni carni.* Versio Syriaca: *Et sint admirationi omni carni.* WOTT.

non est nisi in hac vita.

Πηλὸς γάρ ἐσμεν εἰς τὴν χεῖρα τοῦ τεχνίτου· ὃν τρόπον γὰρ ὁ κεραμεὺς, ἐὰν ποιῇ σκεῦος, καὶ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ διαστραφῇ, ἢ συντριβῇ, πάλιν αὐτὸ ἀναπλάσσει· ἐὰν δὲ προφθάσῃ εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς αὐτὸ βαλεῖν, οὐκέτι βοηθήσει αὐτῷ· οὕτως καὶ ἡμεῖς, ἕως ἐσμὲν ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, ἐν τῇ σαρκὶ ἃ ἐπράξαμεν πονηρὰ, μετανοήσωμεν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἵνα σωθῶμεν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ἕως ἔχομεν καιρὸν μετανοίας. Μετὰ γὰρ τὸ ἐξελθεῖν ἡμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, οὐκέτι δυνάμεθα ἐκεῖ ἐξομολογήσασθαι ἢ μετανοεῖν ἔτι. Ὥστε, ἀδελφοὶ, ποιήσαντες τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν σάρκα ἁγνὴν τηρήσαντες, καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου φυλάξαντες, ληψόμεθα ζωὴν αἰώνιον. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· "Εἰ τὸ μικρὸν οὐκ ἐτηρήσατε, τὸ μέγα τίς "ὑμῖν δώσει; λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ὁ πιστὸς ἐν

1. Πηλὸς γάρ ἐσμεν] Ita Cyprianus, Lib. de Mortalitate. 'Qualem te invenit Deus, cum 'de hoc mundo te evocat et 'accersit, talem pariter et ju-'dicat.' [p. 163. T. ed. Fell. ubi legimus, 'qualem te invenit 'Dominus cum vocat, talem,' &c.] Et ad Demet. 'Quando 'illinc excessum fuerit, nullus 'jam locus poenitentiae est, 'nullus satisfactionis effectus. 'Hic vita aut amittitur, aut tenetur. Hic saluti aeternae 'cultu Dei et fructu fidei pro-'videtur.' [p. 196. T. ed. Fell.] Succedentes Patres multi sunt in hac re, donec lucrosum Purgatorii dogma, vicaria superstitum merita terrarum orbi sibi vitiisque faventi commendaret, et venale coelum hastae submitteret. FELL. Junius mavult ἐν τῇ χειρί.

5. αὐτὸ βαλεῖν] Colom. βάλλειν, ex incuria, ut videtur, typothetarum.

6. ἐν τῇ σαρκὶ ἃ ἐπράξαμεν] Legendum, δι' ἃ ἐπράξαμεν, immissa praepositione, quae, ob syllabae praecedentis similitudinem, videtur excidisse. DAVIS. Post πονηρά addo μισήσομεν καὶ, vel ἐν τῇ σαρκὶ μισήσομεν καί. BOIS.

10. οὐκέτι δυνάμεθα] Hinc praevertitur Origenis error, quo, ut loquitur Justinianus, tom. v. Concil. Lab. p. 666. A. 'Omnium impiorum hominum, et 'praeterea daemonum poenam 'finem habituram esse, resti-

tentia ducamur. Lutum quippe sumus in manu artificis; quemadmodum enim figulus, si vas fecerit, illudque in manibus ejus distortum fuerit aut contritum, rursus ipsum refingit; sin vero anteoccupans, in fornacem ignis miserit illud, non amplius poterit suppetias ipsi ferre; ita et nos, quamdiu sumus in hoc mundo, de malis quae in carne gessimus, ex toto corde resipiscamus, ut a Domino salvemur, dum habemus tempus poenitentiae. Postquam enim e mundo exivimus, non amplius possumus ibi confiteri, aut poenitentiam adhuc agere. Quare, fratres, voluntatem Patris facientes, et carnem servantes castam, et mandata Domini custodientes, consequemur vitam aeternam. Ait quippe Dominus in Evangelio, *Si parvum non servastis, quis magnum vobis dabit? Dicō enim vobis; Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est.* Hoc ergo

Rom. ix. 21. Jer. xviii. 4–6.

Luc. xvi. 10. Matt. xxv. 21.

'tutumque iri tum impios homines tum daemones in pristinum ordinem suum,' censuit. Haec enim sine praevia poenitentia admitti nequeunt. Rursumque dum numero sequenti docemur, nullum post hanc vitam superesse tempus in quo sanari valeamus, illa in pristinum ordinem revertendi spes impiis prorsus aufertur. Neque minus Origenis de resurrectione placito adversantur quae de eadem mox subjiciuntur. COUST. Nonne adversantur haec eadem Scholasticorum doctrinae de Purgatorio? Nonne praevertuntur etiam figmenta illa de Missarum sacrificiis, quibus vulgo dicebatur Sacerdotem offerre Christum in remissionem poenae aut culpae pro vivis et defunctis? Sed venia sit Benedictino doctissimo quod talia notare praetermiserit.

14. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος] Wottonus exhibet ex MSto articulum ὁ ante Κύριος, quem Editi, [ne Russelii quidem et Schoenemanni libris exceptis] omittunt. Locum a S. Patre velut ex Evangelio hic descriptum, recitat quoque S. Irenaeus, II. lxiv. [34. p. 169. ed. Massuet.] 'Et ideo Dominus dicebat ingratis in eum existentibus: *Si in modico fideles non fuistis, quod magnum est quis dabit vobis?*' Ubi Grabius conjecit haec ex Evangelio secundum Aegyptios fuisse deprompta. GALLAND.

“ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστιν.”. Ἄρα οὖν τοῦτο λέγει, Τηρήσατε τὴν σάρκα ἁγνὴν καὶ τὴν σφραγῖδα ἄσπιλον, ἵνα τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀπολάβωμεν.

Resurrectio carnis.

Θ′. Καὶ μὴ λεγέτω τις ὑμῶν, ὅτι αὕτη ἡ σὰρξ οὐ κρίνεται, οὐδὲ ἀνίσταται. Γνῶτε ἐν τίνι ἐσώθητε, ἐν τίνι ἀνεβλέψατε, εἰ μὴ ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ ὄντες. Δεῖ οὖν ἡμᾶς ὡς ναὸν Θεοῦ φυλάσσειν τὴν σάρκα. Ὃν τρόπον γὰρ ἐν τῇ σαρκὶ ἐκλήθητε, καὶ ἐν τῇ σαρκὶ ἐλεύσεσθε. Εἷς Χριστὸς ὁ Κύριος, ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σὰρξ, καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐκάλεσεν· οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν ταύτῃ τῇ σαρκὶ ἀποληψόμεθα τὸν μισθόν. Ἀγαπῶμεν οὖν ἀλλήλους, ὅπως ἔλθωμεν πάντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ὡς ἔχομεν καιρὸν τοῦ ἰαθῆναι, ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τῷ θεραπεύοντι Θεῷ, ἀντιμισθίαν αὐτῷ διδόντες. Ποίαν; τὸ μετανοῆσαι ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας. Προγνώστης γάρ ἐστιν τῶν πάντων, καὶ εἰδὼς ἡμῶν τὰ ἐν καρδίᾳ. Δῶμεν οὖν αὐτῷ † αἰώ-

Caro casta servanda, quia in carne judicabimur.

Ergo praeparemus nos in tempore.

1. Ἄρα οὖν τοῦτο λέγει] Haec non, ut Wottono visum, e libro apocrypho citata sunt, sed a Clemente ipso scripta ad interpretationem loci antecedentis S. Scripturae. HEFELIUS.

2. Τηρήσατε...ἄσπιλον] D. Jacobus, i. 27. ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου.

ib. τὴν σάρκα] Cod. MStus ΣΑΡΚΑΝ. Hic quoque, uti supra, p. 236. l. 6. conferre licet falsarium illum qui B. Pauli praedicationem detorquere non dubitavit: Act. Theclae, §. 4. Μακάριοι οἱ ἁγνὴν τὴν σάρκα τηρήσαντες, ὅτι αὐτοὶ ναοὶ Θεοῦ γενήσονται. et §. 11. Ἄλλως ἀνάστασις οὐκ ἔστιν, ἐὰν μὴ ἁγνοὶ μενεῖτε, μήδε τὴν σάρκα ὑμῶν μολύνετε.

3. ἀπολάβωμεν.] Legendum videtur ἀπολάβητε, uti summo consensu monent Editores.

8. φυλάσσειν τὴν σάρκα.] Ita Ignatius in Epist. ad Philad. §. 7. τὴν σάρκα ὑμῶν ὡς ναὸν Θεοῦ τηρεῖτε.

10. Εἷς Χριστός] Sic Wotton. Frey. Russel. Galland. et Schoenem. cum Cod. MSto, in quo litera E majori exaratur charactere et in marginem excurrente. Junius tamen, quem

dicit; Servate carnem castam, et sigillum immaculatum, ut recipiatis vitam aeternam.

IX. Et nemo vestrum dicat, quod haec caro non judicatur, neque resurgit. Agnoscite in quo servati estis, in quo visum recepistis, nisi dum in hac carne vivitis. Nos ergo decet, carnem sicut templum Dei custodire. Quemadmodum enim in carne vocati estis, ita in carne venietis. Unus Christus Dominus, qui nos servavit, cum primum esset spiritus, *caro factus est*, atque sic vocavit nos: ita etiam nos in hac carne mercedem recipiemus. Diligamus igitur nos invicem, ut veniamus omnes in regnum Dei. Donec tempus habemus in quo sanemur, dedamus nos medico Deo, remunerationem ipsi tribuentes. Quam? poenitentiam ex sincero corde. Namque praescius

1 Cor. xv. 12.
1 Cor. iii. 16. vi. 19.
Joan. i. 14.

sequuntur caeteri, tanquam ΟΙΣ legisset, exhibet 'Ο Ἰησοῦς. Veram lectionem viderat Millius, putabat autem Ὡς esse legendum, uti etiam Davisius, Frey-ius, et Schoenemannus, quia scilicet ἐν ἀποδόσει sequitur οὕτως καὶ ἡμεῖς.

11. ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα] His verbis S. Pater Divinitatem Christi manifeste adstruit, ut recte advertit Ruchatus. Sic et I Pet. i. 11. de antiquis Prophetis dicitur, Ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς Πνεῦμα Χριστοῦ. Eodemque plane sensu Theophilus Antioch. ad Autolyc. ii. 14. Οὗτος οὖν ὢν Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἀρχὴ καὶ σοφία καὶ δύναμις Ὑψίστου, κατήρχετο εἰς τοὺς προφήτας. GALLAND. Conferendus omnino est Augustinus, Epist. 140. n. 11. a Coustantio indicatus. 'Verbum caro factum est et habitavit in nobis: 'reddite vicem et efficimini 'spiritus et habitate in illo.' Opp. ii. p. 323. ed. Antv. 1700.

13. Ἀγαπῶμεν οὖν] Hic incipit caput undecimum in Ed. Colomesiana.

15. Ὡς ἔχομεν] Libb. impr. (praeter Russ. et Gall.) habent Ἕως: quum autem ὡς sit lectio Cod. MSti, et saepius idem significat quod ἕως, a fide MSti non discedo. WOTT. Sic Gal. vi. 10. quo forte respexit S. Pater. GALLAND.

19. ἐν καρδίᾳ.] Junius mavult ἐγκάρδια, at in hoc MSto fere ubique in ejusmodi vocibus litera ν ante κ non mutatur in γ. Eodem vero redit sive ἐνκάρδια sive ἐν καρδίᾳ legamus. WOTT.

ib. Δῶμεν οὖν αὐτῷ †αἰώνιον†] Birrius scripsisse Clementem αἶνον αἰώνιον indubitanter affir-

νιον †, μὴ ἀπὸ στόματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ καρδίας, ἵνα ἡμᾶς προσδέξηται ὡς υἱούς. Καὶ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος· “Ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν, οἱ ποιοῦντες τὸ “θέλημα τοῦ Πατρός μου.”

Vitio relicto virtutem persequamur.

Ι΄. Ὥστε, ἀδελφοί μου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν, καὶ διώξωμεν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν, τὴν δὲ κακίαν καταλείψωμεν, ὡς προοδοίπορον τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· καὶ φύγωμεν τὴν ἀσέβειαν, μὴ ἡμᾶς καταλάβῃ κακά. Ἐὰν γὰρ σπουδάσωμεν ἀγαθοποιεῖν, διώξεται ἡμᾶς εἰρήνη. Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν

Bonis promissis praesens volup-

ἄνθρωπον. Οἵτινες παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους, προῃρημένοι μᾶλλον τὴν ἐνθάδε ἀπόλαυσιν,

mat; errorem inde manasse contendens, quod alterum vocabulum inter dictandum vel describendum, ob similitudinem fuerit omissum. GALLAND. Legendum Δῶμεν οὖν αὐτῷ αἶνον putant Fell. Colom. Ittig. Cotel. Wott. Coust. Frey. Schoenemann. Hefelius. Αἶνον vel δόξαν αἰώνιον conjecerat Junius.

2. ὡς υἱούς.] Edd. ante Wottonum ὡς Θεοῦ υἱοὺς, at Cod. MStus vocem Θεοῦ non agnoscit.

3. Ἀδελφοί μου] Citantur haec ex Evangelio S. Matthaei xii. 50. ubi legimus: Ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφὸς καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ ἐστί. WOTT.

8. ἁμαρτιῶν] Junius, Colomesius, et Cotelerius malunt τιμωριῶν, [sic quoque Fell. Ittig. Coust. Frey.] Boisius τῆς ἀπωλείας. Ego retineo ἁμαρτιῶν, vox enim κακία denotare potest internum mentis affectum, τὴν ἐπιθυμίαν; ἁμαρτία scelus foris peractum. WOTT. Recte; quidni enim respexerit Clemens ad illud Jacobi i. 15. ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν? GALLAND.

9. καταλάβῃ κακά.] Ita Cod. MStus, uti jam viderant Millius et Wottonus, absque articulo τὰ, quod, Junium secuti, Edd. plerique interserunt ante κακά. E quo vocabulo litera prima minime periit, ut Wottono visum est, qui exhibet καταλάβῃ ακά.

10. ἀγαθοποιεῖν] Hoc verbum frequentat D. Petrus in Epistola priore. Nomen ἀγαθοποιία adhibet Clemens, I. 2, 33, 34.

12. ἄνθρωπον] Forte legendum est ἂν Θεόν. Quum enim in hoc MSto hoc modo scribatur ANON; deleta transversa linea τοῦ Θ, ANΘN, i. e. ἂν Θεὸν, exhibet ANON sive ἄνθρωπον.

omnium est, et quae in corde nostro versantur novit. Demus itaque illi laudem, non ab ore solum, sed etiam ex corde, ut nos tamquam filios suscipiat. Etenim Dominus dixit; *Fratres mei sunt ii, qui faciunt voluntatem Patris mei.* Matt. xii. 50.

X. Ergo, fratres mei, faciamus voluntatem Patris qui vocavit nos, ut vivamus; et persequamur potius virtutem, vitium autem derelinquamus veluti praecursorem peccatorum nostrorum; et fugiamus impietatem, ne nos mala comprehendant. Nam si bene agere studuerimus, consectabitur nos pax. Ob eam siquidem caussam non est reperire hominem. Quilibet enim humanis timoribus ductantur, praeponentes voluptatem praesentem repromissioni futurae. Ignorant enim quantum habeat tormentum

'Quod si ita legatur, oportet ut inseramus [aut intelligamus] *αὐτοῖς* post *ἔστιν· οὐκ ἔστιν αὐτοῖς εὑρεῖν ἂν Θεὸν, οἵτινες παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους, κ. τ. λ.* WOTT. Scribendum puto, *Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οὐρανὸν, οἵτινες παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους·* '*Coelum non possunt invenire, qui hominum metum prae se ferunt.*' DAVIS. Si modestiori conjecturae locus est, totum locum, parvula mutatione, sic arbitror restituendum esse. *Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἄνθρωπον, οἵτινες παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους.* i. e. '*Quam ob causam non temere inter homines invenias, qui humanos timores negligunt.*' BIRRIUS. Cujus explicationem comprobat omnino Colomesius; Vendelinus, in Divinatione de Clementis tempore, vertit *prosequitur nos pax;* propter cujus *causam non oportet ambire hominem;* intelligens Vespasianum Imperatorem, qui anno nostro 75. templum Pacis Aeternae dedicavit. Boisius legit *διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἄνθρωπον ἐν εἰρήνῃ ὄντα· οἵτινες γὰρ ἔχουσι φόβους ἀνθρωπίνους κ. τ. λ.* '*Qui metuunt sibi a paupertate, infamia, contemptu, ut homines hujus saeculi solent.*' Wottoni emendationem caeteris meliorem censent Freyius et Schoenemannus. Lectionem vulgatam ita explicandam esse censet Hefelius, *οὐκ ἔστιν εὑρεῖν* [*αὐτὴν* sc. *τὴν εἰρήνην*] *ἄνθρωπον* [pro *ἀνθρώπους*] *κ. τ. λ.*

ib. *Οἵτινες παράγουσι*] Hanc MSti lectionem reposuit Wottonus, ante quem Edd. exhibent *Οἵτινες γὰρ ἄγουσι.* Irenaeus I. Praef. §. 1. *διὰ τῆς πανούργως συγκεκροτημένης πιθανότητος παράγουσι τὸν νοῦν τῶν ἀπειροτέρων.*

tas posthabenda.

ἢ τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν. Ἀγνοοῦσιν γὰρ ἡλίκην ἔχει βάσανον ἡ ἐνθάδε ἀπόλαυσις, καὶ οἵαν τρυφὴν ἔχει ἡ μέλλουσα ἐπαγγελία. Καὶ εἰ μὲν αὐτοὶ μόνοι ταῦτα ἔπρασσον, ἀνεκτὸν ἦν· νῦν δὲ ἐπιμένουσιν κακοδιδασκαλοῦντες τὰς ἀναιτίους ψυχὰς, οὐκ εἰδότες ὅτι δισσὴν ἕξουσιν τὴν κρίσιν, αὐτοί τε, καὶ οἱ ἀκούοντες αὐτῶν.

De promissis Dei ne ambigatur.

ΙΑ΄. Ἡμεῖς οὖν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ δουλεύσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ ἐσόμεθα δίκαιοι· ἐὰν δὲ μὴ δουλεύσωμεν, διὰ τοῦ μὴ πιστεύειν ἡμᾶς [τῇ] ἐπαγγελίᾳ τοῦ Θεοῦ, ταλαίπωρ[οι] ἐσόμεθα. Λέγει γὰρ καὶ ὁ προ[φη]τικὸς λόγος· "Ταλαίπωροί εἰσ[ιν] οἱ δί-" "ψυχοι, οἱ διστάζοντες τ[ῇ] καρδίᾳ, οἱ λέγοντες, "Ταῦτα πά[ντα] ἠκούσαμεν καὶ ἐπὶ τῶν πατ[έ]ρων "ἡμῶν, ἡμεῖς δὲ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας προσδεχόμενοι, "οὐδὲν τούτων ἑωράκαμεν. Ἀνόητοι, συμβάλετε "ἑαυτοὺς ξύλῳ· λάβετε ἄμπελον· πρῶτον μὲν "φυλλορροεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, μετὰ ταῦτα "ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα· οὕτως καὶ ὁ "λαός μου ἀκαταστασίας καὶ θλίψεις ἔσχεν, ἔπειτα

5. κακοδιδασκαλοῦντες] Nomen κακοδιδασκαλία habes apud Ignat. Ep. ad Philad. §. 2. et apud Epiphan. Haer. xxvi. 4. xxvii. 4.

ib. ἀναιτίους ψυχὰς] Indubitanter dedi quod legendum viderunt ad unum Editores. Junius quidem, Colom. et Wotton. retinent scripturam MSti ἀνετίους, et lectionem meliorem in oram libri relegant. At in Codice hoc Alexandrino E passim ponitur pro AI. Davisius conjectura parum necessaria correxit τὰς ἀνοήτους ψυχάς.

6. οὐκ εἰδότες] His similia sunt ea, quae a B. Ignatio habentur, Ep. ad Ephes. [§. 16.] WOTT.

10. διὰ τοῦ] Junius et Boisius malunt τό.

11. ταλαίπωρ[οι] ἐσόμεθα.] ἐσώμεθα apud Colomesium, ex incuria operarum, ut videtur, natum, retinuerunt Clericus et Russelius.

ib. Λέγει γὰρ καὶ κ. τ. λ.] In Edd. ante Wottonum καὶ non legitur.

13. οἱ λέγοντες] Edd. ante Wott. οἱ δὲ λέγοντες.

hujus saeculi usus; et quales habeat delicias futura promissio. Ac quidem, si ipsi soli ista facerent, tolerabile esset; jam vero perseverant insontes animas pravis doctrinis imbuere, nescientes quod duplicem habebunt condemnationem, et ipsi, et qui audiunt eos.

XI. Nos ergo in corde mundo Deo serviamus, et erimus justi: quod si non servierimus, non credendo pollicitationi Dei, erimus miseri. Dicit enim et sermo Propheticus; *Miseri sunt qui animo duplices, et corde incerti sunt; quique dicunt, Haec omnia audivimus etiam a patribus nostris; nos vero diem de die expectantes, nihil horum vidimus. Amentes, comparate vos arbori: sumite vitem: primo quidem foliis defluit, deinde germinat; postea uva acerba oritur, indeque uva matura. Ita et populus meus*

14. *ἐπὶ τῶν πατ[έ]ρων*] Junius et Colom. mallent, *ἀπό*. Sed vide Ep. sup. §. 23. atque ibi notata.

15. *ἡμεῖς δὲ ἡμέραν*] Ita Libb. impr. ante Wott. qui exhibet *ἡμεῖς δὲ υἱοὶ ἡμέραν*, contendens vocem *υἱοί* in MSto haberi interlinearem, eadem manu et minutiore charactere exaratam. Legitur quidem in MSto non YIOI sed YO I. Cernis literam primam scriptura inversa exhiberi, nempe Y pro Y. Et quidem nullus dubito quin nos hic impressionem habeamus vocis TOY, atramento adhuc humido factam, e pagina sequenti quae jampridem periit. Nam linea transversa literae T, utpote tenuis, nullam effecit lituram. Nec sane negligendum est quod monuit Gallandius, hanc vocem *υἱοὶ* non comparere in superioris Epistolae §. 23. ubi haec paene eadem occurrunt. Mox iterum post *ἑωράκαμεν* Wottonus interserit *ἔτι*. Etiam hic certe legitur vox interlinearis OTI, aut si Wottonum audias, ETI. Sed haec ultima pagina praebet in universum novem interlineationes magis minus perspicuas; quo autem jure erant duae tantum retinendae, caeterae silentio altissimo praetermittendae? Additamenta haec viri docti, quae inania pronuntiarat Davisius, in textum admiserunt Russel. Galland. et Hefelius; Schoenemannus non item.

16. *συμβάλετε ἑαυτοὺς*] Wotton. edidit *συμβάλητε*. Coustant. et Schoenem. *συμβάλλετε*. Codex autem MS. ΣΥΜΒΑΛΕΤΕ praestat hic, uti et in Epistola priori; vide p. 96. l. 11.

“ἀπολήψεται τὰ ἀγαθά.” Ὥστε, ἀδελφοί μου, μὴ διψυχῶμεν, ἀλλὰ ἐλπίσαντες ὑπομείνωμεν, ἵνα καὶ τὸν μισθὸν κομισώμεθα. Πιστὸς γάρ ἐστιν, ὁ ἐπαγγειλάμενος τὰς ἀντιμισθίας ἀποδιδόναι ἑκάστῳ τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ἐὰν οὖν ποιήσωμεν τὴν δικαιοσύνην ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, εἰσήξομεν εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ληψόμεθα τὰς ἐπαγγελίας, “ἃς [οὖς] “οὐκ ἤκουσεν, οὐδὲ ὀφθαλμὸς ἴδεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν “ἀνθρώπου ἀνέβη.”

Regnum Dei quotidie expectandum.

ΙΒʹ. Ἐκδεχώμεθα οὖν καθ' ὥραν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ἀγάπῃ καὶ δικαιοσύνῃ· ἐπειδὴ οὐκ οἴδαμεν τὴν ἡμέραν τῆς ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ. Ἐπερωτηθεὶς γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος ὑπό τινος, “Πότε ἥξει “αὐτοῦ ἡ βασιλεία,” εἶπεν, “Ὅταν ἔσται τὰ δύο “ἕν, καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς “θηλείας, οὔτε ἄρσεν οὔτε θῆλυ.” Τὰ δύο δὲ ἕν ἐστιν, ὅταν λαλῶμεν αὐτοῖς ἀλήθειαν, καὶ ἐν δυσὶ

2. διψυχῶμεν] Quid sit διψυχία et διψυχεῖν vid. supra §. 23. prioris Epistolae. WOTT.

6. εἰσήξομεν] Vocem εἰσήκειν non agnoscunt Lexica. Formam geminam eandemque minus usitatam ἀφήξω usurpat S. Clemens, Ep. I. §. 28. Vid. p. 106. l. 17.

7. ἃς [οὖς] οὐκ ἤκουσεν] Spatium vocis οὖς desideratur in MSto.

12. τῆς ἐπιφανείας] Vox Paulina, eodem sensu posita quo saepius ab Apostolo. Vid. 2 Thess. ii. 8. 1 Tim. vi. 14. 2 Tim. i. 10. iv. 1, 8. Tit. ii. 13. A Scriptoribus Ecclesiasticis usurpatur, uti et Θεοφάνεια, de Filii Dei incarnatione, necnon de diebus sacris quo Christiani celebrabant Nativitatem et Baptismum Domini.

ib. Ἐπερωτηθεὶς γάρ, κ. τ. λ.] A Salome, in Evangelio secundum Aegyptios; uti discimus e Clementis alterius Strom. iii. [9. 13. pp. 539. et 553. ed. Potter.] Similia Aegyptiaci Evangelii citantur ac exponuntur in Alexandrino Presbytero. Vide Oracula Sibyl. Lib. ii. 70, 71. Sed et Evangelii Aegyptiorum mentio fit apud Origenem, Homil. i. in Lucam, [tom. iii. p. 933. ed. Bened.] Hieronymum, Prooemio Commentariorum in Matthaeum, [tom. vii. p. 2. ed. Vallars.] Epiphanium, Haeres. lxii. c. 2. [tom. i. p. 514. ed. Petav.] Titum, ac Theophylactum ad principium

agitationes et pressuras tulit; dehinc vero bona excipiet. Itaque, fratres mei, animo ne vacillemus, sed sperantes sustineamus, ut et mercedem reportemus. Fidelis enim est, qui pollicitus est se unicuique retributurum operum remunerationes. Si ergo fecerimus justitiam coram Deo, in regnum illius ingrediemur et accipiemus promissiones, *quas auris* Esai. lxiv. 4.
non audivit, nec oculus vidit; quaeque in cor hominis 1 Cor. ii. 9.
non ascenderunt.

XII. Igitur in horas regnum Dei expectemus, in charitate et justitia, quandoquidem Dei adventus diem nescimus. Interrogatus enim a quodam ipse Dominus, Quando venturum esset regnum ejus, dixit; *Cum duo erunt unum, et quod foris ut quod intus, et masculum cum femina, neque mas neque femina. Duo* autem sunt *unum,* quando alter ad

Lucae. Quamquam vero Haeretici veteres ad stabiliendum odium suum in nuptias, Evangelii juxta Aegyptios testimoniis uterentur, non tamen ea talia sunt, quae non queant ad pium sensum adduci, ex sententia utriusque Clementis: ut dicta habeantur et literaliter, et mystice, ὡς ἐν παραβύστῳ μυστηριωδῶς inquit Epiphanius, [l. c.] more Aegyptiaco; ac de Christi regno duplici, intra nos, atque in futura vita. Profecto, si ab aliquo eorum qui temporibus Apostolicis prohibebant nubere, compositum fuit Evangelium Aegyptiorum dictum, admodum ille virus erroris sui occultavit, qui a viris doctissimis juxta ac sanctissimis deprehensus non fuit, sed laudatus ac expositus. Unum affirmare possum, Pseudo-Evangelistam ex solenni apud Apocryphorum scriptores consuetudine imitandi Canonicos libros, allusisse ad Apostoli verba Galat. iii. 28. quod et innuit Clemens Stromateus, atque etiam forte ad Ephes. ii. 15. COTEL. Hanc imperfectam historiolam in Anglica metaphrasi omisit Wakius, ne, ut ait in Prolegomenis, abruptum faceret finem; forte etiam, quia parum digna Clemente, quem auctorem hujus facit Epistolae, ei videbatur. FREY.

16. οὔτε ἄρσεν] In hoc loco depravationem quamdam forsitan suspicari licet verborum D. Pauli ad Galatas, iii. 28. οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ· πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

17. λαλῶμεν αὐτοῖς] Junius mallet ἄλλοις vel ἀλλήλοις, Millius autem, ἑαυτοῖς.

σώμασιν ἀνυποκρίτως εἴη μία ψυχή. Καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, τοῦτο λέγει· τὴν ψυχὴν λέγει τὸ ἔσω, τὸ δὲ ἔξ[ω] τὸ σῶμα λέγει· ὃν τρόπον οὖν σου τὸ σῶμα φαίνεται, οὕτως καὶ ἡ ψυχή σου δῆλος ἔστω ἐν [τοῖς] καλοῖς ἔργοις. Καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρσεν οὔτε θῆλυ, τοῦτ[ο] * * * *

Reliqua desunt.

1. ἀνυποκρίτως] Adject. ἀνυπόκριτος adhibent D. Paulus ad Rom. xii. 9. II Cor. vi. 6. I Tim. i. 5. II. i. 5. D. Petrus, I. i. 22. D. Jacobus, iii. 17.

2. τοῦτο λέγει] Exhinc nata occasione disserendi de castitate, reliquum, credo, epistolae, omnemque paene sermonem de virginitatis puritate contexerit; de quo multa superesse non dubito apud Clem. Alex. Patresque alios. VENDEL. Αὐτὸς παρθενίαν διδάσκει, inquit de Clemente Epiphanius, Haeres. xxx. quod idem Hieronymus, Lib. i, contra Jovinianum, cujus verba hic usurpat doctissimus Vendelinus. COLOM. Vendelini notulam sub Colomesii nomine praebent Clericus et Russelius.

4. δῆλος ἔστω] Junius et Colomesius malunt πρόδηλος, qua quidem voce usus est Clemens Ep. I. §§. 11, 12, 40. Boisius sic refingit, καὶ ἡ ψυχή σου δήλη ἔσται. Exemplum autem adjectivi simplicis δῆλος communi genere positi habes apud Euripid. Med. 1194. ed. Porson.

6. τοῦτ[ο] * * * *] Supplemento accedunt loci sequentes e Clementis Alexandrini Strom. iii. desumpti. §. 9. Οἱ δὲ ἀντιτασσόμενοι τῇ κτίσει τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς εὐφήμου ἐγκρατείας, κἀκεῖνα λέγουσι τὰ πρὸς Σαλώμην εἰρημένα· ὧν πρότερον ἐμνησθῆμεν· φέρεται δὲ, οἶμαι, ἐν τῷ κατ' Αἰγυπτίους Εὐαγγελίῳ. Φασὶ γὰρ, ὅτι αὐτὸς εἶπεν ὁ Σωτὴρ, "Ἦλθον καταλῦσαι "τὰ ἔργα τῆς θηλείας·" θηλείας μὲν, τῆς ἐπιθυμίας· ἔργα δὲ, γένεσιν καὶ φθοράν.......ὅθεν εἰκότως περὶ συντελείας μηνύσαντος τοῦ Λόγου, ἡ Σαλώμη φησί· "Μέχρι "τίνος οἱ ἄνθρωποι ἀποθανοῦνται;" ἄνθρωπον δὲ καλεῖ ἡ Γραφὴ διχῶς· τόν τε φαινόμενον, καὶ τὴν ψυχήν· πάλιν τε αὖ, τὸν σωζόμενον, καὶ

alterum loquemur veritatem, et in duobus corporibus, absque simulatione fuerit una anima. *Et quod foris ut quod intus*, hoc ait: animam vocat, *quod intus*; et corpus, *quod foris*. Quo modo igitur corpus tuum conspicuum est, ita et anima tua manifesta sit in bonir operibus. *Et masculum cum neque mas neque femina:* hoc * * * *

Reliqua desunt.

τὸν μή· καὶ θάνατος ψυχῆς ἡ ἁμαρτία λέγεται. Διὸ καὶ παρατετηρημένως ἀποκρίνεται ὁ Κύριος, "Μέ- "χρις ἂν τίκτωσιν αἱ γυναῖκες·" τουτέστι, μέχρις ἂν αἱ ἐπιθυμίαι ἐνεργῶσι . . . . . . φαμένης αὐτῆς, "Καλῶς οὖν ἐποίησα μὴ τεκοῦσα·" ὡς οὐ δεόντως τῆς γενέσεως παραλαμβανομένης· ἀμείβεται λέγων ὁ Κύριος, "Πᾶσαν φάγε βοτάνην· "τὴν δὲ πικρίαν ἔχουσαν μὴ φά- "γῃς·" σημαίνει γὰρ καὶ διὰ τούτων, ἐφ' ἡμῖν εἶναι, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης κατὰ κώλυσιν ἐντολῆς, ἤτοι τὴν ἐγκρατείαν, ἢ καὶ τὸν γάμον· κ. τ. λ. pp. 539—541. ed. Potter. Et rursus §. 13. p. 553. Διὰ τοῦτό τοι ὁ Κασσιανός φησι· 'Πυνθανομένης τῆς Σαλώμης, Πότε 'γνωσθήσεται τὰ περὶ ὧν ἤρετο, 'ἔφη ὁ Κύριος· Ὅταν τὸ τῆς αἰ- 'σχύνης ἔνδυμα πατήσητε καὶ ὅταν 'γένηται τὰ δύο ἓν, καὶ τὸ ἄρρεν 'μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρρεν, 'οὔτε θῆλυ.' Πρῶτον μὲν οὖν ἐν τοῖς παραδεδομένοις ἡμῖν τέτταρσιν Εὐαγγελίοις οὐκ ἔχομεν τὸ ῥητὸν, ἀλλ' ἐν τῷ κατ' Αἰγυπτίους. Ἔπειτα δὲ ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ, ὅτι θυμὸν μὲν, ἄρρενα ὁρμήν· θήλειαν δὲ, τὴν ἐπιθυμίαν αἰνίττεται· οἷς ἐνεργήσασι, μετάνοια ἕπεται καὶ αἰσχύνη. Ὅταν οὖν μήτε τις θυμῷ, μητ' ἐπιθυμίᾳ χαρισάμενος, ἃ δὴ καὶ ἐξ ἔθους καὶ τροφῆς κακῆς αὐξήσαντα ἐπισκιάζει καὶ ἐγκαλύπτει τὸν λογισμὸν, ἀλλ' ἀποδυσάμενος τὴν ἐκ τούτων ἀχλὺν, ἐκ μετανοίας καταισχυνθεὶς, πνεῦμα καὶ ψυχὴν ἑνώσει κατὰ τὴν τοῦ λόγου ὑπακοήν· τότε, ὥς ὁ Παῦλός φησιν, 'Οὐκ ἔνι ἐν 'ὑμῖν οὐκ ἄρρεν, οὐ θῆλυ.' Ἀποστᾶσα γὰρ τοῦδε τοῦ σχήματος, ᾧ διακρίνεται τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ, ψυχὴ μετατίθεται εἰς ἕνωσιν, οὐθ' ἕτερον οὖσα. Cf. Grabii Spicilegium i. pp. 35, 36. et 263, 364.

S. CLEMENTIS

QUAE FERUNTUR

FRAGMENTA.

I. II.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος Ἐπισκόπου Ῥώμης.

Αὐταρκὴς εἰς σωτηρίαν ἡ εἰς Θεὸν ἀνθρώπου ἀγάπη. Εὐγνωμοσύνης γάρ ἐστι τὸ πρὸς τὸν τοῦ εἶναι ἡμᾶς αἴτιον ἀποσώζειν στοργὴν, ὑφ' ἧς καὶ εἰς δεύτερον καὶ ἀγήρω αἰῶνα διασωζόμεθα.

Τοῦ Αὐτοῦ. Ἐπείρασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραὰμ, οὐκ ἀγνοῶν τίς ἦν, ἀλλ' ἵνα τοῖς μετὰ ταῦτα δείξῃ, καὶ μὴ κρύψῃ τὸν τοιοῦτον, καὶ διεγείρῃ εἰς μίμησιν τῆς ἐκείνου πίστεως καὶ ὑπομονῆς, καὶ πείσῃ καὶ τέκνων στοργῆς ἀμελεῖν πρὸς ἐκπλήρωσιν θείου προστάγματος· ὅθεν ἔγγραφον περὶ αὐτοῦ ἱστορίαν γενέσθαι ᾠκονόμησεν.

I. II.

S. Clementis Episcopi Romani.

Ad salutem sufficit hominis erga Deum amor. Grati siquidem animi est, dilectionem erga eum conservare, qui nobis, ut simus, est auctor; qua fit etiam, ut ad alterum ac senii expers saeculum salvi evadamus.

Ejusdem. Tentavit Deus Abraham, non quia ignoravit quis esset, sed ut posterioribus saeculis notum faceret, nec latere pateretur tantum virum; quin potius alios ad fidem et patientiam illius excitaret, suaderetque filiorum amorem prae Divini praecepti executione negligendum esse. Quamobrem prospexit ac fecit ut historia ejus literis commendaretur.

Ex S. Johanne Damasceno, Eclog. lib. I. tit. 49. p. 752. Haec fragmenta exhibent Coustant. Galland. et Schoenemanni libri.

III.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος Ἐπισκόπου Ῥώμης, ἐκ τῆς β' πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς.

Μὴ ταρασσέτω τὴν καρδίαν ὑμῶν, ὅτι βλέπομεν τοὺς ἀδίκους πλουτοῦντας, καὶ στενοχωρουμένους τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους. Οὐδεὶς γὰρ δικαίων ταχὺν καρπὸν ἔλαβεν, ἀλλ' ἐκδέχεται αὐτόν. Εἰ γὰρ τὸν μισθὸν τῶν δικαίων ὁ Θεὸς εὐθέως ἀπεδίδου, ἐμπορίαν ἠσκοῦμεν, καὶ οὐκ εὐσέβειαν, οὐ διὰ τὸ εὐσεβὲς, ἀλλὰ τὸ κερδάλεον διώκοντες.

III.

S. Clementis Episcopi Romani e secunda ad Corinthios Epistola.

Non turbet cor vestrum, quod iniquos ditescentes videamus, et Dei servos angustiis afflictos. Nemo quippe justorum continuo fructum retulit, sed illum exspectat. Si enim justorum mercedem Deus statim redderet, mercaturae, non pietati, operam daremus. Justi siquidem esse non religionis, sed quaestus gratia videremur.

Ex S. Johanne Damasceno, Eclog. lib. I. tit. 23. p. 783. Legitur in Coustant. Galland. et Schoenemanni libris.

IV.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος, ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β'.

Ὁ τῶν παρόντων αἰσθητικὸς συνίησιν ὡς οὔτε ἃ λογίζονταί τινες εἶναι

IV.

S. Clementis, ex Epistola secunda ad Corinthios.

Qui praesentia sentit, intelligit, etiam ea, quae nonnulli jucunda repu-

τερπνὰ, ξένα καὶ μακρὰν ἐστι τῶν ἀπεχθῶν. Ἀλλὰ καὶ πλοῦτος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἔθλιψε, καὶ ὑγίεια πλέον ἠνίασε νόσου. Καὶ καθόλου τῶν λυπηρῶν καὶ φευκτῶν πάντων ὑπόθεσις καὶ ὕλη ἡ τῶν ἀσπαστῶν καὶ κατ' εὐχὴν περιβολὴ γίνεται.

tant, aliena et procul dissita non esse ab iis quae odio habentur. Quin etiam divitiae saepenumero magis quam paupertas laeserunt, et sanitas plus morbo afflixit. In summa, gratarum atque optatarum rerum affluentia omnium tristium ac fugiendarum causa et materia evadit.

E vetusto codice Bibliothecae P. P. soc. Jesu. In quo scilicet continentur Eclogae Sacrae S. Damasceni. Excerptum fuerat hoc fragmentum Cotelerii opera ex cap. περὶ τῶν προσκαίρων καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ ὅτι χρὴ τῶν παρόντων τὰ μέλλοντα προτιμᾷν· quod respondet capiti 20. libri III. Parallelorum apud Damascenum olim editorum, ubi tamen desiderabatur, quoad illud in novissima Damasceni editione, tom. ii. p. 787. eruditissimus vir Michael Lequien nobis exhibuit. COUSTANT. Legitur in libris Colomesii, Wotton. Coust. Galland. et Schoenem. necnon apud Grabii Spicil. i. p. 288.

V.

Κλήμεντος Ῥώμης.

Οὐ δίκαιόν ἐστι, τοῦ δεδωκότος ἐγκαταλειφθέν-

V.

Clementis Romani.

Haud aequum est, eo qui dedit derelicto, quae

9. μετ' εὐχὴν Clericus in Ed. secunda, ex incuria typothetarum.

25. καταλειφθέντος Russel. ἐγκαταλείπει habet Clemens, I. §. 11.

τος, τὰ δοθέντα παραμένειν τοῖς ἀγνώμοσιν.

data sunt apud ingratos remanere.

Ex Sermone viii. S. Maximi, edit. Combefis. p. 556. Wottonus, Coustant. Russel. Galland. et Schoenemann. exhibent hoc fragmentum, quod legitur in Codice Bibliothecae Bodleianae, 143 inter Baroccianos, fol. 29. §. περὶ εὐεργεσίας καὶ χάριτος, εὐχαριστίας καὶ ἀχαριστίας. Ex secunda Clementi adscripta Epistola id depromptum esse conjicit Grabius, Spicil. i. p. 270. 289.

VI.

Διαφορὰ τυγχάνει ἀληθείας καὶ συνηθείας· ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια γνησίως ζητουμένη εὑρίσκεται· τὸ δὲ ἔθος ὁποῖον ἂν παραληφθῇ, εἴτε ἀληθὲς, εἴτε ψευδὲς, ἀκρίτως ὑφ' ἑαυτοῦ κρατύνεται. Ἐν αἷς γὰρ ἕκαστος ἐκ παιδόθεν ἐθίζεται, ταύταις ἐμμένειν ἥδεται. Ὃ γὰρ μισεῖ τις διὰ τὴν ἐπιοῦσαν τῇ ἡλικίᾳ σύνεσιν, τοῦτο διὰ

VI.

Est differentia inter veritatem et consuetudinem; veritas enim sincere quaesita invenitur; consuetudo autem, qualiscumque etiam assumatur, sive recta, sive vana, indiscriminatim a semetipsa firmatur. Quibus enim quisque a puero assuescit, illis inhaerere amat. Quod enim quis odit pro ea prudentia quam aetas invexit, id ob

20. Cod. MStus ἐμμαίνειν. 22. Cod. MStus τῆς ἡλικίας.

τὴν πολυχρόνιον τῶν κακῶν συνήθειαν πράττειν συναναγκάζεται, δεινὴν σύνοικον τὴν ἁμαρτίαν παρειληφώς.

diuturnam malorum consuetudinem facere cogitur, peccatum nactus gravem contubernalem.

E MS. Collectione sententiarum ex Patribus aliisque auctoribus decerptarum in cod. 143. Barocc. Bibliothecae Bodleianae, cap. περὶ συνηθείας καὶ ἔθους. fol. 136. p. 2. Fragmentum hoc a Grabio erutum, vid. Spicil. Pat. tom. i. p. 288. exhibent Wotton. Coustant. Galland. et Schoenemannus. Postrema illius pars, a verbis Ὁ γὰρ μισεῖ τις ad finem usque, a Maximo, Ed. Combefis. Serm. lxii. p. 673. incerta jam habebatur.

VII.

Ἀλλὰ καὶ Κλήμης ἀρχαϊκώτερος, Ζῇ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα Ἅγιον.

VII.

Sed et antiquior Clemens, Vivit, inquit, Deus, et Dominus Jesus Christus, et Spiritus Sanctus.

Ex Basilio lib. de Spiritu Sancto cap. xxix.

1. Vocem ὀλιγοχρόνιος legas Epist. II. §§. 5, 6.

15. ἀρχαϊκώτερος. Dionysio scil. antiquior vid. supra, p. 166.

l. 3. Galland. cum MStis et editione prima Basileensi ἀρχαϊκώτερον. *Sed et Clemens simplicius.*

VIII.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος Ἐπισκόπου Ῥώμης, μετὰ τὸν ἀπόστολον Πέτρον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἡγησαμένου, εἰς τὸ Ἅγιον Πνεῦμα.

Μακάριος ὁ κεκλεισμένους ὀφθαλμοὺς ἀνοίξας, καὶ διωκόμενον ἄσθματι πνεῦμα διὰ τοῦ ἐγεῖραι ἀναλαβών. Τὸ χαμαὶ κεῖσθαι τοῦτο ἦν, καὶ τὸ ἐπὶ ποδῶν μὴ ἑστάναι, τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔχειν. Ἀνάστασις δέ ἐστι Πατρὸς ἡ ἐπίγνωσις, καὶ ἐπιφάνεια τοῦ Υἱοῦ, ᾗ τὰς αἰσθήσεις ἐφανέρωσε. Μακάριος ἀνὴρ ὁ γινώσκων τὴν τοῦ Πατρὸς

VIII.

Sancti Clementis Episcopi Romani, qui post Apostolum Petrum sedi apostolicae praefuit, de Spiritu Sancto.

Beatus vir, qui clausos oculos aperuit, et expulsum flatus difficultate spiritum per resurrectionem accepit. Hoc erat humi jacere, et in pedes non stare, non habere veritatem. Resurrectio autem est Patris agnitio, et apparitio Filii, qua sensus patefecit. Beatus vir, qui cognoscit Patris donum per processionem sanctissimi Spiritus. Beatus vir, qui agnoscit et

5. *de Spiritu Sancto.*] Plures sermones Pseudo-Clementis exstitisse jam supra p. 268. [Spicil. tom. i.] notavi, et in quodam horum doctrinam de Spiritu Sancto expositam fuisse, p. 288. conjeci. * * * * * At vero nunquam ulla mentio peculiaris libri de Spiritu Sancto qui sub Clementis nomine prodierit, occurrit: unde in una dictarum homiliarum de hac materia tractatum fuisse colligo. GRABIUS.

18. ἐπιφάνεια. Ep. II. §. 12. p. 246. l. 12.

δόσιν δι' ἐκπορεύσεως τοῦ παναγίου Πνεύματος. Μακάριος ὁ γινώσκων καὶ λαβὼν, ὅτι τὸ Ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν ἡ δόσις αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο ἐν τύπῳ περιστέρας παρέσχε. Τὸ γὰρ ζῷον ἀκακίαν ἔχει, καὶ ἄχολόν ἐστιν. Ἄκακος δὲ ὁ Πατὴρ Πνεῦμα ἔδωκεν ἄκακον, ἀνόργητον, ἀπίκραντον, τέλειον, ἀμίαντον, ἀπὸ σπλάγχνων ἰδίων προϊέμενος, ἵνα ῥυθμήσῃ τοὺς αἰῶνας, καὶ τοῦ ἀοράτου δῷ τὴν ἐπίγνωσιν. Ἔστιν οὖν τοῦτο ἅγιον καὶ εὐθὲς, τὸ ἀπ' αὐτοῦ προελθὸν, καὶ δύναμις αὐτοῦ, καὶ θέλημα αὐτοῦ, εἰς πλήρωμα δόξης αὐτοῦ φανερωθέν. Τοῦτο οἱ λαβόντες τυποῦνται ἀληθείας τύπῳ, χάριτος τελείας.

comprehendit, Spiritum Sanctum esse donum illius, ab eo in figura columbae traditum. Hoc enim animal innocentiam habet, et caret felle. Pater autem ab omni malitia alienus Spiritum dedit a malitia alienum, expertem irae atque acerbitatis, perfectum, intaminatum, e suis visceribus emittens, ut componeret saecula, et ejus qui videri non potest, praeberet cognitionem. Ille ergo Spiritus Sanctus est et rectus, qui ab ipso procedit, item virtus illius, et voluntas ejus, qui ad plenitudinem gloriae ejus apparuit. Hunc qui accipiunt, veritatis et gratiae perfecto typo signantur.

Ex vetere codice Bibliothecae Regiae. A Cotelerio erutum est, et vulgatum inter notas ad Lib. i. Recognitionum, cap. 24. p. 347. [p. 498. tom. i. Clerici ed. secundae.] Non ausim asserere ex eodem opere excerptum quem locum indicavit Wakefieldius.

2. ὁ πανάγιος. Ep. I. §. 35. p. 122. l. 13.

14. Verbum ῥυθμεῖν usurpat Scholiast. Theocrit. x. 39.

18. εὐθές. Vid. supra, p. 78. l. 20.

ex quo Basilius superius fragmentum exscripsit. Nempe cum Basilii consilio, non secus atque praecedens, opportunum accommodumque esset, probabile est Basilium neque illud omissurum fuisse, si ibidem exstitisset. COUSTANT.

IX.

Ἵνα καὶ γενώμεθα, βουληθέντος αὐτοῦ, οὐκ ὄντες πρὶν γενέσθαι, καὶ γενόμενοι ἀπολαύσωμεν τῶν δι' ἡμᾶς γενομένων. Διὰ τοῦτο ἐσμὲν ἄνθρωποι, καὶ φρόνησιν ἔχομεν καὶ λόγον, παρ' αὐτοῦ λαβόντες.

IX.

Ut existamus per voluntatem ejus qui nulli eramus ante quam ille nos faceret: atque ut existentes fruamur bonis propter nos creatis. Idcirco homines sumus, et mentis atque rationis beneficio ejusdem compotes.

Hoc fragmentum ex Epistola nona S. Clementis Romani citatur a Leontio, et Johanne, quorum Rerum Sacrarum Libros duos edidit Angelus Maius in Scriptorum Vett. Nova Collectione, tom. vii. p. 84. conf. tom. i. p. 76. ad calcem. Exstat num. 5. Tit. 1. De Hominis Creatione. Hic locus in Codice Vaticano subsequitur caput 30. Epistolae prioris. Vide supra p. 116. l. 6. et ibi notata. Maius opinatur eum fuisse desumptum ex illis Epistolis in quibus Hieronymus, adv. Jovinianum i. §. 12. laudes Virginitatis legebat, ampliores, ut videtur, quam quae in duabus illis lingua Syriaca conscriptis occurrunt, quas edidit Wetstenius.

X.

Καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος Κλήμης παρὰ τοῦ ἁγίου καὶ πρωτοκορυφαίου Πέτρου, "Σὺ μὲν "δήσεις ἃ δεῖ," φησὶν, "δεθῆναι, καὶ λύσεις ἃ "δεῖ λυθῆναι· οὐ δήσεις "τὸν πταίσαντα, ἀλλ' ὃν "δεῖ κατὰ τοὺς κανόνας "ἡμῶν, τὸν παρανομοῦν-"τα καὶ μὴ στέργοντα "αὐτούς."

X.

Et magnus Apostolus Clemens a primo coryphaeo Petro, "Tu quidem "ligabis, inquit, quae li-"gari debent, et solves "quae solvi debent. Non "ligabis eum qui titubat, "sed quem oportet se-"cundum canonas nos-"tros, eum nempe qui "contra jus facit et eos "non diligit."

Fragmentum hoc Clementi adscriptum inveni in Codice quodam chartaceo Bibliothecae Caesareo-Vindobonensis. Cod. MS. Jurid. Graec. N. vii. fol. 225. p. 1. Vid. Nessel. Catal. P. 2. p. 18.

3. ὁ μέγας ἀπόστολος Κλήμης] Sic apud Clementem Alexandrinum, Strom. iv. 17. p. 609. Potter. Ὁ ἀπόστολος Κλήμης. Apud Anastasium, p. 526. ed. Gretser. Ὁ δὲ ἱερὸς καὶ ἀποστολικὸς διδάσκαλος Κλήμης.

5. πρωτοκορυφαίου] Haec vox composita, ni fallor, aevum Clemente Romano longe recentius sapit. Petrus vocatur ὁ πρῶτος τῶν μαθητῶν, κορυφαῖος τοῦ χοροῦ τῶν μαθητῶν, a Chrysostomo; κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων ab eodem et aliis Patribus passim. Loca dabit Suicerus, Thes. Eccl. voc. Πέτρος. Longe simplicius Clemens noster ὁ Πέτρος, ὁ Παῦλος. p. 24. l. 5. p. 26. l. 1.

Cod. Alex. Mus. Brit.

Clem. Ep. I. c. [illegible]


ΟΕΠΑΙΝΟϹΗΜΩΝΕϹΤΩΕΝΘΩ·ΚΑΙ
ΜΗΕΞΑΥΤΩΝ·ΑΥΤΕΠΑΙΝΕΤΟΥϹΓΑΡ
ΜΙϹΕΙΟΘϹ·ΗΜΑΡΤΥΡΙΑΤΗϹΑΓΑΘΗϹ·
ΠΡΑΞΕΩϹΗΜΩΝΔΙΔΟϹΘΩΥΠΑΛΛΩ:
ΚΑΘΩϹΕΔΟΘΗΤΟΙϹΠΑΤΡΑϹΙΝΗΜΩ:
ΤΟΙϹΔΙΚΑΙΟΙϹ·ΘΡΑϹΟϹ·ΚΑΙΑΥΘΑΔΙΑ·
ΚΑΙΤΟΛΜΑΤΟΙϹΚΑΤΗΡΑΜΕΝΟΙϹΥΠΟ
ΤΟΥΘΥ·ΕΠΙΕΙΚΙΑ·ΚΑΙΤΑΠΕΙΝΟΦΡΟ
ϹΥΝΗ·ΚΑΙΠΡΑΥΤΗϹ·ΠΑΡΑΤΟΙϹΗΥΛΟ
ΓΗΜΕΝΟΙϹΥΠΟΤΟΥΘΥ·

Ibid. c. [illegible]

ΚΑΤΑΝΟ[illegible]ΤΕΥϹ[illegible]
ΜΕ[illegible]ΤΟΙϹ[illegible]ΜΕΝΟΙϹ[illegible]
ΠΩϹ[illegible]ΩϹΕΙΚΤ[illegible]
[illegible]ΩϹΕΠΙΤΕ[illegible]
ϹΙ[illegible]ΤΑ[illegible]ΤΑϹϹΟ[illegible]


ad VII Plut. 57 Biblioth. Medico Laurent.

S. Ignat. Ep. ad Philad. § 8 p. 35.


πιστεύω τῇ χάριτι ἰυ χυ· ὃς λύσει ἀφ' ὑμῶν πάν-
τα δεσμόν· παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς μηδὲν κατ' ἐριθείαν πράσσειν· ἀλλὰ κατὰ
χριστομαθίαν· ἐπεὶ ἤκουσά τινων λεγόντων ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχαίοις εὕ-
ρω ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὐ πιστεύω· καὶ λέγοντός μου αὐτοῖς ὅτι γέγραπται, ἀπεκρίθησάν
μοι ὅτι πρόκειται· ἐμοὶ δὲ ἀρχεῖά ἐστιν ἰς χς· τὰ ἄθικτα ἀρχεῖα· ὁ σταυρὸς αὐ-
τοῦ ὁ θάνατος καὶ ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ· καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ· ἐν οἷς θέλω ἐν τῇ
προσευχῇ ὑμῶν δικαιωθῆναι.

Cod. Biblioth. Vatican. XXV

Ep. S. Polycarpi ad Philipp. Inscr. P. 167


Πουα, πολυχαδε ε
πισκόπουσμυρνης,
καὶ ἱερομάρτυρος.
πρὸς φιλιππησί
ους ἐπιστολή.

Cod. M.S. Hist. Graec. iii. (ol. XI.) Biblioth. Caesareo Vindobonensis
Eccles. Smyrn. Ep. Circ. Inscr. p. 342

Η ἐκκλησία τοῦ θῦ ἡ
παροικοῦσα σμύρναν.
τῇ παροικούσῃ ἐν φι
λομηλίῳ. καὶ πάσαις
ταῖς κατὰ πάντα τό
πον τῆς ἁγίας καθο
λικῆς ἐκκλησίας
παροικίαις.

Cod. Paris. 1452.

Η ἐκκλησία τοῦ θῦ ἡ παροικοῦσα
σμύρναν· τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θῦ
τῇ παροικούσῃ ἐν φιλαδελφί
ᾳ καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάν
τα τόπον τῆς ἁγίας καὶ καθο
λικῆς ἐκκλησίας παροικίαις.

Cod. Baroc. 238 Biblioth. Bodleianae.

Η ἐκκλησία τοῦ θῦ ἡ παροικοῦ
σα σμύρναν. τῇ ἐκκλησίᾳ
τοῦ θῦ τῇ παροικούσῃ ἐν φι
λαδελφίᾳ. καὶ πάσαις ταῖς
κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγί
ας καὶ καθολικῆς ἐκκλη
σίας παροικίαις.

00066955

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 16 January, 2016